Digitized by Google

Digitized by Google

MISCELLANEUM
SACRUM ET PROFANUM,
Canonicum & Civile,

STUDIO ET OPERA

POMPEJI URSAYÆ ROMANI,

J. U. D. & in Romanæ Sapientiæ Archigymnaſio publici Juris Canonici Profeſſoris, in unum collectum, & ordine alphabetico per materias diſpoſitum:

INTER MULTA ALIA, ÆQUE' UTILIA,
Ac in praxi frequentia, complectens Reſolutiones omnes Sacrarum Congregationum, contentas in Diſceptationibus Eccleſiaſticis Advocati DOMINICI URSAYÆ ejus Patris, itaut deſervire congruè poſſit loco illarum Indicis Generalis.

Cui acceſſit Brevis Tractatio ejuſdem Advocati

DOMINICI URSAYÆ

De locis Montium, ſive de illorum Fructibus, liberè, & integraliter ſolvendis.



CHA RI TAS

VENETIIS, MDCCXXVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

MIrum fortaſſe tibi videbitur, amice Lector, quòd ego, quarto ætatis luſtro vix dum confecto, primiſque annis, quibus ad Jus Civile me contuli, jam Libros audeam proferre; præſertim cùm edendorum Librorum conſilium, ut fuit præclarè dictum à quodam Viro doctiſſimo (*a*) tantum ferè temeritatis habeat, ut vix in hominem ſanæ mentis cadere poſſit. Verumtamen, ubi conſilii mei cauſam, rationemque cognoveris, non ſolùm ipſe mirari deſines, ſed etiam, ut ſpero, tibi id, quod facio, probabitur. Inter legendum, relegendumque Urſayæ, Patris mei, Opera, in lucem edita, itemque aliquot ejuſdem Manuſcripta, ſtudii, delectationiſque meæ cauſa, excerpſi ſubinde, ac ſepoſui præcipua quæque clariſſimorum Virorum effata, ſententias præterea non paucas, & deciſiones rei canonicæ, civilique admodum utiles. Hoc porrò cùm ad uſum meum alphabeti ordine digeſſiſſem, tibi non ingratum omninò fore ſum arbitratus, ſi, quæ tanto cum labore diſpoſueram, ea, ſic diſpoſita, juris facerem tui. Mea, ſi me fefellit opinio, quæ doctorum hominum conſuetudo eſt, ignoſces ſcilicet; nam, quòd hos meos labores nemini nuncupavi, neque iis ullum ad obtrectatorum calumnias patrocinium quæſivi, feci id quidem præter morem, ab omnibus ferè Scriptoribus uſurpatum; ſed, ut ego arbitror, prudenter tamen; quippè cùm ingenii mei tenuitatem viderem, hos, quos dixi, labores meos non dignos ſatis putavi, qui magno cujuſpiam nomini inſcripti, prodirent in publicum. Cujus rei eò admonere te volui, ne fortè putes, hoc perinde factum à me, quaſi reſpexerim ad Scriptorem illum (*b*) qui, cùm premium ab eo, cui ſuum Opus dicaverat, nullum, contra quàm ſperaverat, accepiſſet, in altera editione ſcitè, prudenterque hominem ultus eſt, priſtina Epiſtola inter errata, quæ Typographis vulgò excidunt, ad calcem rejecta. Cæterùm potui ſanè longior eſſe, cum in aliis, inter ſe conſentientibus, authoritatibus congerendis, tum in explicanda re majori quadam prolixitate; ſed calamo temperavi ob hanc videlicet cauſam (*c*) ut Lectoris animum, ſi ſermo offendit, brevitas ad legendum provocet. Si tibi has ingenii mei qualeſcumque primitias non diſplicuiſſe ſentiam, progreſſu ætatis quodpiam aliud fortaſſe proferam. Vale.

(a) *P. Segn. in Proem. Cōcionum Quadrageſ.*

(b) *Gratian. in Critic. p. 3. diſc. 6. ante finem.*

(c) *lus in S.*

MISCELLANEUM
SACRUM ET PROFANUM,
Canonicum & Civile.

AB

1 Abbas exemptus non poteſt ab Epiſcopo excommunicari ex ejus ordinaria authoritate, *Congreg. Epiſc. in Nullius Burgi S. Sepulchri* 25. *Februarii* 1712. *Ponente Card. Colloredo*, de qua in *tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 15.

2 Abbati regulari, non habenti juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nec territorium ſeparatum, concedi non ſolet indultum conſecrandi Eccleſias, noviter ædificatas, *Congreg. Rit. in Pragen. præmonſtratenſi Indulti* 31. *Auguſti* 1715. de qua *in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 10.

3 Abbatia S. Eliæ Terræ Carbonis non eſt *Nullius*, nec habet territorium ſeparatum, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, *Cong. Conc. in Anglonen.* 17. *Novembris* 1714. de qua *in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 9.

4 Abbates Regulares infra annum à die eorum electionis tenentur Epiſcopalem benedictionem ſuſcipere; ex conſt. SS. D. N Benedicti XIII. impreſſa in fine hujus literæ §. 1.

5 Abbatiæ Canonicorum Regularium SS. Salvatoris, an ex neceſſitate conferendæ ſint Nationalibus, ſed Oriundis, vide reſolutionem *Congr. Epiſc. in Forolivien. Abbatiæ* 18. *Aprilis* 1708. *Ponente Card. Colloredo*, de qua *in tom.* 3. *p.* 2. *diſcept.* 16.

6 Abſcundere: Culpæ genus eſt inutiliter abdita relinquere mortuorum, unde ſe vita poteſt ſuſtentare viventium, *Caſſiod. Var. lib.* 4. *epiſt.* 34. *circa fin.*

7 Abſentibus plus venerationis ineſt, *Dion.*

8 De Abſentibus major acredi, *Tacit. l.* 2. *Hiſtor.*

9 Abſolutio ad cautelam, excludit potiùs, quàm probet validitatem Cenſurarum, *Rot. Dec.* 148. *num.* 11. *part.* 18. *recent.*

10 Abſolutor facilè eſt alieni, conſcius ſui, *Caſſiod. Var. lib.* 11. *in præf. ante med.*

11 Abſolvemus multos, ſi cœperimus antea judicare, quàm iraſci, *Senec. de Ira l.* 3. *cap.* 29.

12 Abſtinentia vitiorum melior eſt, quàm abſtinentia ciborum, *S. Bern.*

13 Abſtinentia jejunantis fiat refectio pauperis, *S. Leo Ser.* 2. *de Jejun.*

14 Abulenſis appellatur ſtupor Mundi, & qui ſcibile diſcutit omne, *à Doujat in prænot. canon. fol.* 130.

15 Accidit in puncto, quod non contingit in anno.

16 Accipe dum dolor eſt, nam poſtquam pœna receſſit,

17 Audebit Patiens dicere, multa dedi.

18 Acclamatio per adulationem: Vellem cum eis ſermocinari, qui, verbis iſtis lectis, vel auditis, acclamaverunt; tales non habent aures in corde, ſed cor in auribus, *S. Aug. cont. Lit. Petilian. c.* 101. *fol.* 122.

19 Accuſare: Sanctitatis Veſtiæ animus non gravetur, nec ſe fallacibus verbis doleat accuſatum; multò enim major eſt opinio purgata, quàm, ſi deſinentibus querelis, non fuerit impetita, *Caſſiod. Var. l.* 4. *epiſt.* 44. *in fin.*

20 Accuſatio crimen deſiderat, hominem ut notet, argumento probet, & teſte confirmet, *Cicer. in Orat. pro Cel.*

21 Accuſatio poteſt eſſe gravior injuria, non tantùm ex falſi impoſitione, ſed etiam ex reticentia veri, *Bayl. in Dict. hiſt. tom.* 1. *fol.* 1466. *in Vit. Adriani VI.*

22 Accuſatores eſſe in Civitate, utile eſt, ut metu contineatur audacia, *Cicer. pro Sext. Roſc. Amerin.*

23 Actus: A luogo nelle coſe naturali, non nelle civili la regola, eſſere indarno quella potenza, che non ſi riduce all'atto, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 14. *c.* 9. *n.* 5.

24 Actus ineffectuatus non attenditur, *Rot. deciſ.* 13. *n.* 34. *apud Proſper. de Territ. ſeparat.*

25 ad Actus irretractabiles ne procedant Epiſcopi contra Subditos, inconſultis Sac. Congregat. ſolet aliquando reſcribi, ut practicavit in *Aquen. Exempt. Congreg. Conc.* 9. *Junii* 1714.

26 Adjuva alium re, alium fide, alium gratia, alium conſilio, alium præceptis ſalutaribus, *Senec. de Benef. l.* 1. *c.* 2. *in fin. & c.* 3. *in princ.*

27 Adminiſtratores locorum piorum cogi poſſunt ab Epiſcopis ad aſportandos Libros in eorum Palatiis, pro redditione rationis, *Monacell. in formular. tom.* 1. *tit.* 1. *formul.* 14. *num.* 7.

28 Adminiſtratoribus locorum piorum poteſt Epiſcopus revidere Computa, etiam quoad temporalia; ad quem effectum poteſt etiam demandare aſportationem Librorum in ædibus Epiſcopalibus, *Congr. Epiſc. in Narnien.* 29. *Jan.* 1701. 13. *Julii* 1715. & 28. *Martii* 1716. de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 29.

29 Admiratio: Videamus, ne iſta, quæ per admirationem parare volumus, ridicula, & odioſa fiant, *Senec. epiſt.* 5.

30 Admittere id, quod cavere potes, ſtultum reputatur, *Incertus Author.*

31 Admonere: Quod me mones, ipſe facito: paululum ſaltem humani, ſi non chriſtiani pudoris aſſume, *S. Hieron. adv. Ruffin. l.* 3.

32 Admonitio: Dubitari de illo creditur, qui plurimis admonetur, *Caſſiod. Var. l.* 8. *epiſt.* 18. *in fin.*

33 Admonitio tædium facit, exprobatio odium, *Senec. de benef. l.* 2. *c.* 11.

34 non Admonitus facit quod vix rogatus impleret, *Caſſiod. l.* 12. *c.* 21.

35 Adoleſcens, etiam cum ſenuerit, non recedet à via ſua, *Prov.* 22.

36 Adoleſcens luxurioſus peccat, ſenex luxurioſus inſanit, *Senec. declam. l.* 2. *decl.* 6.

37 Adoptio: Arrogo, qui ſuus eſt, & habet meus eſſe neceſſe, Patris adopto ſuum, nec Patris deſinit eſſe.

38 Adſcititium capillitium permittendum non eſt Eccleſiaſticis Perſonis, *Cong. Conc. in Melphicten.* 8. *Auguſti* 1722. de qua *in tom.* 4. *p.* 1. *diſcept.* 20.

39 Adverſitas: In mundanis rebus frequenter naſcitur de adverſitate proſperitas, & homines, cùm lædere cupiunt, beneficia frequenter impertiunt, *Caſſiod. Var. l.* 4. *epiſt.* 47. *in fin.*

40 Adulare: Malo veris offendere, quàm placere adulando, *Senec. de clem. l.* 2. *c.* 2.

41 Adulatores blandiſſimi, ac mordaciſſimi detractores; *S. Bern. de conſid. ad Eugen. l. 4. cap. 3.*

42 Adulatio omnibus applaudit, omnibus ſalve dicit, prodigos vocat liberales, avaros ait eſſe parcos, laſcivos appellat urbanos, *D. Greg. in Ezechiel. l. 1. c. 9. tom. 12.*

43 Adulatio. Oratores Siculi inobedientes Martino IV. pacem ab eodem petentes bis ei dixerunt: *Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, miſerere nobis*, & tertia vice, *dona nobis pacem*: Quibus ter reſpondit Pontifex: *Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapam, Joan. Villan. in Chronic. l. 7. c. 63.*

44 Adulter. Prætereo Zaleucus Locrenſis poſtquam legem tulit, ut Adulter puniretur pœna effoſſionis oculorum, committente idem crimen uno ex ejus Filiis, quem ſummoperè diligebat, ne legis effectus abrogaretur, unum oculum ſibi, & alterum Filio eruere juſſit, ut refert *Rebuf. ad concordat. Franc. in Proem. §. 1.* ubi ſubdit, quòd ſi hodiè Lex talis vigeret, infinitos videremus monoculos, & ego addo, quòd multos videremus totaliter cæcos.

45 Adulterium eſt omne id quod fingitur, *Tert. de ſpectac. cap. 25.*

46 Advocationis munus optimè, & laudabiliter exercens, dicitur Teſtis omni exceptione major, *Anſald. dec. 24. num. 10.*

47 Advocatus Actoris in prima inſtantia, poteſt eſſe Advocatus Rei in ſecunda Inſtantia, *Card. de Luc. de Regal. diſc. 72. n. 12. verſ. Hinc habemus.*

48 Advocatus aſſai valoroſo, ivi ſi preggia di ſpendere il ſuo talento, dove la Cauſa è più diſperata, *Segn. nella Pred. 32. n. 6.*

49 Advocatus nelle Cauſe dubioſe è pronto a credere, che la raggione ſia favorevole al ſuo Cliente, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 6. c. 8. n. 8.*

50 Advocatus: Conviene, che ſingolarmente poſſegga queſti due preggi, e grand' efficacia nel dire, e grand' amore alla Cauſa, *Segner. nel Chriſtian. inſtr. par. 3. raggionam. 35. num. 14.*

51 Advocatus debet eſſe parcus in verbis, allegando pauca, & bona, *Nevizzan. in Sylv. nupt. l. 1. n. 12. fol. 8.*

52 Advocatus dum ea, quæ in rem Clientis ſui ſunt, adducit, cætera ſecurus nihil ultra tenetur inquirere, *Alciat. lib. 12. Parerg. c. 12. in fin.*

53 Advocatus ejus factus eſt, qui Judex fuerat interpellatus, *S. Aug. ſerm. 27. de Verb. Dom.*

54 Advocatus. I più ſodi ſondamenti, che ſtrecchi a' Giudici l'Avvocato, ſono quelli, che egli udì dalla voce dell'intereſſato Litigante, *Pallav. nell' Iſtor. del Concil. lib. 4. cap. 8. num. 1.*

55 Advocatus in Curia dicitur acceſſorius Proviſoris, & propterea, iſto mutato, mutari ſolet Advocatus, *Card. de Luc. de Benef. diſc. 44. in princ.*

56 Advocatus non poteſt eſſe Teſtis pro ſuo Cliente, *Franc. deciſ. 222. à num. 1.*

57 Advocatus quando ſcribere poſſit contra illam Partem, quæ ab eo conſilium petiit, *Neapolitana ſponſalium 19. Decembris* 1721. de qua in *Tom. 4. par. 2. diſcept. 13.*

58 Advocatus ſcribens in aliqua Cauſa pro veritate, poteſt deinde in illa tanquam Advocatus ſcribere, ut practicavit *Card. de Luc. de Regal. diſc. 39. & ſignanter n. 3.*

59 Advocatus ſcribens pro veritate, non eſt neceſſe, quòd ſe ſubſcribat propria manu, *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 60. num. 41.*

60 Advocatus ſtrenuus eſſe debet, & pro viribus ſuum Clientem defendere, *Urſell. concl. 60. n. 19. & 81.*

61 Advocato defendenti juſtam Cauſam, licet prudenter occultare ea, quibus impediri poſſet ejus Proceſſus; non autem licet ei aliqua falſitate uti, *D. Thom. 2. 2. quaſt. 7. art. 3. ad 3.*

62 Advocato ſuccumbenti in Cauſa majus debetur honorarium, quàm ſi victoriam obtinuiſſet, *Tiraquell. de Nobil. cap. 29. n. 55. & Zacch. de Salar. q. 52. n. 64.*

63 Advocato ſcribenti in aliqua Cauſa ſuper uno dubio pro ſuo Cliente, non eſt permiſſum contra eamdem ſcribere in eadem Cauſa ſuper diverſis dubiis, *Cocc. ad not. 197.*

64 Advocato ſi non benè ſatisfit, non benè poteſt ſtudere, *Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1. lib. 3. num. 7. fol. 49.*

65 Advocati benè ſcribentes contra aliquem, ſolent deinde ab iſto adhiberi in Cauſis propriis, *Card. de Luc. de Penſion. diſc. 33. num. 2.*

66 Advocati Claſſici adhiberi ſolent in illis Cauſis, de quibus magis timetur, quia per viam planam quilibet ſcit ambulare, *Cardin. de Luc. de Fideicommiſſ. diſc. 98. ſub num. 24.*

67 Advocati dicuntur lumina juris prudentiæ, *à Rot. in Romana Juris honorifici* 22. *Martii* 1702. *§. Quòd ſi aliter coram Molin.*

68 Advocati eaſdem doctrinas modò pro una, modò pro altera Parte allegare ſolent, ad Cauſarum opportunitatem, *Card. de Luc. de Cred. diſc. 87. num. 2.*

69 Advocati illi, qui inſiſtunt ſubtilibus motivis, ſolidioribus omiſſis, dicuntur mendicare lumen à lucernis, dum Solem in meridie habere poſſunt, *Card. de Luc. de Cred. diſc. 10. ſub num. 24.*

70 Advocati in Curia ſcribere aliquando tenentur currenti calamo, *ſeu correndo la Poſta*, *Card. de Luc. de Dot. diſc. 111. num. 3.*

71 Advocati juniores nimis diligentes eſſe debent, *Tolet. Inſtr. Sacerd. l. 5. cap. 60. ſub n. 3.*

72 Advocati in dies coguntur modò dicere album, modò nigrum, ſcribentes in diverſis Cauſis, *Card. de Luc. de Præem. diſc. 42. num. 5.*

73 Advocati; Mirabar, quòd invenirentur Advocati, & Profeſſores, qui Religioſis iſtius Litis ſuſtentationem conſulerent, *Card. de Luc. de Legat. diſc. 66. n. 3.*

74 Advocati multi adhibendo magnum laborem in cumulando deciſiones, & authoritates, multoties ignorant factum, & ad illud nullatenùs reflectunt, *Car. de Luc. de Benef. diſc. 101. in fin.*

75 Advocati non debent facilè ſubſcribere Reſponſis minutorum Juriſconſultorum, *Decian. in Apolog. impreſſa poſt 3. vol. Reſponſ. cap. 22. num. 24.*

76 Advocati ob negotiorum multiplicitatem, præſumuntur ignorare propria facta, *Piten. in Parerg. diſcept. tomo 2. fol. 15. ſub num. 72.*

77 Advocati poſſunt duplicem dare ſcripturam Clienti ſuper eodem articulo, unam Judici oſtendibilem, & ad cauſæ opportunitatem; aliam verò pro veritate circa proprium ſenſum, *Card. de Luc. de Cenſib. diſc. 36. num. 2. Vide Tom. 2. par. 1. diſcept. 38. à num. 65. uſque ad finem.*

78 Advocati qualificati nullatenùs ſe ingerere ſolent circa factum, ſed ſupponunt illud à Cauſæ Patrono deductum ſubſiſtere, *Card. de Luc. de Donat. diſc. 25. n. 2.*

79 Advocati quando à Judicibus non benè tractantur, ſciunt ſe vindicare diligenter ſcribendo, ut dicit *Cyriac. controver. 687. in fine.*

80 Advocati quò magis agnoſcunt difficultates Cauſæ eò magis curant facere informationes copioſas, nimis exornatas, nimiùmque eruditas, *Cardin. de Luc. de Canonic. diſc. 33. num. 2.*

81 Advocati ſeniores, & majoris exiſtimationis, vocantur primarii in Curia, teſte *Card. de Luc. de Penſionib. diſc. 84. ſub num. 2.* Confidentes in propriis ſcientia, & experientia, non curant quærere allegationes pro eorum dictis, *Neviz. in Sylv. nupt. l. 5. num. 12.*

82 Advocati ſolent aliquando eſſe nimiùm benevoli, & acerrimi Clientum defenſores, *Card. de Luc. de ſi id teſtans de Legit. diſc. 29. num. 4.*

83 Advocati ſolent ſcribere pro, & contra in eodem juris articulo, *Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 54. n. 7.*

84 Advocati non ſolent, neque debent quietantias facere pro eorum honorariis, rationibus adductis in *Inſt. crimin. lib. 2. tit. 10. n. 85.*

85 Advocatorum cætum, Seminarium dignitatum vocat *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib. 1. cap. 3. ſect. 2. num. 8.*

86 Advocatorum electio, & mutatio pendet à mutatione Procuratoris, *Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 137. ſub n. 1.*

87 Advocatorum, & Curialium laudes. Vide apud *Ricciull. variar. lucubr. lib. 2. tit. de Epiſcop. titular. c. 6. n. 4.*

88 Advocatorum filii præferendi ſunt aliis in officiis Parentum, poſita eorum capacitate, *Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 9. num. 15.*

89 Advocatorum frequens conditio in Curia illa eſt, quòd ut plurimùm non vocantur, niſi ad Cauſam mortuam, vel graviter vulneratam, unde nimiùm difficile eſt, eam reponere in bono ſtatu, *Card. de Luc. de Regalib. in Addit. ad diſc. 177. in princip. & Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 67. num. 2.*

90 Advocatorum intellectum ſæpè faſcinare ſolet affectio ad Cauſam, *Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 58. n. 15.*

91 Advocatorum officium nimis meritorium, dicitur à *Fagn. in cap. Ne innitaris n. 386. de Conſtit. & ab Urſell. concl. 60. num. 119.*

92 Advocatorum profeſſionem, occupationem peſſimam vocat *Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 24. ſub num. 1.* Ipſe ars opti-

Digitized by Google

optimam expertus fuit, & quotidie illam experiuntur alii ex illorum numero, quos ipſe deſcribit *in diſc. 58. in princ. de Emphyt.*

93 Advocatis excitantibus meliora, & ſolidiora motiva, majus debetur honorarium, ac aliis, eiſdem motivis ſe ſubſcribentibus, ſeu reſpondentibus — *Orate pro nobis*, *Card. de Luc. de Feud. diſc. 94. ſub num. 14.*

94 Advocatis doctioribus licet operam ſuam carius vendere, *Emman. Sà verbo Venditio num. 2. & Nicol. in Floſcul. verb. Venditor num. 6.*

95 Advocatis in calore diſputationis apparere ſolet evidens bonum jus Clientis, ut de ſe ipſe teſtatur *Card. de Luc. de Alien. diſc. 58. ſub num. 4.*

96 Cùm Advocatis mitiùs, atque urbaniùs agendum eſt per Judices, quia in caſu oppoſito ſciunt ſe vindicare diligentiùs ſcribendo, *Cyriac. contr. 687. in fin.*

97 Advocatos infelices vocat *Card. de Luc. de Servitutib. diſc. 23. num. 10. in princip.* quia modò album, modò nigrum, ſicuti Clientibus utile eſt, dicere debent.

98 Advocatos Romanæ Curiæ doctiſſimos, & diligentiſſimos vocat *Rot. coram Arguell. dec. 116. num.*.....

99 Ædificare non eſt tam facile, quàm delineare in Carta, ſeu Mappas conſtruere facere ab Architectis, *Rot. dec. 19. num. 41. apud de Albit. de Inconſtant. in Judic.*

100 Æger: Dum locus eſt morbis, Medico promittitur Orbis, Mox fugit à mente Medicus, morbo fugiente.

101 Æger non quærit, quis potionem miſcuerit, vel unde pharmaca accepta ſint; dummodò ſanent, *Card. Bona in Manud. ad Cœl. in præf. ad Lect. in fin.*

102 Ægenti dandum eſt, ſed ut Dans non egeat: Perituro ſuccurrendum eſt, ſed ut ſuccurrens non pereat, *Senec. de benef. lib. 2. cap. 15.*

103 Ægrum in ligneo lecto, aut in aureo collocare, nihil differt: quocumque enim illum tranſtuleris, morbum ſuum ſecum transferet; ſic nihil refert, utrùm animus æger in divitiis, an in paupertate ponatur, quia ſuum malum illum ſequitur, *Senec. epiſt. lib. 2. epiſt. 17.*

104 Ægris dare ſatietatem naturalis cura: etiam ſæ invalidum gaudere, ſanatus eſt, *Caſſiodor. variar. l. 9. epiſt. 6. ante med.*

105 Ægeſtas. Qui multis eget, ſuus eſſe non poteſt, *Cæſar. de Bell. Gallic.*

106 Ægiptum numquam tremuiſſe, aliqui tradunt, *Senec. Natur. quæſt. lib. cap. 25.*

Ægris non una cauſa ſalutis eſt, alter cibis reficitur, alter per abſtinentiæ beneficia tenoatur; hic lavacra mollia, ille ferrum quærit ad vulnera, & varium poſcit remedium diverſa qualitas paſſionum, *Caſſiod. variar. lib. 12. epiſt. 3.*

107 Ægrotare: Ut minùs ægrotes, non inter fercula pores, Ut ſis nocte levis, ſit tibi cœna brevis.

108 Ægroti aliqui Medicos quidem diligenter audiunt, nihil autem agunt, quæ præcipiuntur ab illis, *Ariſtot. lib. 2. Ethic. cap. 4.*

109 Æmulatio: La gara rieſce più fervente fra i più domeſtici, *Cardin. Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 15. cap. 7. num. 7.*

110 Æmulatio naſcitur ex conjunctione, alitur æqualitate, & exardeſcit invidia, ejuſque finis eſt odium, *Plin. in Panegiric. Trajan.*

111 Ænigma: Furfur edit pannos, panemque, *Suſtineamus.*

112 Ænigma: Her tibi deſcendat magno cum pondere nia.

113 Ænigma: Ibis redibis non morieris in Bello.

114 Ænigma: In medio lanæ ponaria prima triumphi, Et qui nos oderit, vivere poſſit ibi.

115 Ænigma: Lacus non pungit, truncato capite, pungis.

116 Ænigma: Mater me genuit, eadem mox gignitur à me: *Aqua, & nix.*

117 Ænigma: Mitto tibi caput Veneris, veneremque Dianæ, Anteriora Lupi, poſteriora Lunæ.

118 Ænigma: Mitto tibi metulas, Cancros imitare legendo.

119 Ænigma: Mitto tibi Navem, prora, puppique carentem.

120 Ænigma: Mus eſt in Muro, Deus non eſt in Cœlo: ſumitur Eſt pro verbo Edere.

121 Ænigma: Natus, & renatus, & poſt mortem baptizatus, & in Cruce poſitus pro nobis peccatoribus: Pulius.

122 Ænigma: Occidere Patrem ſuum non eſt peccatum: Suum, hoc eſt Porcorum.

123 Ænigma: Pater meo, Lupus eſt filium tuum: Accipitur Meo pro Vado.

124 Ænigma: Quid facies, Faeles cum Veneris veneris ante? Ne ſedeas, ſed eas, ne pereas per eas.

125 Ænigma: Quod captum eſt, periit; ſed quæ non cepimus, adſunt.

126 Ænigma: Res eſt in nemore nigro veſtita colore, Cui ſi cor demeris, res erit alba nimis: Cornix.

127 Ænigma: Ter tria ſunt ſeptem, ſeptem verò ſunt ſex; ſed ſi benè connumeras, omnia ſunt quinque.

128 Ænigma: Avis tacens. *Vide S. Cajetanus.*

129 Æquitas: Neſcit perſonas reſpicere, qui meram cogitat æquitatem, *Caſſiod. var. lib. 3. epiſt. 13. in fin.*

130 Æquitas: Tuta eſt conditio ſubjectorum, ubi vivitur ſub æquitate regnantium, *Caſſiod. variar. lib. 1. epiſt. 9. in princ.*

131 Æquivocum: è il principale ingrediente di tutti il fallaci diſcorſi, *Pallavic. Iſtor. del Conc. lib. 24. c. 14. n. 4.*

132 Ob aeris periculum excuſatur Reus ad comparendum in Urbe tempore æſtatis, *Corad. in prax. diſpenſat. l. 8. cap. 10. ſub nu. 18.*

133 Æs alienum leve, debitorem facit; grave, inimicum, *Senec. epiſt. lib. 2. epiſt. 19.*

134 Ætas ex aſpectu faciei non benè probari poteſt, *Rot. in Romana Filiationis 5. Maji 1719. §. Impotentia coram Card. Falconerio.*

135 Ætas nulla vacavit à culpa, *Senec. epiſt. lib. 16. epiſt. 98.*

136 Ætas matura dicitur illa annorum 40. completorum, quando in aliqua lege, vel Conſtitutione præſcribitur, *Congr. ſup. ſtatu Regularium 27. Julii 1653. apud Panim. diſt. unic. annot. 2. n. 61. ad dub. 40.*

137 Ætas: Sed jam felicior ætas terga vertit, tremuloque gradu venit ægra ſenectus, *Ovid.*

138 Ætas: Senes aliqui reperiuntur, qui nullum aliud habent argumentum ſe vixiſſe, præter ætatem, *Senec. de Tranquill. Vit. cap. 3.*

139 Ætatis diſpenſatio ad contrahendum matrimonium concedi ſolet, quando malitia illam ſupplet, *Cong. Conc. in Elbonen. 9. Julii 1672. lib. 25. Decret. fol. 440.* ubi de diſpenſatione 8. menſium: *Et in Cathacen. 14. Januarii 1673.* ubi de diſpenſatione anni unius cum dimidio, *Lib. 28. Decret. fol. 3.*

140 Ætatis magna diſparitas adeſſe dicitur inter Virum annorum 47. & Mulierem 23. *Rocc. ſelect. interpretation. cap. 194. n. 129.*

141 Ætatem creſcentem ſequitur judicii imbecillitas, *Tull.*

142 Æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio.

143 Affectio ad cauſam, & ad Clientem, ſæpè faſcinare ſolent intellectum Advocatorum, *Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 59. n. 12.*

144 Affectus, Un intenſo affetto nuovo, ſmorza il precedente, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 20. c. 7. n. 2.*

145 Affiliatio alicui Conventui Religioſorum, quibus concurrentibus valida ſit, vide reſolutionem *Congr. Epiſc. in Lunen. Sarzanen. Affiliationis 27. Auguſti 1706. Ponente Card. Grimaldo,* de qua *in tom. 2. p. 2. diſcept. 16.*

146 Affiliatio an concedi ſoleat, non attento defectu conſenſus Conventus à quo, vel ad quem, vel utrinſque, vide reſol. *Sac. Congr. citatas in tom. 3. p. 2. diſcept. 16. à num. 296.* vide etiam *reſol. in Albiganen. 4. Septemb. 1701. & in Neapolit. 19. Febr. 1720. Ponente Card. Caſono.*

147 Affirmativa: Non ſemel accidit ex mentis abſtractione in componendo, affirmativam in negativam mutare, *Diana in edit. coord. tom. 9. tract. 1. reſ. 25. in fin.*

148 Agens mala fide, quidquid agit, malè agit, *Rot. in Melevit. 13. Jan. 1713. coram Falconerio.*

149 Ager: At noſter eſt parvus, ſed benè cultus Ager.

150 Ager: Fertilis aſſiduo ſi non renovetur Aratro, Nil niſi cum ſpinis germen habebit Ager.

151 Agere: Sufficiat tibi tantùm gerere, quantum deceſſores tuos conſtiterit rationabiliter effeciſſe, *Caſſiod. Var. l. 6. epiſt. 22. in fin.*

152 Aggremiado, ſeu adſcriptio in Eccleſiis receptitiis, quando denegari poſſit abſque juſta cauſa, vide reſolut. *Cong. Epiſc. in Andrien. Aggremiationis 28. Febr. 1697. Ponente Card. Petruccio* de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 16.*

153 Agnoſcere: Serò fraudem agnoſces, cùm vitare nequibis, *Card. Bona in Manud. ad Cœl. c. 1. §. 5. circa med.*

154 Agraria ars quibus mediis procuranda ſit in Urbis Territoriis, vide diſcurſum in fine hujus literæ *A. §. 3.*

155 Agris noſtris ſitientibus alios irrigare non debemus, *leg. 6. Cod. de ſervit. & aqua.*

156 Aldanus eſt Author apocriphus, quia numquam ſua ſcripta typis tradidit, *Capen. diſcept. 154. n. 34.*

157 Alexander magnus in udire qualche accuſatore coſtumava di chiuderſi con una mano una orecchia dicendo, che la ſerbava intiera per l'accuſato, *P. Segn. nel Criſt. iſtr. p. 1. rag. 28. n. 8.*

158 Allegare ea, quæ ſæpiùs fuerunt rejecta, reputatur ridiculum, *Coccin. deciſ. 1620. n. 4.*

159 Allegare multos Authores hodie non eſt honor, *Scapp. de jure non ſcript. l. 5. c. 27. n. 11.*

160 Alloquutio: A terminare con preſtezza i negozj, maggiormente vagliono due lingue in un giorno, che due penne in un anno, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. lib. 15. cap. 14. num. 8.*

161 Altare ſecundum privilegiatum non ſolet de facili concedi in eadem Eccleſia, *Cong. indulg. in Bracharen. 19. Januar.* 1711. Neque etiam ad tempus, puta ad biennium tantùm, *ead. Congr. in Anconit. 17. Novemb.* 1710.

162 Altare unum diſcooperiendum non eſt, ut cooperiatur aliud, *Rot. in Aſcul. Dotis 22. Febr.* 1704. §. *Quodque plus coram Anſald.*

163 Altarium portatilium indulta omnia revocavit *Clem. XI. in ejus Bullar. fol.* 541.

164 Alternativa in ſervitio Chori, quibus concurrentibus ex gratia concedi ſoleat Canonicis, ob redditum tenuitatem, *Cong. Conc. in Arianen. 12. Novembris 1699. & in Iſernien. 26. Junii 1723. & in S. Severinæ 13. Julii 1725.*

165 Alternativa inter Reformatos, & Obſervantes in electione Commiſſarii Generalis quomodo regulanda ſit, *Cong. Part. in Ordinis S. Franc. alternativæ* 10. *Maii* 1706. de qua *in tom. 1. p. 2. diſc. 20.*

166 Alternativa functionum inter duos æquales, vel de æqualitate hinc inde probationes adducentes, approbari ſolet à magnis Tribunalibus ad truncandas Litium occaſiones, & pro ſplendore, & decore utriuſque contendentis, *Rot. in Nerit. præced. ſuper bono jure 3. Julii 1713. in fine coram Card. Scotto.*

167 Alternativa quando ſervanda ſit, vel introducenda ubi non eſt inter Religioſas Familias, *Congreg. Epiſc. in Hydrunt. alternativæ 29. Aprilis* 1712. de qua *in tom. 3. part. 2. diſcept.* 15.

168 Alumni, redeuntes ad ſtatum laicalem, tenentur reficere Seminario expenſas alimentorum pro eo tempore, quo in illis moram fecerunt, *Cong. Conc. in Nonant. 1. Decembris* 1685. cum aliis *in Synod. Fulginat. Baptiſtell. in append. fol.* 148.

169 Amans: Quæ minimè ſunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.

170 Amans: Libertas quoniam nulli nam reſtat Amanti, nullus eſt liber, ſi quis amare volet, *Proper.*

171 Amantes reamari merentur, *Bellarm. in Pſal. 41. ver. 2.*

172 Amaſii ſolent quandoque ſuccumbere oneri alendi totam Familiam Amaſiæ, *Rot. in Rom. filiat. 5. Maji* 1719. §. *Eademque coram Falconerio.*

173 Ambitio hoc ipſo pernicioſior eſt, quòd blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum, *S. Ambroſ. in Luc.* ſequutus *à Cherub. in Compend. Bullar. ad Conſt. 39. Paul. V. ſchol.* 1.

174 Ambitio: Sæpè quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos, *D. Ambroſ. in Luc. lib. 4. c. 4.* relatus *à Fatinell. reſponſ. 58. n. 6. tom. 1.*

175 Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, livoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem, *S. Bern. in Pſalm.* 90.

176 Ambitio: Tantò dignior judicaris, quantò à crimine ambitionis videris eſſe remotior, *Plutarch. ad Trajan.* ſequutus *à Dandin. de ſuſp. de Hæreſ. in dedic. ad Clem. XI.*

177 Ambitus: Iniquum eſt, ut locum apud Vos habeat ambitus, quem nos Laici divina conſideratione præciſimus, *Caſſiod. Var. lib. 9. epiſt. 15. poſt med.*

178 Circa Ambitum reſpectu ſpiritualium, explicantur multi caſus, in quibus illius pœnæ locum habent, vel non, *in tom. 2. p. 1. diſcept.* 37.

179 Amens, & Amans.
Dicite cur longa eſt Amentis ſyllaba prima?
Inſano contra cur in Amante brevis?
Sic credo, furor eſt Amenti par, & Amanti,
Sed furor eſt illi longior, at huic brevis eſt.

180 Amicitia conſiſtit in Amore, More, Ore, & Re.

181 Amicitiæ tenaciſſimum vinculum, ſimilitudo morum; *Plin. epiſt. 15. lib. 4.*

182 Poſt Amicitiam credendum, ante amicitiam judicandum, *Senec. lib. 3. epiſt. 1.*

183 Amicitiæ immortales eſſe debent, mortales inimicitiæ.

184 In Amicitiis nulla major peſtis, quàm blanditiæ aſſentatio, & adulatio.

185 Amicitias non ex re, ſed commodo æſtimamus, *Saluſt. in Catilin.*

186 Amicus in pectore, non in atrio quæritur, *Senec. de benef. lib. 6. cap. 34.*

187 Amicus: Dum eris felix multos numerabis Amicos, tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris, *Ovidius.*

188 Amicus: Errat, qui Amicum in atrio quærit, & in convivio probat, *Senec. ad Lucill. lib. 1. epiſt. 3.*

189 Amici mores noveris, non oderis, *Incerti Authoris.*

190 Amicus non omnis qui poſcit eſt, neque omnis qui verberat Inimicus, *Can. Nimium inquieti 23. quæſt. 4.*

191 Amicum ſecretò admone, lauda palam, *Senec. in Proverb.* & Martin. Epiſc. de Morib. poſt Oper. Senec.

192 Cum Amico omnia delibera, ſed de ipſo priùs; & poſt amicitiam credendum, ante illam judicandum eſt, *Senec. lib. 1. epiſt. 3.*

193 Amicorum defunctorum cogitatio dulcis, ac blanda eſt: Habui enim illos, tamquam amiſſuros, amiſi, tamquam habeam, *Senec. epiſt. lib. 8. epiſt. 64.*

194 Amicos habes, quia amicus ipſe es, *Plin. in Panegiric. Trajan.*

195 Amicos omnes habere operoſum eſt, ſatis eſt Inimicos non habere, *Senec. epiſt. lib. 1. epiſt. 4.*

196 Amicos res optimæ parant, adverſæ probant.

197 Inter Amicos vivendum eſt, tamquam futuros hoſtes; & inter hoſtes, tamquam inter futuros Amicos, *Plutar.*

198 Amicos obſequium facit, veritas odium parit, *Terent. in Andr.*

199 Amicos vis tibi multos eſſe, de omnibus dices benè.

200 Amictus corporis, riſus dentium, & ingreſſus hominis, enunciant de illo, *Eccl.* 19. 27.

201 Amittere: Dolenter amittitur, qui ad procurandas delitias poſſidetur, *Caſſiod. variar. lib. 5. epiſt. 16. in fin.*

202 Amitti: Numquam ſine dolore amittitur, niſi quod ſine amore poſſidetur.

203 L' Amore della Moglie, e delli Figli ſono li più intenſi che abbia la Natura, *Pallav. nell' Iſtor. del Concil. lib. 24. cap. 12. n. 9.*

204 Amor: Heu mihi quòd nullus amor eſt medicabilis herba, *Ovid.*

205 Amor: Heu, qui dixit amor, meliùs dixiſſet amarus.
Si benè noviſſet, quàm ſit amarus amor.

206 Amor: Improbus, quid non mortalia pectora cogis? *Virgil.*

207 Amor: Ignis, amor, tuſſis certo ſe ſe indice produnt; *Nevizan. in Sylv. nupt. fol.* 365.

208 Amor amarus: Principium dulce eſt, & finis amoris amarus,
Læta venire Venus, triſtis abire ſolet;
Flumina quæſitum ſic in Mare dulcia currunt,
Poſtquam guſtarunt Equor, amara fluunt.

209 Amor: Omnes humanos ſanat medicina dolores, ſolus amor morbi non amat Artificem.

210 Amor: Omnia vincit amor, ſed amorem munera vincunt, excæcant oculos præcipitantque gradus.
Munera ſi ceſſent, ceſſabunt jurgia, lites,
Mars cadet, & Veneris nullus amicus erit.

211 Amor originem habere ſolet à propinquitate Domorum, *Rot. in Romana Filiationis 5. Maii* 1719. §. *Tanti autem coram Card. Falconer.* ubi ſequitur illos verſus *Ovid. 4. Metamorph.*
Notitiam, primoſque gradus vicinia fecit,
Cum ſtaret paries domui communis utrique,
Tempore crevit amor.

212 Amor: Res eſt ſolliciti plena timoris Amor.

213 Amor reverentiam neſcit, & pudorem, *S. Bernard.*

214 Amor ſancta quædam inſania eſt, *S. Bernard. cap.* 3.

215 Amor: Verus amor nullum novit habere modum, *Propert.*

216 Amoris probatio eſt operis exhibitio.

217 Anagrammata diverſa.

218 Divus Alexius: Diu exul à ſuis.

Chri-

219 Chriſtina Regina Svetiæ: Hic eſt in viragine Cæſar.
220 Pietro da Cortona: Corona de Pittori.
221 Sanctus Dominicus: Canis cuſtos Mundi.
222 Leopoldo primo de Auſtria Imperatore: Tradito è il pio, ma lo preſerva Dio.
223 Cornelio Malvaſia: Cavaliere animoſo.
224 Sanctus Marcus Evangeliſta: Sum vigil ad curas Venetas.
225 S. Philippus Nerius Florentinus Oratorii S. Mariæ Fundator:

Purpureos renuit honores, nam in terra finis ocyùs pulſat, alta fide diu.

226 Stefano Protomartire: Santo morto fra piette.
227 Giovanni Sobieſchi Re di Polonia: Glorioſo, in pochi di libera Vienna.
228 Veritas quid eſt? Eſt vir qui adeſt.

Pilate, ceſſa quærere quid eſt Veritas.
Vis ſcire quid ſit Veritas: Vir eſt qui adeſt.

229 Anaſtaſius Pontifex Vir inſignia appellatur *à D. Hieronymo epiſt. 16. ad Princip. Virg.* ubi ſubdit, *quem diù Roma habere non meruit.*
230 Anglonæ Epiſcopus Ordinariam habet juriſdictionem in Terra Carbonis, *Congr. Conc. in Anglonen. 14. Januarii* 1660. *& die 17. Novembris* 1714. *de quibus in tom. 2. par. 1. diſcept. 5.*
231 Anguis, Aper, Juvenis pereunt vi, vulnere, morſu: Hic fremit, ille gemit, ſibilat hic moriens.
232 Anguſtia loci verificatur etiam in loco magno, quando quis in illo, ubi matrimonium contrahendum eſt, parem conjugem invenire non poteſt, *Congr. Conc. in Albinganen. de qua in lib. 1. Decr. fol. A. & in dub. Matrimonii* 13. *Junii* 1606. *de qua in lib.* 10. *fol.* 153. *à terge.*
233 Anguſtiæ: E' proprio degl'Uomini, che niſſuno creda in caſa altrui quelle anguſtie, le quali ciaſcuno prova in caſa ſua, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 5. cap.* 13. *num.* 1.
234 Anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet, *Proverb.* 27. 10.
235 Anima magis eſt ubi amat, quàm ubi animat.
236 Anima ſatur calcabit favuum, *Proverb.* 27. 7.
237 Animæ curam præcipuam impende, ut quæ excellentia prior eſt, non ſit cultu poſterior, *Cardin. Bona in manud. ad Cœl. cap. 1. in fin.*
238 Animæ pretium: Quia furor eſt, viles à vobis Animas veſtras haberi, quas etiam Diabolus putat eſſe pretioſas?
239 Animæ, quæ in Purgatorio torquentur, interim nullum tormentum ſuſtinent, dum Miſſa pro eis celebratur, *S. Hieron.*
240 Animarum regimen ars artium eſt, & planè horrendum eſt, hominem de factis alienis rationem reddere, qui non ſufficit pro ſuis, *D. Th. in epiſtol. ad Hebr. c.* 13.
241 Animus æquus optimum eſt, ærumnę condimentum, *Plau.*
242 Animus, cùm dividitur ad multa, fit minor ad ſingula, *S. Gregor. Magn. l. 1. Dialogor. cap. 4.*
243 Animus gaudens, ætatem floridam facit, *Proverb.* 17.
244 Animus inſtructus redditur in futuris, quando præteritorum commovetur exemplis, *Caſſiodor. variar. lib. 5. epiſt. 44. in fin.*
245 Animus: Nihil intereſt, quo animo facias, quod feciſſe, vitioſum eſt; quia facta cernuntur, animus non videtur, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt Oper. Senecæ.*
246 Animi leviſſimi mos eſt, polliceri facilè, quæ non diſponit implere, *Caſſiodor. variar. lib. 5. epiſt. 34. in fin.*
247 Animi levitas: Nec putare debetis, ſi diverſa jubeamus, ex animi noſtri levitate venire; ſed pro qualitate, & neceſſitate temporum, ut Reipublicæ poſcit utilitas, ferre ſententiam, *Eſth.* 16. 9.
248 Animi mores corporis ſequuntur temperamentum, *Galen.*
249 Animo ſi vis vacare, aut pauper ſis oportet, aut pauperi ſimilis, *Senec. epiſt. lib. 1. epiſt. 17.*
250 Animos occupare ſolet prior auditus, *Tacit. lib. 17. Annal.*
251 Annata: Media Annata ſolvenda eſt à Proviſis de Beneficiis in Italia, & Inſulis adjacentibus, non affectis, aut reſervatis S. Sedi, favore Fabricæ Eccleſiarum, ex Conſt. Sanctiſſimi D. N. Benedicti XIII. Impreſſa in fine hujus litteræ §. 3.

Illa non debetur ex Penſionibus non excedentibus ſummam ducatorum 24. auri de Camera, neque etiam ex officio Judicis. Vide diſcurſum impreſſum in fine hujus litteræ *A.* §. 4.

Urſaya Miſcellaneum.

252 Annonæ flagellator dicitur ille, qui merces ſupprimit, juſtoque pretio vendere illud recuſat, minùs uberes terræ fructus expectando, *Set. de offic. Locumt. cap.* 25. *n.* 30
253 Anſa dicitur nodus curſilis, & facilis ad ſolvendum, ita factus, quòd ſi rectè trahatur caput fili, omnimodè ſolutus eſt nodus; ſi malè trahitur, ligatus remanet, *Rot. dec.* 252. *num.* 7. *par.* 17. *rec.*
254 Anſam dum ſolvere volumus, aliquando nodum ligamus, *cap. Cùm olim de verbor. ſignific.* ubi Gloſſ. *verb. Dum anſam.*
255 Anſaldus de Anſaldis S. Rotæ Aud. dum fuit Advocatus ſcripſit in Cauſis Aſſettamenti Fori Capitolini, ut videre eſt in *Adnot. ad dec.* 44. *num.* 28. Fuit Diſcipulus Card. de Luc. ut notat in *Romana, ſeu Savonen.* 13. *Martii* 1701. §. 1. *& in Tarentina Immiſſionis* 11. *Decembris* 1705. *in princ.*
256 Antianitas: Lo ſcegliere il più virtuoſo di un Collegio è ſempre negozio pieno di pericoli: Per lo che in occaſioni ſimili vero Giudice del valore di molti è l'anzianità del tempo, *Bovalin. ne' Raguag. di Parnaſ. cent. 2. Raguagl.* 27.
257 Antidotum: Sì come il più ſalubre antidoto ſi cava dalla Vipera uccisa, così il peggior veleno riſulta dalla corruzione dell' ottimo, *Pallavic. Hiſtor. del Concil. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 3.
258 Antipathia. Vide Sympathia.
259 Antiquarii, & Novatores: Stulta hæc invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent: Invida ſtultitia eſt, cui nova ſola placent.
260 Antiqui non ſemper veritatem aſſerunt, *Hoſtienſ. in Summ. lib. 4. de cognat. ſpirit. num. 9. fol.* 1338.
261 Antiquitas: Regula illa in omni materia ſervanda eſt, quam ſtatuit antiquitas, *L.* 1. *Cod. de Paſc. public. lib.* 11.
262 Antiquitas ejus tanta eſt, ut difficiliùs ſit oſtendere quando non fuerit, quàm quando eſſe cœperit, *Anthlanſ. in deſcription. German. tit. de Urb. Anſeatic. §. Vanum.*
263 Apotheca: *A titolo di buon uſcita* ab aliqua Apotheca quid & quantum poſſit peti, vide *Rot. in Romana Apothecæ* 25. *Junii* 1706. *coram Card. Scoto.*
264 Apparere: Nimis abſurdum eſt portare nomen alienum, & aliud dici, quàm poſſit in moribus inveniri, *Caſſiodor. var. lib. 8. epiſt. 18. in fin.*
265 Appellantes: Il rimettere gli Appellanti allo ſteſſo Tribunale, da cui ſi tengono gravati, ſuol' eſſare il più duro reſcritto a' Litigatori, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 18. *cap.* 5. *num.* 8.
266 Appellatio quando admittenda ſit à mala relatione examinatorum, Vide reſolutionem *Cong. Conc. Dub. Concurſum* 16. *Novembris* 1720. de qua *in Tom. 4. par. 1. diſcept. 3. à num.* 46.
267 Appellatio: Quis enim ferendus eſt, ad appellationis veniens auxilium in iis, quæ ipſe facienda procuravit? *leg. Generaliter, §. Quis C. de reb. credit.*
268 Appellatio: Fateor grande, & generale Mundo bonum eſſe appellationes, idque tam neceſſarium, quàm Solem ipſum Mortalibus, *S. Bern. ad Eugen. lib. 2. cap. 5. in fin.*
269 Applicatio plus valet abſque ingenio, quàm ingenium ſine ſtudio, *Paul. Æmil. lib.* 23.
270 Approbatio: Dignus à multis qui meruerit approbari; uni enim acceptum eſſe, interdum gratiæ eſt, multis placuiſſe judicium, *Caſſiodor. lib.* 11. *epiſt.* 26.
271 Approbatio: Non è al Mondo la più autentica approvazione, che quella de' fatti, linguaggio eſente da ſoſpicione di menzogna, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 23. *cap.* 9. *in fin.*
272 Approbatio Libri: Legi Librum, quem tranſmiſiſti, ſtylo brevem, doctrina uberem, lectione expeditum, inſtructione perfectum, *Salvian. in epiſt. ad Euſtach.* relata in approbatione, *Petr. de la Regata Libri Morens de Promovend. ad ſacr. Ordin.*
273 Approbatio Scripturæ pro veritate: Ex quibus concurro in ſententiam D. N. N. qui in Cauſa ejus propria voluit Advocatum quærere, *Dec. conſ.* 374. *in fin.*
274 Aptus ad matrimonium: Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit, *Juvenalis*, ſequuta *à Rot. dec.* 11. *n.* 17. *in Mantiſſ. Card. de Luc. de Matrim.*
275 Aqua virgo currens ſub delectatione puriſſima, quæ ideò ſic appellata creditur, quòd nullis ſordibus polluatur, *Caſſiodor. var. lib. 7. epiſt. 6. ante med.*
276 Non Aquam ad ſuum Molinum trahens, ſed verita-

tem ſectans, *Sperell. deciſ. 8. num. 34. verſic. Sed quidquid.*

277 Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & Panis abſconditus ſuavior, *Proverb. 9. 17.*

278 Aqoarum dulcium perſpicuitas obi non habetur, humanæ vitæ nullus cibus gratus efficitur, *Caſſiod. var. lib. 5. epiſt. 38. in fin.*

279 Arcum intenſio frangit, animom remiſſio, *Martin. Epiſcop. de Morib. poſt Oper. Senec.*

280 Ardua res eſt vetuſtis novitatem dare, novis aothoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtidioſis gratiam, dubiis fidem, *Plin. in præfat. Nat. hiſt. & Magin. in Diction. hiſt. tom. 1. fol. 4. in præfat.*

281 Arduum nihil tam eſt, quod animi fortitudine ſuperari non poſſit, *Appian. de Bell. Hiſpan.*

282 Arithmeticus calculus certam probationem conſtituit, *Rot. in Romana, ſeu Signina 15. Februarii 1723. §. Jam verò coram Gamachet.*

283 Armaque in Armatos ſumere jura ſinunt.

284 Aromatarius, ad viſitandas Aromatarias ſtatus Eccleſiaſtici, eligi debet ab Univerſitate Aromatariorum, cum ſola approbatione Protomedici, *Buratt. deciſ. 547.*

285 Aromatica ſpecies Piſtillorum tunſione fragreſcit, *Petr. Cellenſ. lib. 5. epiſt. 4.*

286 Arrogatio: Arrogo, qoi ſuus eſt, & habet meus eſſe neceſſe; Patris adopto ſuum, nec Patris deſinit eſſe.

287 Ars Agrariæ, Vide *Agrariæ Ars.*

288 Artes fœtidæ in Civitate non ſunt permittendæ, *Bertacchin. Vot. deciſ. 43.*

289 Argumenta aliqua adeò inſubſiſtentia ſunt, ut dicantur ridicula, ſumpta de ridiculo, juxta phraſim *Card. Baronii de Monarch. Sicil. in Reſponſ. ad Card. Aſcan. Columη. n. 14. in fin. fol. 191.*

290 Arx illa proxima deditioni eſt, cujus Gubernator incipit eum hoſte habere colloquia, *Card. Bona in Manud. ad Cœl. cap. de Luxur. §. 4.*

291 Aſpectus: Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læſus, rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es, *Martial. in Zoil. lib. 12. epigr. 54.*

292 Aſpectus continuus vitandus, ad reverentiam conciliandam, *Incertus Author.*

293 Aſpectus continuus minùs magnos homines verendos facit, *Liv.*

294 Aſſiduitas: Trajani forum vel ſub aſſiduitate videre, miraculum eſt, *Caſſiodor. var. lib. 7. epiſt. 6. poſt princ.*

295 Aſſiduitate amittit authoritatem ſeveritas, *Senec. de Clem. lib. 1. cap. 22.*

296 Aſtra movent homines, ſed Deus Aſtra movet.

297 Aſtrologus: Alterum ſuſpendit in patibulo, ut conjectoris veritas probaretur, *Gen. 40. 22.*

298 Aſtrologi ſunt genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in Civitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur, *Tacit.*

299 Aſtrologi, qoi vera dicunt, magis cavendi ſunt, quàm qui falſa; hi enim vanitatem ſuam oſtendunt, illi verò cum Dæmone fœderis ſuſpicionem, *S. Auguſt. lib. 5. de Civ. Dei cap. 7.*

300 Attramentom quomodo fiat.
Vitrioli quarta, media ſit unica Gummæ,
Integra ſit Gallæ, ſuperaddas octo Phalerni.

301 Attergatio Locorum Montium, facta per Secretarium in Broliardo, ſubſtinetur etiamſi appoſita non ſit à tergo litterarum patentium, *Rot. dec. 1342. coram Emerix junior.*

302 Atteſtationibus Judicum, qui in Cauſa judicarunt, in tertii præjudicium non creditur, etiamſi ſint perſonæ qualificatiſſimæ, *Rot. in Colonien. Matrim. 19. Januarii 1711. §. 3. coram Card. Falconer.*

303 Atteſtationibus magnorum Principum omnis adhibenda eſt fides, *Rot. apud Fargn. de Jurepatr. tom. 1. fol. 287. ſub num. 29.*

304 Avaritiæ deſunt omnia, Inopiæ multa.

305 Avarus eſt burſa Principum, capſerius Latronum, rixa Parentum, & ſibilus hominum, *S. Hieron.*

306 Avarus non implebitur pecunia, *Eccleſ. 5. 9.*

307 Avaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet, *Senec. in Proverb.*

308 Inter Avarum, & Fœneratorem, faciles ſunt conventiones, *Cardin. de Luc. de Emphyteuſ. diſcurſ. 73. num. 5.*

309 Audaces fortuna juvat, timidoſque repellit.

310 Audacia: Multoties, quæ primùm tentata in audaciæ reprehenſionem incurrunt, eadem confecta, magnanimitatis obtinent commendationem, *Card. Pallavic. in Vindic. Societ.*

311 Audacia: Mirum, ſi in facie hominis tantum intervallum eſt inter frontem, & lingoam, ut in hac cauſa frons non comprimat linguam, *S. Auguſt. contr. Jul. lib. 1. cap. 5.*

312 Auditor Cameræ non poteſt procedere in Cauſis concernentibus læſionem Eccleſiaſticæ Immunitatis, ex Oraculis Urbani VIII. ſub die 5. Septembris 1626. & Innocentii X. ſub die 27. Aprilis 1610. de quibus *in Tom. 5. par. 2. in Addit. §. 4.*

313 Auditor Cameræ non poteſt inhibere Epiſcopis, ne procedant ad ulteriora, in cauſis matrimonialibus, *Cong. Conc. in Neapolitana Matrimonii 6. Septembris 1677.* ubi quòd ad dictum effectum requiritur ſpecialis commiſſio Papæ, ut *in lib. 37. Decret. fol. 511.*

314 Auditus ubi non eſt, non effundas ſermonem, *Eccleſ. 32. 6.*

315 Auditus: Poſtquam occupaverat animos prior auditos, *Tacit.*

316 S. Auguſtinus: Sicut Auguſtus Imperator præcedit omnes Reges, ſic & Auguſtinos omnes Doctores.

317 S. Auguſtinus ſæpiùs conquerebatur ex eo, quòd ſtudere non valebat litium judicandarum cauſa ſui Epiſcopatus, *Baron. anno 57. tom. 1. pro Annal. num. 27.* ſequutus *à Franc. de Eccleſ. Cath.*

318 S. Auguſtini doctrina à calumniis oppoſitorum vindicatur in Litteris in forma Brevis Sanctiſſimi D. N. Benedicti XIII. regiſtratis infrà verb. *S. Thomæ doctrina.*

319 Auguſtini dictum aliud eſt, aliud Auguſtini ſententia, *Card. Sfondrat. in Nod. Prædeſt. par. 1. §. 1. n. 17.*

320 In Auguſtiniana Religione Vocales Ultramontani an & quando poſſint alios ſubſtituere, *Congr. Part. in Ordinis S. Auguſtini 11. Junii 1721. de qua in Tom. 4. par. 2. diſcept. 8.*

321 Exeat ex Aula qui vult eſſe pius, *Lucan. Pharſal. lib. 8.*

322 Auditus: Qui Familiæ Regnantis adjungitur, in laudum gremio collocatur, *Caſſiod. var. lib. 10. epiſt. 11. poſt med.*

323 Aurora, quaſi Avium Gora, ſeu aurea hora.

324 Auribus frequentiùs, quàm lingua utere, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt Oper. Senec.*

325 Auro loquente, nihil pollet quævis oratio.

326 Aurum ubi abundat, deficit lingua fœcunda.

327 Aurum: Nil aurum, nil pompa juvat, nil ſanguis Avorum, excipe virtutem, cætera mortis erunt.

328 Author corrigere poteſt in poſteriori Tractatu ea, quæ ſcripſit in primo, *Piton. de Controv. Patron. alleg. 67. n. 9.*

329 Author: Il porre l'Authore il ſuo nome ne' Libri, è quaſi un far la credenza del meſſo, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 6. cap. 15. num. 4.*

330 Author iſte ſatis crepantibus buccis & amplificationibus utitur in re, de qua neque aliquid in mentem unquam venit, *Anton. Quiring. de ſcient. med. quæſt. 22. in princ. fol. 89.*

331 Author occupatus in publicis muneribus, præferendus eſt Authoribus clauſtralibus, *Card. de Luc. de Canonic. diſc. 38. num. 10.*

332 Author: Qui ſcribit, multos ſumit Judices, *S. Hieronym. in epiſt. contra Vigilant.*

333 Author quidam, cui nullum datum fuit præmium ab eo, cui dedicaverat ſuum Librum, in ſecunda Editione ejuſdem Libri gratioſè poſuit illius nomen inter *Errata corrige, Gratian. nel Critic. par. 3. diſc. 6. ante fin. fol. 228.*

334 Author: Quod à recentiori Authore de rebus antiquis, ſine alicujus vetuſtioris teſtimonio profertur, contemnitur, *Baron. tom. 1. Annal. num. 12.*

335 Author: Non attenduntur, qui ſine Authore loquuntur: Imò rubro tingunt inde pudore genas, *Fontan. in Biblioth. tom. 1. in princ.*

336 Authorem multorum Librorum ſibi non eſſe aliqoando contrarium, quaſi impoſſibile eſt, *Fagnan. in cap. Ne innitaris num. 138. de Conſtit.*

337 Sine Authore propoſiti Libelli, nullo crimine locum habere debent, *Plin. lib. 10. epiſt. 98.*

338 Authores Librorum: Saria bene, che tutti li Letterati, li quali pretendono il fare mercanzia delle Opere loro, ſi faceſſero mettere prigioni dopo la ſtampa di eſſe, perchè certamente durante la loro prigionia, elleno averebbero molto ſpazio ancora che indegne di eſſer lette, *Segretar. di Apolog. Letter. à Ferrant. Pallavic. fol. 205.*

339 Authores Apocriphi ſunt, Aldanus, Seilius Rao, & Rubionus, quia numquam eorum ſcripta typis tradiderunt *Capon. diſcept.* 154. *n.* 34.

340 Authores Librorum: Dictiones improprias, & inelegantes, ambiguas, barbaraſque voces, menda etiam aliqua inter Scribentes excidere poſſe, ſcimus, & hanc veniam petimuſque, damuſque viciſſim; *Germon. de Art. ſecern. antiq. diplom. c.* 6. *fol.* 353.

341 Authores: Non è difficile a chi molto ſcrive abbagliarſi, *Sarnell. tom.* 3. *epiſt.* 29. *verſ. Debo qui fol.* 127.

342 Authores, non multùm docti, vocantur beati in paupertate ſpiritus à *Caſaregg. ad Stat. Jan. tit. de ſucceſ. ab inteſt. verb. ex linea ſub n.* 5. *fol.* 329.

343 Authores ob Caſuum diverſitatem in aliquibus quæſtionibus ſunt potiùs diverſi, quàm contrarii, *Card. de Luc. de Dot. diſcurſ.* 162. *ſub n.* 22. *verſ. Verum quia.*

344 Authorum citatio extra propoſitum dicitur allegatio ad Baliſtam *à Piton. diſcept.* 12. *ſub n.* 25.

345 Authoritas Dicentis non te moveat, nec quis, ſed quid dicat, attendito, *Senec. de Quat. Virt. tit. de Pruden.*

346 Authoritas: Ea eſt hodie conditio Scriptorum canonicæ, & civilis Prudentiæ, ut in his, quæ ſcripta ſunt, fides adhibeatur nemini, qui non eadem Veterum authoritate confirmet, *Card. Gambar. in epiſt. ad Paul. Lancell. impreſſ. in princ. ejus Inſtit. Canon.*

347 Authoritas gliſcit, punitis ingeniis, *Tacit. l.* 4. *Annal. c.* 35.

348 Authoritas loquentis perditur, quando vox opere non adjuvatur, *D. Greg. l.* 1. *Moral.*

349 Authoritas: Poſt plures repetitam lectionem exactiſſimè, non potui invenire id, ad quod allegatur, *Rovit. deciſ.* 69. *nu.* 20. loquens de authoritate Romani contra ſe allegati.

350 Authoritatis delegatæ in multis caſibus à Concilio Tridentino Epiſcopis attributæ, Author fuit *Albertus Pighinus* Rotæ Auditor in illo præſens, referente *Sperell. dec.* 111. *num.* 25.

351 Authoritati magni Doctoris in quacumque materia diſputabili ſtandum eſt, *Rot. in Mindonien.* 1. *Martii* 1706. §. *Eoque fortius coram Anſaldo.*

352 Authoritatem faciunt, & citari ſolent Scripturæ alicujus Advocati, impreſſæ inter Opera alterius Authoris, *Rot. dec.* 1326. *coram Emer. jun.*

353 Authoritatem ullam habere non poteſt ſermo illius, qui damnat cùm ipſe damnandus ſit, *Senec. de Remed. fortuit.* §. *Male de te.*

354 Authoritates, quæ videntur puntuales, non ſunt aliquando tales, *Marcheſan. de Commiſ. p.* 2. *fol.* 398. *nu.* 20. ubi adducit paritatem Hominum, qui omnes habent barbam, frontem, os, oculos, &c. & tamen non ſunt ſimiles.

355 Auxiliator bonus numquam rogari ſe poſcit ſpontanea ſemper opitulatione ſubveniens.

356 Auxilium: Sæpè premente Deo, fert Deus alter opem.

357 Auxilium benignum artis cum morbis contendere, & non relinquere miſeros Ægros veluti deſperatos, *Trallian.*

358 Auxilia: Malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta ſuſcipere unde credebantur auxilia provenire, *Caſſiod. variar. Epiſtol. epiſt.* 27. *l.* 9.

§. PRIMUS.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO

Abbatibus Regularibus perpetuis etiam ſolummodo ratione adminiſtrationis injungens, atque praſcribens, ut infra annum à die eorum electionis Epiſcopalem benedictionem ſuſcipere teneantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

COmmiſſi nobis cœlitùs Apoſtolici Miniſterii ſolicitudo Nos admonet, ut omnium quidem Chriſtifide-
Urſaya Miſcellaneum.

lium paternam geramus curam, ſed eorum præſertim, qui contemptis illecebris ſeculi ſub ſuavi Religionis jugo divinis ſeſe obſequiis manciparunt, proſpero ſtatui, ſalubrique directioni, quantum Nobis ab Alto conceditur, proſpicere ſtudeamus, & ſi quid in regulari diſciplina inordinatum, & abſonum, vel à Sacrarum Legum ſenſu alienum inter eos irrepſiſſe conſtiterit, Pontificiæ providentiæ & authoritatis ope ſubmovere, ac è medio tollere ſatagamus, quatenus ipſi vota ſua Domino reddere in ſanctitate, & juſtitia, ac in ea, quam elegerunt, tutioris vitæ ratione amplioribus in dies proficere valeant incrementis.

Cùm itaque, ſicut accepimus, Abbates Regulares perpetui, non quidem ratione tituli, quia ad triennium, vel ſexennium, aut aliud limitatum tempus eliguntur, ſed ratione adminiſtrationis, quia ab unius Monaſterii regimine, expleto limitato tempore, transferuntur ad aliud, ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus ſita ſunt Monaſteria, benedictionem obtinere, imò & petere negligant: hinc eſt quòd Nos gravi ejuſmodi abuſui pro Paſtoralis officii debito opportunè conſulere, ac providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot inſuper Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper hoc à Nobis ſpecialiter deputatorum conſilio, ſuadentibus etiam Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis in præſenti Sacro Concilio congregatis; necnon Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione injungimus, præcipimus, & diſtrictè mandamus omnibus, & ſingulis Abbatibus Regularibus, licèt perpetuis ſolummodo ratione adminiſtrationis, ut præfertur, qui Monaſteriis cujuſcumque Ordinis, Congregationis, ac Inſtituti de cætero præficientur, ut infra annum à die eorum electionis computandum ſolemnem benedictionem ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus Monaſteria conſiſtunt, juxta Ritum in Pontificali Romano præſcriptum, omninò ſuſcipiant, vel ſaltem eam ter ab ipſis humiliter poſtulent, ſervata forma ſancita in *cap. Statuimus de ſupplen. neglig. Prælator.* Quòd ſi ſecùs fecerint, ab officio per annum ſint ipſo jure ſuſpenſi. Volumus tamen, & expreſsè declaramus, quòd ipſimet Abbates electi, durante præfato termino, ac interim omnia munia Abbatialia liberè, ac licitè exercere poſſint, & valeant; quòdque Abbas ſemel benedictus iterùm benedictionem petere, vel obtinere non teneatur, tametſi ad gubernium diverſorum Monaſteriorum, aliarum etiam Diœceſum, translatus extiterit.

Quoniam verò nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apoſtolicis, ut aſſeritur, muniti ſunt privilegiis, quibus ampla ipſis tribuitur facultas ſuſcipiendi benedictionem à quocumque, quem maluerint, Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ habente; Nos juſtis, & rationabilibus adducti rationibus, Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, ſtatuimus, atque decernimus, ut ejuſmodi Abbates in poſterum non à quocumque Antiſtite, ſed à Diœceſano tantùm Epiſcopo, vel à Metropolitano, infra prædictum terminum, benedictionem omninò ſuſcipere teneantur; & quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertiò humiliter requiſitus ipſi petitam benedictionem impertiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo duntaxat caſu, eamdem benedictionem à quocumque Catholico Antiſtite Abbas liberè ſuſcipere poſſit, & valeat, ac ita perpetuis futuris temporibus ubique ſervari volumus, & mandamus.

Cæterum ejuſmodi Indulta exemptiva ab obligatione ſuſcipiendi benedictionem à proprio Epiſcopo illis duntaxat Abbatibus, quibus ab Apoſtolica Sede directè conceſſa fuerunt, juxta modum ſupra expreſſum, ſuffragentur: Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantùm Privilegiorum aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Inſtitutis conceſſorum communicatione ſibi competere prætendunt, minimè ſuffragari poſſe, nec debere decernimus, & declaramus.

Quo verò ad Abbates, quibus a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris indultum fuit, ut à ſuis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælatis delegatis, benedictionem ſumere poſſint: vel etiam per ſpeciale Indultũ Apoſtolicum conceſſum fuit, ut electi habeantur pro benedictis ab ipſo Summo Pontifice: nihil omninò innovandum eſſe ſancimus, & Apoſtolica, quibus gaudent, privilegia ubique inconcuſsè obſervari præcipimus, & mandamus.

Univerſos demum Epiſcopos, atque etiam Archiepiſcopos, à quibus benedictio tribuenda erit, eorumque Officiales, Aſſiſtentes, & Miniſtros quoſcumque in Domino hortamur, ac admonemus, ut occaſione ſimilium benedictionum excutiant, ac prorsùs emundent manus ſuas ab omni munere; quin etiam prædictis Præſulibus ſub pœna Interdicti ab uſu Pontificalium per annum vetamus, ac inhibemus, ne tam ante, quàm poſt eaſdem benedictiones, earumque intuitu, cujuſcumque generis, aut ſpeciei, etiam bellariorum, & comeſtibilium, munera, vel xenia, à quoquam recipere audeant; illiſque prætereà diſtrictè injungimus, ut ab omni abſtineant ſolemni pompa, quæ ſumptus, quantumvis modicos, etiam prandii, ſecum ferat; cùm ejuſmodi ſacræ functiones ab interna, ſolidaque potiùs Benedicentium, ac Benedicendorum religione, & pietate, quàm ab externa, & vana apparatus magnificentia debeant commendari.

Decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, Ordinis, Congregationis, ac Inſtituti exiſtant, ſeu aliàs ſpeciali nota digni, illis non conſenſerint, & ad ea vocati, citati, & auditi, ſeu cauſæ, propter quas præſentes emanarunt, adductæ, & ſufficienter juſtificatæ non fuerint, ſive ex alia quacumque, quantumvis juſta, legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, ac enormiſſimæ læſionis, nullo umquam tempore impugnari, redargui, infringi, in controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci poſſe; ſed ſemper firma, & efficacia exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quavis præeminentia, dignitate, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, &, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Collegiorum, Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum quorumlibet, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſcumque Ordinibus, Congregationibus, ac Inſtitutis prædictis, eorumque Monaſteriis, & Abbatibus ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſolas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ac ſervatis reſpectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla, ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perindè arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: utque ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtræ voluntatis, ſanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimoquinto pridiè nonas Maji Pontificatus noſtri anno primo.

§. SECUNDUS.

Agrariæ Ars quomodo poſſit in Urbe, ejuſque Territorio augeri, & conſervari, ſequenti diſcurſu demonſtratur.

1 NElle Provincie dello Stato Eccleſiaſtico, eccettuatane la Maremma, e Campagna di Roma, il nome d'Arte Agraria è totalmente incognito, poichè eſſendovi in ciaſcuna i proprj Coloni, queſti ſeminano ogn'anno una ſempre uniforme quantità di terreno, non laſciandone inculta che una parte, per il neceſſario riposo, e ſenza che i lor Padroni vi contribuiſcano alcuna ſpeſa; e tanto queſti, come i Coloni, non ſoggiacciono mai a perdita, ma ſempre ſono in guadagno, più, ò meno, ſecondo la quantità del raccolto. Al contrario nella Campagna di Roma, ove mancano i proprj Agricoltori, tutto ſi fa con Arte, che ſi chiama Agraria, & a viva forza di danaro, col mezzo de' Mercenarj: e tanto i Padroni, che fanno ſeminare a conto loro, come i Mercanti, e Lavoratori, bene ſpeſſo reſtano in perdita, quando ſperavano ragionevolmente guadagno. Dall'alternativa poi della perdita, e del guadagno, che l'una, e l'altro ſuol accadere, ne viene, che la Campagna non ſi ſemina ſempre uniformemente in tutto il ſuo terreno lavorativo, ma ora ſi ſemina più, e ora meno; talvolta ſi vive con ſoprabbondanza di grani, e altre volte con ſcarſezza, e careſtia. La cagione di tal varietà non è, come potrebbe penſar alcuno, l'abbondanza, ò ſcarſezza del raccolto, ma quella delle ſementi, la quale gira nella ſeguente maniera. Quando le ſementi ſon grandi, grande ancora è il raccolto; e quando v'è grano aſſai, il prezzo di quello è viliſſimo: Ma perchè la ſpeſa del ſeminare è ſempre l'iſteſſa, ò ſi ſemini poco, ò aſſai, perciò in queſti tempi d'abbondanza tutti rimettono; tanto che per iſfuggire la manifeſta perdita, molti per volontà, e altri per impotenza, laſciano di ſeminare. In tal guiſa tornano a diminuirſi le ſementi, torna la ſcarſezza del grano, e creſce il prezzo di queſto, e ricomincia il guadagno di quelli, che ſi ſono incontrati a ſeminar in tempo, che pochi ſeminano. Alla comparſa di tal guadagno ripigliano animo quelli, che havevan laſciato in abbandono l'Agricoltura, e coll'augumento di queſta torna l'abbondanza, la viltà de' prezzi del grano, la nuova perdita, e la ceſſazione del ſeminare, almeno in tanta quantità, ed a conto de' Padroni. Or queſto è quel circolo vizioſo, al quale conviene di penſare attentamente, ſe ſi vuole ſtabilire una legge utile, e ſufficiente a rimetter in piedi l'Arte Agraria; e che ſe non ſi toglie via, ſarà impoſſibile di evitare il gran danno, che ha portato fin ora, quanto è quello del non eſſerſi mai potuto ridurre a coltivare ogn'anno tutto il terreno lavorativo di queſta vaſta Campagna; anzi nè meno tutto il terreno, che in varii tempi è ſtato già coltivato, col titolo, che chiamano, a ſpolpare. Da ciò ſi conoſce, che le leggi agrarie dell'altre Provincie dello Stato non ſono adattabili a queſta Campagna: e che alle saviſſime leggi fatte fin ora da' Sommi Pontefici, che tutte ſono utiliſſime, è neceſſario aggiungerne altre, che levino il dannoſo circolo ſopradetto; vedendoſi per eſperienza, che tutti aneiano al ſeminare, ma tutti ſe n'aſtengono per timor della perdita; e i primi ſono i Padroni de' terreni, i quali ſi contentano più toſto di

quei

quel poco utile, che lor viene da' paſcoli, che cimentarſi a far ſeminare, con pericolo, che i loro beni, in vece di partorirli frutto, li porti danno.

2 A voler dunque ſtabilire l' Arte Agraria, è neceſſario trovar un modo, per cui quelli, che ſeminano, reſtino perſuaſi di dover ſicuramente ritrarre qoalche utile dalle loro ſpeſe, e fatiche. E che queſto lor utile non ſia poi dannoſo al Povero, ò alla Rev. Camera, ma profittevole ad ambidue. Con lo ſtabilimento di due coſe ſi conſeguirà queſto fine. La prima è un prezzo fiſſo, e perpetuo al Grano; che nelle Provincie di Romagna, e Bologna chiamano Calmiero. La ſeconda, un peſo ſempre fiſſo al Pane.

3 Per dare la valutazione al Grano con un prezzo giuſto, e perpetuo, biſogna conſiderare la ſpeſa, che ſi fa dall' Agricoltore in un Rubbio di Maeſe, la qoale aſcende a ſcudi treotaſei moneta, non compreſaci la riſpoſta di due rubbia di grano, che regolarmente ſi paga al Padrone per ogni rubbio di Maeſe: però il prezzo fiſſo del grano dovrà eſſere oon meno di ſcudi ſei, nè più di ſcudi ſette, e mezao per rubbio; che raguagliatamente, uo anno per l'altro, il grano verrà a venderſi ſcudi ſei, e bajocchi ſettantacinque il rubbio: preaao ſufficiente ad invitare ciaſcuno a ſeminare, mentre dà un otile certo di ſcudi dodici, e bajocchi cinquanta per cento del capitale, che ci s'impiega. E acciochè non ſi contravenga al ſopradetto Calmiero, ò prezzo fiſſo, ſarà oeceſſario imporre la pena della perdita del grano, e del prezzo di queſto, per chi lo comprerà, e venderà reſpettivamente, più, o meno della Taſſa, etiandio in Campo di fiore, con il regalo della quarta parte al Denunziante, che ſarà tenuto ſegreto, e il rimanente applicarſi a' Luoghi Pii a diſpoſizione di Monſig. Prefetto dell' Annona. La determioazione poi del preaao preciſo, riſtretto fra li ſei ſcudi, e ſette, e mezzo, ſi potrà laſciare in arbitrio de' Fornari, Caſarecci, e Mercanti, che tra loro s'accomodino, ſecondo la qualità del raccolto, e del grano, purchè il prezzo non ecceda li ſcudi 7: 50. e non ſia meno delli ſcudi ſei. Fra queſti limiti tutto potrà regolarſi da ſe, e ceſſaranno le quotidiane querele del Popolo contro il Mercante, ſupponendo, che voglia ſempre la careſtia: e del Mercante contro l'Annona, parendogli, che non gli laſci vender il grano tanto da ritrarne le ſpeſe, e le fatiche, non conſiderate in eſſi nè pure a guiſa de' Mercenarj.

4 A proporzione della Taſſa fiſſata al preazo del grano, dovrà ſtabilirſi il peſo del Pane. Onde la Pagnotta a bajocco dovrà eſſer ſempre d'otto oncie di peſo giuſto: ben cotta, e di tutta perfezione: E la Pagnotta bianca di dieci oncie di peſo, e di bontà come ſopra: Con che in oltre tanto il Fornaro Decinante, quanto Bajoccante, anco di Palazzo, e Luoghi Pii, debba tenere il Pane bruno, chiamato a peſo, e di queſto ne debba dare dieci oncie al bajocco, che quando ſarà ben cotto, non ſolamente lo mangierà il Povero, ma anche gli Artegiani, e Perſone civili.

5 Con la Taſſa del prezao al grano, e del peſo al Pane, ſi crede trovato il vero modo da far vivere felicemente per ſempre il Povero, il Ricco, l' Artegiano, e il Mercante. Rimane ora a trovar il modo, pecchè ciò ſi verifichi anche del Fornaro, parendo, che non poſſa camparci ſecondo il preaao, e peſo ſuderti. Per tanto la Rev. Camemera potrebbe ſgravare bajocchi vent'otto per rubbio dalli bajocchi 88. che paga il Fornaro di macinato, e in tal maniera il Fornaro verrà a pagare bajocchi ſeſſaota per rubbio, quanto pagano i Caſarecci, e guadagnerà bajocchi trenta per rubbio, oltre le ſue fatiche; i quali bajocchi trenta verranno a portar d'utile trecento ſcudi annoi, per uno ripartitamente: Perchè eſſendo i Fornari ottanta, e ſmaltendo fra tutti ottanta mila rubbia in circa, vengono ad eſſere mille rubbia per Fornaro.

6 La ſola Rev. Camera pare, che reſti in diſcapito di ſcudi veotiduemila, e quattrocento annui per lo ſgravio da farſi al Fornaro di bajocchi vent'otto per rubbio. Se ciò foſſe, il che non è vero, oon ſarebbe gran coſa, che la Madre per un grandiſſimo vantaggio de' figli, e utile di ſe ſteſſa, ſoggiaceſſe ad una piccola ſpeſa, reſpettivamente al gran bene, che ne riſulta. Ma ſe ſi conſidererà attentamente l'immenſo utile, che ſi ricaverà dal metter in opera quanto s'è detto, ſi troverà, che la Rev. Camera non ſolamente oon rimarrà gravata in niente, ma ritrarrà emolumenti tali, che parerà meravaglioſa la tardanza d'ordini così profittevoli, come ſi accenna qui appreſſo.

Utili provenienti dall' Arte Agraria ſtabilita come ſopra.

7 PRimo. La ſicureaza di guadagnare ſcudi dodici, e meaao per cento oella vendita del grano dalli ſcudi 6. fino alli 7: 50. darà tal animo a tutti di ſeminare, che per lo meno ſi ſemineranno rubbia ventimila annue di Maeſe, di più di quello ſi ſemina preſentemente, e parte di queſte a Colti. Che ciò ſia per ſuccedere, ſi prenda l' eſemplo da i tempi andati, ne' quali, per eſſer il grano nel dovuto prezzo, ſi ſeminava molto più di quanto s'è detto: E nelle ſole Città di Cornero, e Toſcanella, v' erano ſopra cento Mercanti ricchi di decine, e decioe di migliara di ſcudi: quando adeſſo non ſi sà, che ve ne ſia pur uno col valſente di cento ſcudi: E le pianure feconddiſſime di quelle Maremme, ch'erano prima il Granaro di Roma, della Toſcana, e della Liguria, adeſſo rimaogono inculte ad uſo di ſolo paſcolo, che ſi vende anche a viliſſimo prezzo, quando ſi trova il Compratore. Ma ſenza ricorrere al tempo antico di cent'anni ſono, s'oſſervi nel tempo preſente la diverſa coltura delle Campagne di Mont'Alto, e Cornero, che non hanno tra loro altra diſtinzione, che d'un ſemplice Solco, e ſi vedranno quelle di Mont'Alto tutte ſemioate, e quelle di Corneto niente; e ciò non per maggior copia, ò mancanza d'Agricoltori: ma ſolamente perchè quelle di Mont'Alto hanno l' Appaltatore, che ha la libertà, e il modo di veoder il ſuo grano un prezao ragionevole, che non hanno i poveri Cittadini di Corneto, e di Toſcanella, i quali nel ſeminare che hanno fatto, ſenaa i detti requiſiti, ſi ſono affatto inabilitati a poter ſeminare nell'avvenire, atteſe le perdite, che li ha impoveriti. Eſſendo dunque più che veriſimile, che ſi ſeminino ventimila rubbia annue di Maeſe di più del ſolito, queſte richiedono la ſpeſa annua di ſcudi ſettecento ventimila moneta, i quali ſi ſpendono in robbe ad uſo della Mercatura, e ne i Mercenarii, parte per loro vitto, e parte per loro ſalario, che da eſſi vien poi impiegato in veſtire, e in altre diverſe ſpeſe; ſi che tutto il denaro gira per la Piaaza, e per poca gabbella, che paghi, non è mai meno di ſcudi otto per cento. Dal che la Rev. Camera viene a ritrarne d' utile ſu le Dogane ſcudi cinquantaſette mila, e ſeicento moneta ogn'anno di più del conſueto.

8 Secondo. Con l' accreſcimento della coltivazione s'augumenta l' abbondanza del grano, per la quale la Rev. Camera potrà dare ogn'anno cento mila rubbia di Tratte, che a ragione d'ono ſcudo per rubbio, ſaranno altri ſcudi centomila d'utile annuo per la medeſima. Il che tanto più avrebbe luogo, qoanto che ſarebbe ceſſato lo ſcambievole, e dannoſo impedimento, che prima ſi davano bene ſpeſſo i Mercanti, e la Rev. Camera; & era, che ſentendo i Mercanti, che ſi davano, ò ſi volevano dar le Tratte, ſubito ſoſtenevano il loro grano ad un prezao eſorbitante; e ſentendo la Rev. Camera un sì gran creſcimento al prezzo del grano, con ſomma prudenaa deſiſteva dal dar le Tratte; e in tal forma ſi perdeva l'utile di queſte, e il ragionevol preazo del grano, che poi il Mercante per l'imminenza de' pagamenti, e delle ſpeſe, era coſtretto vendere a quanti minimi: Onde in avvenire, non potendo il Mercante alterare il prezao al ſuo grano, la Rev. Camera potrà avere le miſure giuſte per la quaotità delle Tratte poſſibili a darſi.

9 Terzo. L' Aonona non avrà più biſogno d' incettar grani, e di tener tanti Miniſtri, e s'avanzerà la ſpeſa annua di ſcudi duemila moneta, perchè baſterà, che ritenga ne' Granari dodici, ò quindicimila rubbia di grano per ogn' occorrenaa, benchè difficile a venire, e queſte rinnovate ogn'anno ſecondo il biſogno, con farne impreſtanza a' Mercanti, e Fornari ſenz'alcun intereſſe.

10 Quarto. I Padroni delle Tenote per le ventimila rubbia di più che ſi ſemineranno, averanno quarantamila rubbia di grano di riſpoſta d'avantaggio del ſolito, ſenza quella de i Colti, a ragione di due rubbia per rubbio di terreno, che a ſcudi 6:75. il rubbio, ſono ogn'anno ſcudi ducento ſettantamila.

11 Quinto. I Padroni delle Tenute, e i Mercanti, accreſceraono neceſſariamente le loro Mandre, Greggi, ed Armenti, con notabile augumento della Graſcia, e Dogana di Roma, e fuori.

12 Seſto. L' erbe d'inverno, e d'eſtate, ſi venderanno il doppio, almeno per le ventimila rubbia ridotte a coltura, mentre l' erba polite, e di ſtoppie, ſi vende ſempre aſſai più dell'altra, e ſarà ſcudi ventimila l'anno.

13 Settimo. I poveri Contadini averanno il recapito delle loro ſatiche, gli Artegiani, che lavorano materia groſſa, s'approfitteranno non poco, chi nel lavorare carri, barrozze, gomere, zappe, accette, veſtiri di lana, e di tela, ſcarpe, cappelli, e tutto altro, che biſogna per gli ſtili dell'Arte, e per il veſtire degli Agricoltori. I Pizzicaroli, Fornari, Caſciari, Mercanti di vino, Macellari, Oſti, Fienaroli, Orzaroli, Acquavitari, Tabaccari, etiamdio gli Ortolani di cipolle, e agli, e in fine tutte l'arti, e tutta la mercatura, riceverà immenſo beneficio dalla grandiſſima ſpeſa, che ſi fa nelle ſementi, e dalle mercedi, che ci s'impiegano da' Contadini.

14 Ottavo. I Padroni delle Tenute, tanto Secolari, che Eccleſiaſtici, e Luoghi Pii, averanno da' loro ſtabili doppia entrata, la quale per la maggior parte da eſſi verrà impiegata in beneficio univerſale de' Poveri, ò col valerſi delle loro ſatiche, ò col accreſcimento della famiglia, e del veſtire, ò col far lavorare coſe utili, ò voluttuoſe. E in ogni caſo ſarà ſempre vero, che ſpendendo ciaſcuno a miſura dell'entrate, l'augumento di queſte porterà neceſſariamente maggiore ſpeſa, che tutta in fine ridonda in beneficio degli Artegiani, e de' Poveri.

15 Nono. Si toglierà una gran parte dell'ozio, che tiene avvilita la Città, ſenza curarſi d'altro rinveſtimento, che in luoghi de' Monti, che non fruttano più di ſcudi a: 50. per Cento; ò in Cenſi, e Cambii, a ragione di ſcudi tre per Cento, ò poco d'avantaggio: Poichè i Ricchi, gli Artegiani, e i Mercanti, faranno veriſimilmente a gara, ciaſcuno ſecondo la ſua abilità, d'impiegare l'induſtria, e il denaro nelle ſementi, dalle quali ſarebbono ſicuri d'aver un frutto certo di ſcudi dodici, e bajocchi cinquanta per Cento.

16 Decimo. Si macineranno almeno ventimila rubbia di grano di più del ſolito, che nella ſola Gabella del Macinato ſaranno ſcudi dodicimila per la Rev. Cam.

17 Undecimo. Da queſta coltivazione ne proverranno ancora altri utili a gli Appalti Camerali d'ogni ſorte, e in particolare alle Teſorerie del Patrimonio, Marittima, e Campagna, che pure ridonderanno in beneficio della Rev. Camera, e de' Sudditi, per la ſomma almeno d'annui ſcudi trentamila.

18 Duodecimo. Da i ſopradetti, & altri utili, provenienti dall'Agricoltura, ne riſulterà il commodo di ſgravare affatto la Gabbella del Macinato, e poi di poter accreſcere anche il Pane a proporzione ſopra le otto oncie. Anzi volendoſi ſgravare i Sudditi dalle Gabbelle, conforme alla ſanta mente di Noſtro Signore, non c'è modo più proprio a farne ſeguir l'effetto, quanto che il favorire l'Agricoltura: Perchè non potendoſi levar le Gabbelle, ſe non che col danaro de i medeſimi Sudditi; affinchè queſto danaro vi ſia, è neceſſario accreſcere le loro entrate; e di più è neceſſario tener in prezzo le medeſime entrate, procurandone lo ſmaltimento, anco fuori di Stato, per quanto ſi può, acciochè nelle mani de' Sudditi v'entri ogni maggior ſomma poſſibile. Per tanto conſiſtendo l'entrate de' Sudditi ne' Terreni, e Beſtiami, tutto lo ſgravio delle Gabbelle, e tutto l'utile de i Sudditi, deve neceſſariamente dipendere, e ſperarſi dall'Agricoltura.

19 Finalmente per non andar in infinito, il bene che riſulterà dall'Agricoltura, è appunto infinito, e ſe fra due anni creſceranno le ſementi ventimila rubbia, col tempo ſaranno ſempre maggiori: E lo ſteſſo ſuccederà d'ogni ſorte di Beſtiame, il quale ſi deve conſiderare come parte maggiore dell'Agricoltura, come è noto a chi intende l'utile de' lavori, de' Stabbiatici, della vendita dell'Erbe, e delle Macchie; e però, ſi come, oltre i ſopradetti ordini, a voler ſoſtener l'Arte Agraria, è neceſſario far aver puntuale eſecuzione a i Privilegii conceduti da i Sommi Pontefici alla medeſima, così ugualmente ſi devono far godere a gli Affidati gli altri privilegii conceduti loro, ſoſtenendoli, e abilitandoli ſecondo il biſogno per non eſſere ſtrappazzati, come accade ben ſpeſſo con graviſſimo pregiudicio.

20 Non propongono obbiezzioni, che ſi potrebbono fare, parendo che tutte ſi tolgano col fondamento della ragione, e col conſiderare, che il modo propoſto, è utile a ciaſcuno, e a niuno dannoſo. Nè la novità deve metter in ſoggezione di toglierne, ò differirne l'eſecuzione, mentre tante ſantiſſime, e utiliſſime leggi non mancano d'eſſer nuove, ma la novità le accreſce il preggio infinitamente.

21 Tuttavia ſi dice, che il Calmiero non è coſa nuova, e che ogn'anno ſi pratica nella Romagna, e a Bologna; e ſebene in quelle parti ſi rinnova ogn'anno, e a Roma ſi pretende fiſſo, e perpetuo, la differenza proviene dall'havere quelle Provincie i proprii Agricoltori, da i quali non ſi fa alcuna ſpeſa, ma tutti i lavori ſi fanno di loro mano: Onde il Calmiero ſi regola dalla ſola raccolta del grano, e ſecondo ch'è maggiore, ò minore, così ſi taſſa il prezzo maggiore, ò minore. Ma qui, ove ſi lavora con i Mercenarii, e che la ſpeſa della ſemente è ſempre uniforme, ſempre uniforme deve eſſere il prezzo del grano, che prende regola dalla ſpeſa ſudetta: e per la maggiore, ò minore abbondanza del raccolto, baſta lo ſvario del Calmiero, che i contraenti poſſono fare da loro ſteſſi dalli ſei ſcudi ſino alli ſette, e mezzo.

22 Così il peſo del pane ſempre uniforme, è in uſo a Venezia, e a Napoli, e viene in neceſſaria conſeguenza del prezzo fiſſo del grano, ſecondo il quale deve eſſere il peſo fiſſo del pane.

23 Nè ſi creda, che ott'once di pane a bajocco ſia peſo troppo ſcarſo per il povero, perchè da 150. anni in quà, poche volte è ſtato maggiore; e quando è ſtato tale, non ha portato alcun utile, anzi ha diminuita l'Agricoltura, e rinnovata la careſtia. E ſe ben pare, che dandoſi dieci oncie di pane al bajocco porti al povero un utile di due once, ad ogni modo è tutto il contrario, recandogli un danno di cento per uno. La ragione è, perchè l'abbondanza in tal forma non ſi può fare ſe non à ſpeſe, cioè, a danno del Mercante, il quale perciò deſiſte dal ſeminare; e da queſta ceſſazione mancano l'entrate a i Ricchi, la vendita a i Mercanti, il lavoro a gli Artegiani, e l'impiego a i poveri Contadini. Onde ſebene la pagnotta è maggior del quinto, l'entrate, le vendite, i lavori, e le mercedi ſono cento volte minori; e manca poi il bajocco da comperar la pagnotta, benchè ſia di dieci oncie. E però ſe il povero haverà il recapito della ſua profeſſione, e fatica, ſtarà beniſſimo con otto oncie di pane a bajocco; ſe non l'haverà, ſarà miſerabile, quantunque la pagnotta foſſe groſſiſſima, e di venti oncie.

24 Se poi ſi diceſſe, che non ſaprà che farſi di tanto grano, quando ridotta a coltura queſta Campagna, produceſſe delle cento per una, come racconta *Plinio l. 18. c. 3.* de i tempi antichi, adducendone per cagione la diligente coltivazione fatta dalle mani più degne: *gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore*: Si riſponde che le Campagne di Corneto, e Toſcanella erano incolte, come ſono oggi, in tempo della ſa. me. di Clemente VIII. il quale pietoſamente havendo eretto un Monte in quelle Città, con far ſomminiſtrare a quei Cittadini il danaro ſufficiente per ſeminare, obligandoli a reſtituirlo dentro a tre anni, fù sì grande l'utile, che ricavarono dal grano raccolto da eſſi, che non ſolamente nel termine prefiſſo reſtituirono il danaro preſtato, ma tutti univerſalmente s'arricchirono. Segno, che il grano ſempre ſi vende, quando c'è, e che robba fatta denaro aſpetta, come al volgare proverbio. Di che ciaſcuno può reſtar chiaro, conſiderando l'iſtanze de' foraſtieri per aver grano, le quali ſono ſempre maggiori della quantità, che ſe ne può, ò ſe ne vuol dare.

25 Da quanto s'è detto, ſi deduce, che l'Arte Agraria è il più rilevante affare, che in materia d'Economia poſſa conſiderarſi in queſta Città; e però merita una ſomma attenzione, e prontezza nell'eſſere ſtabilita: e che dopo eſſer andata in declinazione l'Agricoltura, ſi vede il Popolo, la Plebe, e tutti ſempre più biſognoſi.

26 Concludo, che queſta gran Campagna ha naſcoſto in ſeno un ricchiſſimo, & indeficiente teſoro, il quale non può cavarſi che per mezzo dell'Arte Agraria. A chi Dio benedetto abbia riſervata la grazia di totalmente ſcoprirlo, ancora è incerto.

Scandaglio per il Mercante, che ſemini un Rubbio di Maeſe, che gli faccia delle otto, e venda il grano non più di ſcudi ſette, e bajocchi cinquanta il rubbio, nè meno di ſcudi ſei moneta, cioè un'anno per l'altro ſcudi ſei, e bajocchi ſettantacinque il rubbio,

Speſa per ſeminare un Rubbio di Maeſe.

27 PEr prezzo di rubbio uno Maeſe	ſc.	10:—
Per ſeme di detto rubbio di Maeſe rubbio uno, & una quarta di grano a ſcudi 6: 75. il rubbio	ſc.	8:44
Per Streppatura, e Zappone	ſc.	2:—
Per Zappetta, o come ſi dice terra nera	ſc.	1:50
Per Mondarella	ſc.	1:50
Per Mietitura	ſc.	4:20

Per

Digitized by Google

Per Carricolatura all' Ara	ſc.	1:20
Per tritatura	ſc.	3:—
Per portatura a Roma di rubbia ſei delle ſudette rubbia otto, che due ne reſtano nell' Ara per la riſpoſta del Terreno, a bajocchi quarantacinque il rubbio	ſc.	2:70
Per Gabella alla Porta a bajocchi dieci per rubbio per dd. rubbia ſei	ſc.	—:60
Per Granaro, e ſcaricatura a Facchini per dette rubbia ſei	ſc.	—:60
Per conciarle, e calo che ſanno per ridurle vendibili	ſc.	—:26
Speſa in tutto	ſc.	36:—

Raguagliato il ſudetto rubbio di Maeſe, che faccia un anno per l'altro delle otto, e che il grano ſi venda ſcudi ſei, e bajocchi ſettantacinque il rubbio; sarà il frutto, che ſe ne cava, dettatte le due rubbia per la riſpoſta del terreno	ſc.	40:50
Speſa per coltivarlo	ſc.	36:—
Guadagno, che reſta per rubbio all' Agricoltore	ſc.	4:50

Siche il Mercante, o ſia chi ſi ſia, che ſemina rubbia cento di Maeſe, guadagna franchi un anno per l'altro, ſcudi quattrocento cinquanta moneta, frutto certo del Capitale, che c'impiega, di ſcudi dodici, e bajocchi cinquanta per cento. S'è rubbia trecento, ſcudi mille trecento cinquanta.

28 S'avverte però, che nel particolare le ſudette rubbia cento poſſono ſare delle dodici per rubbio, e render per ogni rubbio di Maeſe ſc. vintotto, e bajocchi ſettanta, che ſono per ogni ſcudi cento di capitale, ſcudi ſettantatre, e bajocchi novantaſei, in tutto ſcudi due mila ottocento ſettanta. Et anco poſſono fare ſin delle ſedici, e dare per rubbio ſcudi cinquantadue, e bajocchi novanta; per cento ſcudi di capitale, ſcudi cento ventiſette, e bajocchi ſedici, in tutto ſcudi cinque mila ducento novanta; e ſe la ſementa è di rubbia ducento, l'utile è di ſcudi dieci mila cinquecento ottanta.

29 All'incontro puol fare delle ſei, e dare di perdita per rubbio ſcudi ſette, e bajochi ſeſſanta, per cento, ſcudi ventuno, e bajocchi novantaſei, in tutto ſcudi ſettecento ſeſſanta; ed anco delle quattro, che meno di queſte non pare, che dia l'antichità dell' Arte, e render di danno per rubbio ſcudi dicinove, e bajocchi ſettanta, per cento, ſc. cinquantanove, e bajocchi trentatre, in tutto ſcudi millenovecento ſettanta. Onde chiaramente ſi vede, che il ſeminare torna in generale, e più nel particolare, mentre il guadagno è ſempre maggior della perdita.

30 *Scandaglio per il Fornaro a bajocche, che milita anco per il Decinante ſopra un rubbio di grano mercantile di libre ſeicento quaranta valutatagli ſcudi ſei, e bajocchi ſettantacinque, un' anno per l'altro, o ridotto in Pane à bajocco d'ottoonce.*

SPESA.		RITRATTO.	
Per un rubbio di grano ſcudi	6:75	Dal dicontro rubbio di grano ſe ne cavano lib. 540. di pane a bajocco, che a otto oncie la pagnotta importano	7:56
Per miſuratura	20	Tritello graſſo ſcorzi 3.	63
Per Gabella del macinato	60	Tritello magro ſc. a. ÷	12 ÷
Per ſcaricatura, e ſemola a' Cavalli	05	Codetta ſcorzi 1. ÷	09
Per faſcine numero ſei	15	Semmola ſcorzi 12.	42
Per piggione	12 ÷	Conciatura ſcorzi 1.	10
Per ſpeſe mangiatorie	55		
Per molitura	20		
Speſa in tutto ſc.	8:62: ÷	Se ne cava in tutto ſc.	8:92: ÷

Ritratto del pane che ſi fa d'un rubbio di grano ſono ſc.	8:92: ÷
Speſa per ridurre a pane un rubbio di grano ſc.	8:62: ÷
Guadagno che reſta per il Fornaro in ogni rubbio di grano	30:

Si che il Fornaro guadagna bajocchi trenta per rubbio, e macinando rubbia mille, come ripartitamente dovrebbe, ſono ſcudi trecento annui franchi; utile competente allo sborſo, e alla fatica, con i quali con l'aſſiſtenza della perſona, vendita della carbonella, e qualch'altro proveccio, avrà occaſione di far ſempre pane di tutta bontà, e peſo, come infallibilmente ſuccederebbe.

§. TERTIUS.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

LITERÆ APOSTOLICÆ

Quibus per totam Italiam & Inſulas adjacentes Providendis de Beneficiis Eccleſiaſticis non affectis, aut reſervatis S. Sedi, demandatur ſolutio media annata favore fabbrica Metropolitanarum, & Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Pius, & miſericors Dominus, qui dum pro peccatis noſtris iraſcitur, miſericordiæ recordatur, Templa Dominica conſtrui, & divinis precibus conſecrari voluit, & præcepit, in quibus cum hominibus habitat, ut plebs fidelis per oblationes, & pacificas hoſtias devotæ orationis, iram Judicis mitiget, ipſius Clementiam humiliter poſtulando. Ne igitur domos Dei, quas decet ſanctitudo, & quarum decorem ſummoperè diligendum ſacra eloquia teſtantur, propter temporum injuriam collabi, in pejus ruere, minùſque decenter retineri contingat, Sacri Canones modis omnibus providere non omiſerunt.

Verumtamen experientia oſtendit, quod dolenter dicimus, hactenus conſtituta haud ſufficienti præſidio fore, ut ſacrarum legum vota adimpleantur: quamobrem cum ad univerſalis Eccleſiæ Paſtorem pertineat vigili cura in re tam ſancta, in qua nulla ſolicitudo nimia videri poteſt, nova ſubminiſtrare ſubſidia, præſertim ubi de reparandis, ſive debito modo conſervandis Eccleſiis Cathedralibus agitur, & Collegiatis, in quibus fidelis Populus frequentiùs ad orandum convenire ſolet, de conſilio nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliquot inſuper dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quos ad id ſpecialiter deputavimus conſilio, ac etiam Motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, præcipimus, & mandamus per totam Italiam, & Inſulas adjacentes, ut in poſterùm proviſi de Canonicatibus, & Beneficiis, tam reſidentialibus non curatis, computatis etiàm incertis, non excedentibus valorem annuum ſcutorum centum monetæ Romanæ, quàm non reſidentialibus, & ſimplicibus ſitis extra Eccleſias Collegiatas, teneantur ſolvere, & reſpectivè deponere mediam annatam pro Fabrica Eccleſiæ Cathedralis; Proviſi verò de Canonicatibus, & Beneficiis tam reſidentialibus non curatis, computatis etiam incertis, non excedentibus valorem annuum ſcutorum centum monetæ præfatæ, quàm non reſidentialibus, & ſimplicibus ſitis in Eccleſiis Collegiatis, vel ad illas tranſlatis, itidem teneantur ſolvere, & reſpectivè deponere mediam annatam pro ſabrica Eccleſiæ Collegiatæ, ſive Beneficia prædicta liberæ collationis, ſive Juriſpatronatus mixti, ac etiam laicalis fuerint, & ad quemcumque electio, collatio, inſtitutio, & proviſio pertineat, ſive nimirum ad Metropolitanum, vel Ordinarium, ſive ad Capitulum, ſive ad alium quemcumque Inferiorem, dummodò collationis, inſtitutionis, & proviſionis S. Sedis minimè exiſtant, aut etiam legitima non vigeret conſuetudo ſolvendi, vel dimittendi fructus ſex menſium, aut ſimilem non tamen minorem ratam favore Fabricæ, vel Sacriſtiæ, utroque enim in caſu pro Fabrica prædicta nihil ſolvendum, aut deponendum erit.

Ut autem præmiſſa, quæ ad conſulendum debito Metropolitanarum, & Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum decori diſpoſita dignoſcuntur, ſuum ſortiantur effectum

ctum, præcipimus, & mandamus, quòd mediæ annatæ hujuſmodi deponantur penes perſonsm idoneam ab Epiſcopis cum ſcientia, & conſenſu Capitulorum deputandam, & ſucceſſivè ab eiſdem deficiente neceſſitate occurrendi reparationi Eccleſiæ inveſtiantur, & collocentur in ſtabilibus, & fundis, ſeu Capitalibus tutis, ſecuris, atque fructiferis, ac ubi fieri poterit in locis montium Cameralibus non vacabilibus, pro dote Fabricæ ſingularum Eccleſiarum prædictarum, ac ejuſmodi dotium annuus proventus non in alium uſum, quàm reparationis, conſervationis, & manutentionis Fabricæ earumdem Eccleſiarum, ab uniuſcujuſque Præſulibus, cum ſcientia pariter, & conſenſu ſuorum Capitulorum in occurrentibus caſibus erogetur; & quotieſcumque dictas Eccleſias reparatione non indigere conſtiterit, annui etiam fructus, & fructuum fructus dotium prædictarum in aliis ſtabilibus fundis & Capitalibus tutis, atque fructiferis, ac reſpectivè in aliis locis montium eodem prorsùs modo reinveſtiantur, & collocentur, ad hoc ut ipſæmet dotes majora in dies, benedicente Domino, ſuſcipiant incrementa, adeòque earum redditus ſupportando reparationis Fabricæ ipſarum Eccleſiarum oneri ſatis eſſe poſſint.

Cæterùm ſuper præmiſſis omnibus, ac præſertim ſuper iis, quæ rectam, & fidelem præfatarum dotium adminiſtrationem reſpicient, eorumdem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum inferiorum, atque etiam Capitulorum conſcientiam peculiariter, & diſtinctè oneramus; ac inſuper quoties Archiepiſcopi, Epiſcopi, vel Ordinarii inferiores, ac reſpectivè Capitula in aliquo ex his defecerint, itaut vel ratione minùs fidelis, idoneique depoſitarii, aut ex cauſa non facti, vel minùs tuti, & exinde deperditi inveſtimenti, aut demùm propter erogata Capitalia, vel fructus in alios uſus, aliquod præjudicium emerſerit Patrimonio Fabricæ; ipſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, vel Ordinarii inferiores, & reſpectivè Capitula, & ſinguli Canonici, qui defecerint, eorumque hæredes, & ſucceſſores teneantur ad omnia damna, & intereſſe favore prædictæ Fabricæ, eorumdemque bona omnia pro potiori cautela affecta ſint, & ſpecialiter hypothecata favore ejuſdem Fabricæ.

Quoniam verò noſtræ mentis non eſt per hanc noſtram Conſtitutionem, ut præmiſimus, Sacrorum Canonum ſtatuta, & præſidia minuere, ſed quantum in Domino poſſumus augere favore Eccleſiarum, declaramus, & expreſſè volumus firmiſſimum nihilominùs manere onus reparandi, reſtaurandi, & manutenendi Eccleſias Cathedrales Epiſcopis à jure injunctum, itaut in reſtaurandis, reparandis, & conſervandis Eccleſiis Cathedralibus, antequam tangantur fructus, ſeu capitalia favore Fabricæ, vigore hujus Conſtitutionis conficienda, teneantur Epiſcopi, & ad normam Sacrorum Canonum exquiratur de eorum obligatione.

Prætereàque decernimus hanc noſtram Conſtitutionem locum habere favore omnium Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum totius Italiæ, & Inſularum adjacentium, tametſi pro nonnullis Eccleſiis editæ fuerint aliquæ proviſiones, ſicuti per fel. recor. Innocentium PP. XIII. Prædeceſſorem noſtrum pro tribus Eccleſiis, nempè Auximana, Viterbien. & Tuſcanen. & per Nos hactenùs pro quatuor ſcilicet Nuſcan. Vigilien. Caſtellanaten. & Sypontina mediante unione ratæ penſionis ſuper fructibus earumdem Eccleſiarum ad certum tempus favore Fabricæ earumdem Eccleſiarum, actum fuiſſe conſtet, & in univerſum pro Eccleſiis Regni Neapolitani emanaverit Conſtitutio ſanct. mem. Innocentii PP. XII. etiam Prædeceſſoris noſtri incipiens: *Inſcrutabili*, & ſupervenerit alia noſtra ampliativa incipiens: *Sacroſancti Apoſtolatus*.

Excipimus tamen ab hac Conſtitutione Beneficis noſtræ Archidiœceſis Beneventanæ; dudum enim eorum reſpectu per aliam noſtram Conſtitutionem incipientem: *Romanus Pontifex*; confirmando, declarando, & ampliando antiquam Conſtitutionem fel. record. Pii PP. II. pariter Prædeceſſoris noſtri ſimile injunximus onus Beneficiis in univerſa Archidiœceſi exiſtentibus.

Volumus autem, quòd huic noſtræ Conſtitutioni, ſeu ſolutioni mediæ annatæ prædictæ minimè ſubjecta exiſtant Beneficia illarum Diœceſum, & reſpectivè Collegiatarum, in quibus reperitur opus, ſeu peculiare patrimonium Fabricæ ſufficienter inſtructum, aut onus, ſeu obligatio reparandi, reſtaurandi, & conſervandi Eccleſias reſidet penes Communitates locorum, vel adſunt dictarum Eccleſiarum Patroni, qui niſi reparare, & manutenere velint eaſdem Eccleſias, earum Patronatum amittere debent; cùm enim in his ſatis conſultum ſit reparationi, & conſervationi Eccleſiarum, nolumus aliud ſuperaddere Beneficiatis impendium, quod vergeret in ſublevamen eorum, qui de jure tenentur.

Decernentes eaſdem præſentes, ac præinſertas litteras ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari; ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quavis præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, noſtra & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo; necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Statutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis quibuſcumque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumq; etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, ac aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ac ſervatis reſpectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Ad hoc autem, ut præſentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perindè arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: utque ipſarum præſentium tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, ampliationis, reſtitutionis, reintegrationis, decreti, declarationis, ſtatuti, voluntatis, mandati, Conſtitutionis, aſſignationis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, IV. Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

§. QUAR-

§. QUARTUS.

ROMANA PRÆTENSÆ MEDIÆ ANNATÆ.

Oſtenditur mediam Annatam non deberi ex Penſionibus, non excedentibus duc. 24. aur. de Camera, neque Annatiſtis, neque Beneficiato qui illam integraliter ſolvit, quando Beneficium excedit redditus duc. 24. aur. de Camera.

1 NOn controvertitur in facto, quod b. m. Abbas N. N. proviſus anno 1708. de Beneficio, Abbatia nuncupato, S. Michaelis Archangeli in Pictari, Policaſtren. Diœceſis, ſolverit mediam Annatam pro redditibus ejuſdem Beneficii, annuatim aſcendentibus ad ducatos quinquaginta quatuor auri de Camera.

2 Non revocatur pariter in dubium, quod de menſe Auguſti 1721. ſuper fructibus ejuſdem Beneficii de conſenſu ejuſdem Abbatis NN. impoſita fuerit annua Penſio ſcutorum viginti quatuor monetæ Romanæ, ſavore ejus Fratris Filii.

3 Et fuit concludenter coram A. C. de Abbatibus per Acta Gabrielli juſtificatum, quòd à die impoſitionis d. Penſionis eidem Penſionario punctualiter ſoluti fuerint omnes ejus termini, vel mediantibus publicis Iuſtrumentis, vel per medium Banci S. Spiritus uſque ad obitum ejuſdem Titularis, ſequutum die 29. Maji 1723.

4 Ex quibus in Judicio, coram dicto A. C. de Abbatibus intentato, ſuccubuit D. Advocatus N. N. ſucceſſor in eodem Beneficio, acriter inſiſtens in prætenſa nullitate ejuſdem Penſionis, ſub inſubſiſtenti ſuppoſito, quod illius redditus non aſcendebant ad dictam ſummam ducatorum quinquaginta quatuor de Camera, in qua fuerunt expreſſi à dicto Abbate N. N.

5 Neque eidem Adv. admiſſa fuit ab eodem Judice prætenſio compenſationis unius termini cum media Annata, ab ipſo ſoluta pro integra ſumma redditnum dicti Beneficii, circa quam prætenſionem coram dicto Judice particularis ab ipſo confecta fuit ſcriptura, & circa quam particulare pariter coram eodem Judice habitum fuit contradictorium, eòquia idem Judex per ſententiam declaravit, eandem exceptionem non obſtare, neque attendendam eſſe, adverſus quam habito per eundem Advocatum recurſu ad R.P.D. Auditorem Signaturæ, non fuit eidem impugnata Commiſſio.

6 Tria fuerunt ſolida motiva, ex quibus ab eodem Judice rejecta fuit dicta prætenſio compenſationis mediæ Annatæ.

7 Primum, quod illa non debetur, quando (ut in præſenti verificatur) Penſiones non excedunt quantitatem ducatorum viginti quatuor auri de Camera, juxta literalem Conſtitut. 33. Clementis VII. in Bullar. nov. tom. 1. cujus verba ſunt hæc: *Ex certa noſtra ſcientia, & deliberatione ſtatuimus, quòd de cætero ex quibusvis Penſionibus, quantitatem viginti quatuor ducatorum hujuſmodi non excedentibus, nulla Annata quovis prætextu exigatur, nec per illos, quibus Penſiones ipſa reſignata fuerint, ſolvatur, neque ſolvi debeat, ſic tamen, quòd in Penſionibus, & aliis diſpoſitionibus Beneficiorum, ſuper quorum fructibus ſimiles Penſiones annua, minoris quantitatis viginti quatuor ducatorum &c. reſignata fuerint, ex talibus Penſionibus nihil deduci debeat:* confirmatam per Sixtum V. in ejus *Conſtit.* 33. §. 1. *in Bullar. nov. tom.* 2. & quæ in viridi eſt obſervantia, & punctuali exequutioni demandatur à Collegio Annatiſtarum, ut videre eſt *apud Galleſ. de Annat. fol.* 37. *n.* 30. *verſ. Pro illis quoque, Card. de Laur. in Epitom. Canon. verb. Camera Apoſtolica Annata* §. 2. *Tondut. de Penſion. c.* 10. *n.* 13. *ibi: Notandum eſt quoad primam quæſtionem etiam ex Penſionibus Eccleſiaſticis Annatam deberi, quando* 24. *ducatorum auri de Camera valorem annuum excedunt, & non aliàs, ut ſtatuit Clemens VII. &c. Cherubin. in Summ. Bullar. in Comment. ad dictam Conſt.* 33. *Clementis VII.* §. 1. *Gig. de Penſ. quæſt.* 26. *n.* 2. *& Rota coram Coccin. deciſ.* 568. *n.* 11. & quotidie eadem Clementina Conſtitutio reſonat per ora omnium Expeditionariorum, nec non Juvenum Datariæ, & Cancellariæ.

8 Secundum, quia, cùm media Annata ſolvatur ſemel tantùm in vita Beneficiati, juxta prima principia Annatiſtarum, peti non poterat à Penſionali anno 1721. quando ad ejus favorem reſervata fuerat Penſio, non excedens ducatos 24. auri de Camera, & quando vivebat Abbas NN. ejus Patruus, qui illam punctualiter, & integraliter ſolverat anno 1708.

Urſaya Miſcellaneum.

9 Tertium, quia multò minùs ab eo peti poterat anno 1724. cùm media Annata ſit onus reale, taliter infixum, & inhærens fructibus primi anni, ut ſi ex iſtis non ſolvatur, non poſſit deinde prætendi ex fructibus ſecundi, & aliorum ſequentium annorum, quia iſti exempti ſunt, & immunes ab onere mediæ Annatæ, juxta litteralem Conſtitutionem Nicolai V. cujus verba refert *Fattinell. tom.* 2. *reſponſ.* 49. *num.* 1. ibi: *Modus Annatarum hoc modo currat, ſolvantur de fructibus primi anni à die vacationis*, & obſervat *Pagnan. in cap. Prætereà num.* 8. *Ne Prælati vices ſuas*, ibi: *Annatas ſic nuncupari, quia omnes debentur ex fructibus primi anni, & D. Piton. diſcept.* 18. *ſub num.* 27. *verſ. Quod enim*, ibi: *Annata eſt onus reale, inhærens fructibus primi anni, & latè Fatinell. reſponſ.* 49. *tom.* 2. *in fin.* referens ita deciſum à Tribunali Cameræ, & ſignanter *n.* 3. ibi: *Adeò autem Annata debetur ex fructibus primi anni, ut non extendatur ad fructus anni ſecundi, etiamſi ex fructibus primi haberi non poſſit, & Campeg. de Annatar. Inſtit. & defenſ. num.* 7. 12. *&* 13.

10 Quibus addita fuit alia reflexio, quæ non admittit aliquam criticationem, uti innixa legali ſtylo, ipſiſmet Tyronibus Datariæ, Cancellariæ, & Secretariorum Cameræ notorio, quod in Proviſionibus Beneficiorum gravatorum antiquis Penſionibus, hoc religioſiſſimè practicatur.

11 Aut ſermo eſt de Penſionibus antiquis, excedentibus ſummam ducatorum 24. de Camera; & in ſecunda proviſione Beneficii pro dicta Penſione, nec Penſionarius, qui illam ſolvit eo tempore, quo ad ejus ſavorem fuit reſervata, nec novus Beneficiatus ſolvit mediam Annatam, ut notant etiam *Fagn. in cap. Ad audientiam il* 2. *num.* 88. *& ſeqq. de reſcript. Gig. de Penſion. q.* 26. *ſub num.* 1. ibi: *Quando alicui providetur de Beneficio, ſuper cujus fructibus eſt alicui reſervata annua Penſio, tunc in expeditione litterarum Beneficii ſolvitur Annata, detracta Penſione, & Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *num.* 47. Verum tamen eſt, quod in hoc caſu Collegium Annatiſtarum à novo Beneficiato exigit obligationem ſolvendi mediam Annatam, quatenus Penſionarius, ipſo vivente, & poſſidente Beneficium, moriatur, ut experientia notorium eſt, & obſervant *Galleſ. de Annat. verſ. Quod de Monaſteriis, & Fattinell. tom.* 2. *reſponſ.* 49. *num.* 10. ibi: *Soluta per Penſionarium Annata, Proviſus ſe obligat illam ſolvere in eventum, quod Penſiones, eo poſſidente, ceſſent.*

12 Aut Penſio antiqua non excedit ſummam ducatorum 24. de Camera; & tunc idem Annatiſtarum Collegium integram à novo Beneficiato exigit mediam Annatam, nulla habita ratione Penſionum infra ſummam ducatorum 24. pro quibus ab eo nullam exigit obligationem, etiamſi Penſionarius moriatur, ipſo vivente: Idque vigore dictæ cubitalis Conſtitutionis Clementis VII. demandantis, ut nullo prætextu, nulloque titulo exigatur media Annata à Penſionario, quando ejus Penſio non excedit ſummam ducatorum 24. Auri de Camera, ut obſervat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *n.* 47. ibi: *Totum hoc autem debet intelligi, ſi Penſio excedat ducatos* 24. *nam ſi dictam ſummam non excedit, nihil deducitur.*

13 Quod adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi ſermo ſit de duabus, vel pluribus Penſionibus, quæ ſimul unitæ ſummam ducatorum 24. auri de Camera excedant. Quando tamen illæ diverſis litteris, & temporibus ſuper fructibus ejuſdem Beneficii impoſitæ fuerunt, juxta aliam litteralem *Conſtitut.* 33. *Sixti V.* §. 2. *tom.* 2. ibi: *Vel ſi plura Beneficia unicis litteris comprehenſa ſint.* Itaut ſi plures ſuper illis, diverſis tamen temporibus, expeditæ fuerint Litteræ Apoſtolicæ reſervationis Penſionis, de illis nulla ſolvitur à Penſionariis media Annata, quamvis illorum Penſiones inſimul unitæ excedant ſummam ducatorum 24. auri de Camera, ut in praxi eſt pariter æquè receptum, ac notorium, & obſervat *Scort. ad Conſtit. Pontifici epitom.* 141. *fol.* 532.

14 In hoc rerum ſtatu, ac ſi res eſſet prorsùs integra (neque ſuper dicta prætenſione mediæ Annatæ exadverſo ſpecialiter deducta, & diſcuſſa coram Aud. C. adeſſet ſententia præcisè, & litteraliter illam rejiciens, & à qua ad Partis inſtantiam pendet appellatio) eorum Annatarum Judice, ſerena fronte petit hodie Proviſus de dicto Beneficio eamdem compenſationem. Quæ, vel nullo modo admittenda eſt, tam ex dicta reflexione, in facto innegabili,

quod Aud. Cam. illam rejecerit, & ab ejus judicato ad inſtantiam Partis pendet appellatio, ad evitandum abſurdum ſententiæ contra ſententiam in eodem articolo, & caſu præciſo, inter eaſdem numero Partes, & Collitigantes, de quo *Felin. in cap. Inter Monaſteria num. 16. de re judic. & Rot. dec.* 881. *num.* 4. *coram Ceccin.* Quàm ex quo nullum in hac parte concurrit, aut verificatur intereſſe Annatiſtarum; iſti enim tali religioſitate, tantaque punctualitate obſervant, & exequutioni demandant *dict. Conſtitut.* 33. *Clementis VII.* ut in illis terminis, in quibus Penſiones non excedunt ſummam ducatorum 24. de Camera, neque etiam permittunt, aut curant, illas exprimi in Litteris proviſionis illius Beneficii, ſuper cujus redditibus impoſitæ ſunt.

15 Vel omninò rejicienda videtur, attenta clara juſtitia ejuſdem ſententiæ Aud. Cam. quæ non poteſt in dubium revocari, uti innixa dictæ litterali Conſtitutioni Summi Pontificis Clementis VII. quotidie ab officialibus Annatiſtarum exequutioni demandatæ: *Si enim puri nutus, & ſola umbra voluntatis Summorum Pontificum ſunt feſtinanter, & inoffenſo pede exequutioni mandandi, & adorandi*, juxta præciſa verba *P. Groeber. de Art. bene deſider. reſol.* 15. §. 9. *num.* 177. cum concordantibus ibidem citatis; quantò magis idem dicendum erit de dicta litterali, & cubitali Pontificia Conſtitutione? Eſt enim uno ore receptum inter DD. quod neque ulla miſerabilis ſyllaba in Legibus, & Conſtitutionibus Principum remanere debet otioſa, & ſine effectu, juxta *magiſtralem Gloſſ. in cap. ſolita, verb. Tamquam de major. & obed.* ibi: *Et hic argumentum, quod nulla dictio debet vacare, &c. alioquin fruſtrà membranas occupat*, quam aliis adductis ſequitur *Card. de Luca de offic. vacab. fol.* 331. *n.* 6. ibi: *Quantumlibet minimum verbum in lege poſitum, debet aliquid operari, & ſuum debitum effectum producere, &c. & præcipuè in Conſtitutione Papali, ubi neque ſyllaba vacare debet.*

16 Et propterea multò minùs ſine effectu eſſe, & otioſa remanere debet in noſtro caſu eadem integra litteralis, & cubitalis Conſtitutio Clementis VII. in qua nihil aliud ſtatuitur, neque expreſsè demandatur, quàm (ſunt ejus præciſa verba, opportunè repetenda) *ut ex Penſionibus, quantitatem* 24. *ducatorum auri de Camera non excedentibus* (notentur quæſo ſequentia verba) *nulla Annata, quovis prætextu exigatur, &c.* & ibi: *Ex Penſionibus minoris quantitatis* 24. *ducatorum* (notentur pariter ſequentia) *nihil deduci debeat*. In Calepino ſiquidem difficile erit invenire verba, cum majori efficacia, ac energia excludentia obligationem mediæ Annatæ reſpectu Penſionum, non excedentium ducatos 24. auri de Camera. Et propterea applicantur aurea illa verba *Sac. Rot. in dec.* 3. *num.* 6. *coram Anſald.* ibi: *Non erat amplius contra Bullam tam ſanctam, & expreſſam ſuper generalitatibus, conjecturis, & diſcurſibus in oppoſitum excitatis, immorandum; ſed eadem Bulla adamuſſim, & præcisè veniebat ſervanda pro Lege*, cum aliis concordantibus citatis *in Romana Emolumentorum Funeralium* 1. *Julii* 1718. §. *Primi coram Reverendiſs. Lancett.* Nec non alia ejuſdem *Sac. Rot. in Legionen. Parochialis* 11. *Novembris* 1693. §. *Non obſtante coram Pio*, ibi: *Judicibus fas non eſt Summorum Pontificum ſententiis adverſari, cùm partes obſequentiſſimi filii ſint Patris placita reverenter amplecti.*

17 Non potuerunt hæc in dubium revocari coram A.C. quia revera confines habere videntur cum evidentia, ſed unicè Inſiſtebatur in illa pia meditatione, quod videatur durum, ut Beneficiatus ſolvere debeat mediam Annatam pro illis fructibus, quos primo anno, non ipſe, ſed Penſionarius percipit: quodque proinde, ſaltem ex Judicis officio, cogendus videatur Penſionarius ad ſolvendam mediam Annatam pro rata ejus Penſionis; ad quem effectum adducta fuit authoritas *Amayd. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *nu.* 46. unà cum Ceſſione Jurium, obtenta ab Officiali Annatiſtarum.

18 Plures autem adversùs hujuſmodi verè piam meditationem ſolidas, legaleſque adduximus reſponſiones coram eodem A.C. ab eoque admiſſæ fuerunt.

19 Prima deſumpta ex illis verbis *D. Auguſtin. de Relig. cap.* 3. regiſtratis *in can.* 3. *diſt.* 4. *Cum leges fuerint inſtitutæ, non de ipſis, ſed ſecundùm ipſas judicandum eſt*, cum quibus proceſſit *Rota* in caſu longè duriori *in dec.* 378. *num.* 18. *par.* 18. *recent.*

20 Secunda ex *Text. in leg. Proſpexit, ff. qui, & à quibus*, ibi, *Perquam durum eſt, ſed Lex ita ſcripta eſt*, quam ſequuntur *citati in dec.* 313. *n.* 9. *par.* 19. *recent.*

21 Tertia, quod videtur ſapere neſcio quid, conſultò hic omittendum, quod in urbe ab una ex Partibus contendentibus, Summo Pontifici ſubjecta, & ſubdita, implorari poſſit officium Judicis adversùs claram, litteralem, & cubitalem Pontificiam Conſtitutionem, eo fine, ut Judices contra eamdem Papalem Conſtitutionem judicium proferant, illamque nullatenùs exequantur, decernendo ex.gr. *Relaxavit Mandatum exequutivum pro rata ſc.* 12. *debita pro media Annata*, in conſpectu Pontificii Oraculi, his verbis concepti: *Ex Penſionibus minoris quantitatis* 25. *ducatorum nihil deduci debeat, &c. nulla Annata quovis prætextu exigatur*; quod eſt adeò monſtruoſum, adeòque exorbitans, ut neque opus ſit authoritates Doctorum allegare, ad illius exorbitantiam demonſtrandam, *perchè dove la ragione naturale ſi ſcorge aperta, non richiedeſi altra Legge, nè altro Dottore, che il lume impreſſo negli animi della Natura*, ſunt verba *Card. Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 8. Et nihilominùs adducimus ſtringentem illam rationem, his verbis adductam à *Fatinello*, cum cujus authoritate proceſſit magnum Tribunal R. Cameræ *in reſponſ.* 49. *num.* 9. ibi: *Nativitati obligationis de ſolvenda Annata pro rata Penſionis reſiſtit exemptio, Penſioni per Papam tributa.*

22 Quarta, quia in illis circumſtantiis, in quibus à Doctoribus recurri ſolet ad Judicis officium, non habetur Lex, Statutum vel Conſtitutio, determinans caſum illum, pro quo à Judice ejus officium imploratur: Quod toto Cœlo diſtat à noſtro caſu, in quo habemus Pontificiam Conſtitutionem, expreſsè, clarè, & cubitalibus litteris determinantem caſum controverſum.

23 Quinta, quia non ſumus in terminis illarum Legum, de quibus verificentur verba illa, *leg. Non omnium, ff. de legib. Non omnium, quæ à majoribus noſtris conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt*. Minùſque ſermo eſt de aliqua Conſtitutione irrationabili, & cujus reſpectu verificetur illud: *Stat pro ratione voluntas*; quod tamen neque etiam attendendum eſſet, quia *quod Principi placuit, legis habet vigorem*, ſunt verba Textus *in leg.* 1. *ff. de Conſtit. Princip.*

24 Sed in noſtro caſu habemus æquè congruam rationem, ac ſtringentem congruentiam, à qua motus fuit Summus Pontifex ad eximendas Penſiones ab onere mediæ Annatæ, quando illæ non excedunt ſummam ducatorum 24. auri de Camera, quia ſcilicet ita ſtatutum eſt, & inconcuſsè practicatur reſpectu Beneficiorum, quam his verbis adducit *Cherubim ad Conſtitut.* 33. *Clementis VII. ſchol.* 1. *Papa arguendo à ſimili, vel majori ratione, voluit, quod ſicuti Annata non ſolvitur de Beneficio, non excedente valorem ducatorum Auri de Camera* 24. *ita, & multò minus de Penſione*. Ibique ad rem egregiè ſubdit: *Utraquam rationem, legem, aut authoritatem quærere, eſſet infirmitas intellectus*; circa quod generaliter concordant etiam adducti à *Barboſ. axiom.* 136. *num.* 13. & in noſtris præciſis terminis, *Gigas de Penſ. quæſt.* 26. *num.* 2. ibi: *Sicuti quando Beneficium excedit ſummam* 24. *ducatorum auri de Camera, ſolvitur Annata, ita erit in Penſione excedente dictam ſummam; ſecus à dicta ſumma infra.*

25 Et revera hujuſmodi conſideratio vim facere videtur cuicumque ſano intellectui, quia non eſt facile diſparitatem adducere, quare media Annata ſolvenda ſit à Penſionario habente Penſionem infra ſummam ducatorum 24. de Camera, non autem à Beneficiato, intra eandem ſummam Beneficium Eccleſiaſticum poſſidente?

26 Sexta, quia, cùm ex prædictis prohibita ſit ſpecificè, & literaliter directa exactio mediæ Annatæ, à Penſionario poſſidente Penſionem infra ſummam 24. ducatorum auri de Camera, non debet id indirectè alia via, ſeu per Judicis Officium permitti, *Textus eſt literalis, ac elegans in lege Neque per ſe, C. de Hæred. inſtit.* ubi, quod hoc Juris dictat ratio, quem ſequuntur, *Seſſe dec. Aragon.* 28. *n.* 11. *& Barboſ. axiom.* 225. *n.* 3.

27 Septima, quia, admiſſa contraria prætenſione, remaneret prorſus ſuperflua dicta Pontificia Conſtitutio, & per medium Officii Judicis concederetur id, quod à Summo Pontifice literaliter denegatum fuit; quod quantùm abſonum ſit, quantumque inſubſiſtens, & monſtruoſum, *nec ſermonibus explicari poteſt, nec cogitationibus comprehendi*, juxta phraſim *S. Joann. Chryſ. hom.* 2. *in Matth. tom.* 2. *fol. mihi* 11. *lit. D.*

28 Octava demum, aliis omiſſis gratia brevitatis, quia, ſi Judex ſententiam in hac parte proferret, obligantem Penſionarium ſummæ minoris 24. ducatorum de Camera ad ſolutionem mediæ Annatæ, iſta, uti lata contra expreſſam

dictam

dictam Pontificiam Clementinam Conſtitutionem, nec etiam nomen ſententiæ mereretur, & perinde haberetur, ac ſi lata non fuiſſet, & in rerum natura non reperiretur, *ad Textum* expreſſum in leg. *Si cum jat. Cod. Quand. provoc. non eſt neceſſ. & in c. 1. de ſent. & re jud.* ibi: *Sententia contra leges, Canoneſve probata, &c. non poteſt ſubſiſtere ipſo jure.*

29 Adverſus quæ non meretur adduci authoritas *Amaydeni loco ſup. cit.*

30 Ultra quòd enim idem Author deſcriptus meritò reperitur in Indice Librorum prohibitorum, *fol. mihi* 371. & forſan, inter alia motiva, etiam ex illo, quod tentavit eludere, & non exequi Apoſtolicas Conſtitutiones, eo quia inter alias cauſas prohibendi Libros numeratur etiam illa, quando Authores eludere procurant Apoſtolicas Conſtitutiones, juxta animadverſa per *Monacell. in Formul. tom. 3. tit. 1. form. 20. n. 20.* ubi, quod quando adducitur Summorum Pontificum authoritas, non ſolum ſilere debent legales Doctores, ſed ipſimet SS. Patres.

31 Et ultra, quòd ratio, quam *idem Amaydenus* adducit, prorſus inſubſiſtens eſt; ait enim: *Ponamus, quod ſuper Beneficio, cujus fructus 60. reſervetur Penſio 24. hoc caſu Proviſus ſolvit integrè mediam Annatam, nulla facta mentione Penſionis, quæritur utrum Proviſo competat retentio pro rata Penſionis. Et videtur quod ſic* (notetur verbum illud *Videtur*, quod certam opinionem nullatenus importat, ex adductis *à Surd. dec. 195. n. 13. Barboſ. diction. 424. n. 6. in fin. & Rot. deciſ. 212. num. 9. coram Emer. jun.*) *quia eadem eſt ratio. Nam verum eſt, quod Proviſus ſolvit ad rationem ſexaginta, in quibus comprehenduntur 24. quæ percipit Penſionarius; unde, ſi Penſionarius tenetur contribuere pro ſumma majori, tenebitur etiam pro minori, quia utrinſque eſt par ratio, & plus, & minus non faciunt differentiam ſpecificam, &c. Unde hoc caſu requiritur Officium Judicis.*

32 Si enim modus iſte diſcurrendi adverſus Apoſtolicas Conſtitutiones admitteretur, actum eſſet de illarum vi, & efficacia, eoquia (omiſſis aliis materiis, circa quas de facili poſſent componi Volumina) loquendo in noſtris terminis Annatæ, idem omninò dicendum eſſet de Beneficio, cujus fructus 24. ita repetendo cum eodem Authore: *Proviſus de Beneficio 60. ſolvit mediam Annatam, in quibus comprehenduntur 24. Unde ſi Beneficiatus 60. tenetur ſolvere mediam Annatam, quæ eſt ſumma major, tenebitur etiam Beneficiatus pro minori, quia utrinſque eſt par ratio, & plus, & minus non faciunt differentiam ſpecificam:* Quantùm enim frivolus ſit, quantùmque inſubſiſtens modus iſte philoſophicè diſcurrendi ad tollendam vim Apoſtolicis Conſtitutionibus, adeo de ſe notum eſt, adeoque improprium, ut nulla omnino indigeat ulteriori demonſtratione.

33 Reſpondemus ad omnem abundantiorem cautelam, quòd idem Author loquitur in terminis Penſionis, unico contextu reſervatæ in proviſione Beneficii, cujus proinde dictum (prorſus inſubſiſtens ex ſupra animadverſis) in omnem peſſimum caſum, numquam extendi poſſet ad noſtros terminos, ad Penſionem nimirum antiquam, & per multos annos antecedenter impoſitam, antequam ultimus Beneficiatus de Beneficio provideretur, ex illis rationum differentiis, quos latè explicavimus ſuprà.

34 Et ex hac reſponſione adæquatè pariter remanet reſponſum prætenſæ conſuetudini in contrarium, quatenus aliquis actus exadverſo in hac parte adduceretur, quia ſcilicet eſſet in terminis Penſionis, contextualiter reſervatæ cum proviſione Beneficii: Eſt enim concluſio, uno ore à Doctoribus admiſſa, & à Collegialibus Tribunalibus canonizzata, quod conſuetudo, tamquam ſtricti juris, numquam egreditur ſuos fines, minuſque extenditur de caſu ad caſum, ut videre eſt apud citatos *in deciſ. 278. nu. 6. p. 12. recent.* ibi: *Illa non extenditur de caſu ad caſum &c. ſed debet probari in eademet facti ſpecie, & in terminis omnino ſimilibus, nec non concurrentibus eiſdem qualitatibus, &c.* & in noſtris punctualibus terminis, *Fattinell. reſponſ. 49. n. 12. tom. 2.* ibi: *In hoc obſervantia conſiſtit ſtandum eſt Juri, ſancito à prædictis Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

35 Pluſquam tacitè admiſſa fuerunt hæc exadverſo, & propterea ex defectu Juris, ex propria Perſona non competentis Adverſario, fuit procurata Ceſſio à Sub-Collectore Generali R.C. & Cancellariæ Apoſtolicæ ſequentibus verbis: *Si cedono da me con la preſente, tutte, e ſingole ragioni della Cancellaria, e Signori Annatiſti, &c. per la Urſaya Miſcellaneum.* *repetizione, o retenzione delle ſomme, di ſopra eſpreſſe da detti Signori Penſionarii.*

36 Meritò autem in publica Audientia eidem Ceſſioni attributa fuit qualitas ridiculi, & poterat addi de quarta generatione ridiculorum: Si enim in eadem Ceſſione dicitur, quod *delle Penſioni ſudette non ne è ſtata pagata la mezza Annata in Cancellaria*, illa adducta convincenti ratione, *per non eccedere veruna di eſſe la ſomma di ducati 24. di Camera, preſinita nella Coſtit. 33. di Clemente VII.* Quomodo poteſt habere locum ceſſio reſpectu illius, qui non habebat jus exigendi mediam Annatam? Idque vigore dictæ cubitalis Conſtitutionis, ad quam habetur expreſſa relatio in eadem Ceſſione. Non enim poteſt quis cedere id, quod non habet, juxta prima juris elementa, de quibus *Barboſ. Tract. var. axiom. 64.*

37 Ex quibus non ſolùm nullius remanere videtur efficaciæ prætenſa illa æquitas, quæ exageratur favore Beneficiati, ſed cum omni proprietate, juxta phraſim Textus *in leg. Dudum, Cod. de Contrah. empt.* vocari poteſt duplex iniquitas, qualis à Doctoribus appellatur illa æquitas, quæ apponitur claræ juris diſpoſitioni, ut videre eſt apud *Rot. deciſ. 314. n. 9. p. 19. recent.* Æquitas enim non ſcripta, quæ eſt mater officii Judicis juxta ea, quæ notant citati *à Gratian. diſcept. 604. n. 3. & diſcept. 793. n. 22. & à Rot. deciſ. 174. n. 8. coram Buratt.* adverſus Legem ſcriptam, non ſolum numquam dari poteſt, ſed illam prætendere eſt mera vanitas, ex adductis *à Conciol. allegat. 50. n. 38. & 39.* Vel vocari poſſet Equitas, ſed ſine diphtongo, juxta lepidum dictum *Gratian. diſcept. 639. nu. 25. & ſeqq.*

38 Permiſſum tandem mihi ſit præſenti Memoriali, uno, vel altero verbo dumtaxat mutato, finem imponere expreſſionibus illis celeberrimi Regularum Cancellariæ Gloſſatoris *Alphonſi Soti fol. mihi 38. à tergo*, juxta impreſſionem anni 1538. duplati *apud Ko Kien ad Regul. Cancell. fol. mihi 347. Aut prorſus erroneum eſt aſſerere, dari in noſtris terminis contra Penſionarium Judicis officium; aut ego ſum Bubulus. Nam 49. annis volvi, & revolvi Jus Canonicum, & Civile, quorum 47. practicavi in Curia, & legi in Univerſitate Romana Sapientia annis 29. & tamen numquam vidi, aut audivi in Urbe petitum, & multò minus admiſſum fuiſſe officium Judicis contra Papalem Conſtitutionem.*

39 Dum hæc imprimuntur, Cauſa pendet indeciſa coram Annatiſtarum Judice.

B A

1 BAccalaureus quare dicatur talis, vide *Pignatell. conſultat. 38. n. 27. tom. 10.*

2 Baldus *in Conſ. 44. l. 2.* ita ſe ſubſcripſit: *Baldus de Peruſio ignorantiæ inimicus, alienæ inimiciſſimus, ſuæ paratus corrigi à quocumque, & correctiones patiens libenti, & humili animo.*

3 Baptiſmus differendus non eſt ultra tres dies ex Edicto Card. Vicarii Urbis ſub die 23. Februarii 1723. regiſtrato in fine hujus literæ B.

Baptiſmus validus eſt, etiamſi ter repetatur verbum illud *In nomine*, puta dicendo: *In nomine Patris; In nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti*, *Cong. Conc. in Polonia 4. Maji 1641. l. 16. Decret. fol. 519.*

4 Baptiſmi fides non eſt ſimpliciter neceſſaria pro contrahendo Matrimonio, *Cong. Conc. in Nullius Orbitelli 6. Junii 1682. l. 42. Decret. fol. 290.*

5 In Baptiſmo ut duo Viri, vel duæ Feminæ inſimul Infantem ſuſcipiant, Epiſcopus diſpenſare non poteſt, *Congreg. Conc. apud Bonac. Oper. moral. tom. 1. tit. de Matrim. qu. 3. punct. 5. §. 2. n. 33.*

6 Baptizandi ſunt Parochiani à proprio Parocho, *Innocent. in cap. Dilectus de Cappel. Monach. Card. de Alb. apud Card. de Luc. de Juriſd. poſt diſc. 95. diſcept. 2. quæſt. 6. in princ.* Limitatur in Urbe in Vaticana Baſilica vigore conſuetudinis immemorabilis, *Congr. Concil. in Romana 15. Maji 1700. l. 50. Decr. fol. 225.* de qua *in Inſtit. crim. l. 1. cap. 10. §. 2. n. 193.*

7 Barba: Si prolixa facit ſapientem Barba, quid obſtat Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato? *Thom. Mor.*

8 Barboſa multos annos in pannis, & inopia vitam exegit, quæ miſera eſt conditio eorum, qui dant operam literis, *Jan. Nic. Erith. in ejus Vit. t. 2. n. 18. fol. 61.* Levis armaturæ ſcriptor, & Collector vocatur à *Card. de Luc. de Canonic. diſcurſ. 33. num. 11. In Miſcellanea. verò Eccleſ. diſc. 15. n. 3.* vocatur diligens, & accuratus Author. Ejus

Digitized by Google

Adnotationes ad Concilium prohibitæ fuerunt, quia continent plures apocriphas declarationes Sac. Congregationum teſte *Paſqualig. de Sacrif. nov. Leg. qu.* 908. *ſub nu.* 3. ſed ego credo, quòd ſit prohibita, quia tractat de Interpretatione ejuſdem Concilii, quam Summi Pontificea ſibi, & Sac. Congreg. privativè quoad omnes alias reſervarunt. Eum omnia ſcripta decerpſiſſe ex ejus Præceptoribus, aſſerit *Arias de Meſ. var. reſol. lib.* 3. *reſ.* 41. *num.* 25. & *reſ.* 46. *num.* 31.

9 Baronius primus, & maximus Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Parens nuncupatur *à Rot. in Ferrarien. Cathedralitatis* 23. *Junii* 1702. §. *Hiſce attentis coram Molin.*

10 S. Bartholomæus: Luciferum viciſti humilis, Mundumque miſellus,
Carnis jam victæ ſpolia Dive refers.

11 Baſilicam S. Petri ſemel viſitare majoris eſt meriti, quàm biduo jejunare, juxta dictum S. Cleti, relati *à Nicol. in Floſcul. verb. Eccleſia n.* 19.

12 Beatiores nos facit Dei gratia, quàm noſtra innocentia.

13 Beatius eſt liberum exire, quàm poſt vincula libertatem quærere, *S. Greg. lib.* 4. *Dialog. c.* 18.

14 Beatus ille eſt, qui ne ulli quidem, niſi ſibi ipſi innixus eſt; nam, qui aliquo auxilio ſuſtinetur, poteſt cadere, *Senec. epiſt. lib.* 14. *epiſt.* 93.

15 Beati ſunt, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines cruciant, nullæ futiles lætitiæ exaltant.

16 Beatos reputabant, quibus Deorum munere datum erat, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda, *Ciampin. de Abbrev. fol.* 44. *ex Plin. jun.*

17 Benè: Patria eſt, ubicumque benè eſt, *Senec. de remed. fortuit.*

18 Bellum magis aliquando deeſt, quàm ut pax incipiat, *Tacit. lib.* 20. *Annal. in princ.*

19 Benedictio Populi cum Sanctiſs. uti actus juriſdictionis fieri debet à ſolo Parocho, *Pignatell. conſultat.* 79. *num.* 10. *tom.* 9.

20 Benedictio Ovorum in Paſchate, & ſimiles non ſpectant ad Parochos, *Sacr. Congr. Viſit. Apoſtolica* 12. *Novembris* 1665. *nec in l.* 2. *Decret. fol.* 290.

21 Benefacere ſi non ſtudeas, non ſatis eſt benè velle, *D. Ambr.*

22 Benefacere: Nil majus in illuſtri fortuna, quàm benefacere poſſe, & velle, *Epitaph. Epiſcopi Euſanii in Eccleſ. S. Auguſtini* de Urbe.

23 Benefacere ſuis: Eſt probanda illa etiam liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas; melius eſt enim, ut ipſe ſubvenias iis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidia neceſſitati, *S. Ambr. de Offic. cap.* 30.

24 pro Benefactoribus applicanda non eſt Miſſa Conventualis à Monachis, ſecùs à Mendicantibus, *Congr. Conc. in Romana* 19. *Aprilis* 1704. de qua *in Tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 32.

25 Beneficiatus pro quanto tempore donare poſſit, vel obligare fructus ſui Beneficii, *Eporedien. anni* 1718. *de qua in tom.* 3. *par.* 1. *diſcept.* 8.

26 Beneficiato infirmo debentur diſtributiones, ſi erat ſolitus inſervire tempore valetudinis, *Congr. Conc. in Romana diſtributionum* 14. *Novembris* 1699. *de qua in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 16.

27 Beneficiati quando, & in quibus terminis concurrere poſſint in actibus explendis per Capitulum, vide reſolutionem *Congr. Conc. in Recinaten. Vicarii Capitularis* 4. *Junii* 1701. de qua *in Tom.* 2. *par.* 2. *diſcept.* 12.

28 Beneficiati ſubrogare poſſunt alios Conbeneficiatos pro ſervitio propriæ Eccleſiæ, dummodò iſtud detrimentum non patiatur, *Congr. Conc. in Aquilana* 6. *Februaris* 1627. *in lib.* 13. *Decr.* 196.

29 Beneficiatorum hæredes tenentur reſarcire Bona, & Domos Beneficiorum, necnon ſacris ſupellectibus Eccleſias providere, *ex Oraculo Clem. XI. mediante encycl. epiſt. ſub die* 23. *Maji* 1708. *impreſſa in Append. Synod. Fulginat. Baptiſtell. fol.* 167.

30 Beneficium Eccleſiaſticum quando dicatur pium relictum, vel potiùs ſimplex Cappellania, vide *tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 15.

31 Beneficium quando dicatur actu Sacerdotale, *Congreg. Conc. in Imolen.* 23. *Maji* 1722.

32 Beneficii fructus ſequeſtrari poſſunt ab Epiſcopo pro reparatione Eccleſiæ, & ſupellectilibus ſacris, cujuſcumque qualitatis ſint Beneficiati, *Congreg. Conc. in Narnien.* 24. *Martii* 1617. *lib.* 19. *Decr. fol.* 642. & *in Aſculana* 1721.

33 Beneficii ultimus ſtatus quando attendendus ſit, vide *Rot. in Mediolanen. Benefic.* 1. *Aprilis* 1707. *coram Anſaldo*, quæ in hac materia eſt magiſtralis.

34 Beneficium primum obtinens ex libera collatione, ſufficiens ad ſui ſubſtentationem, non poteſt retinere ſecundum de jurepatronatus Laicorum, ſine Apoſtolica diſpenſatione, *Congr. Conc. in Bitetten.* 6. *Decembris* 1721. ubi *ad* 3. *dub.* id limitavit in caſu Legati pii, vel Cappellaniæ de jurepatronatus Laicorum.

35 Beneficia Familiarium Cardinalium an poſſint uniri Seminariis, *Faventina Beneficiorum*, de qua *in Tom.* 3. *par.* 2. *diſcept.* 27.

36 Beneficia, poſſeſſa à Subcollectoribus Apoſtolicis, quando dicantur affecta, *Rot. in Burgi S. Sepulchri Beneficii* 12. *Junii* 1702. & 27. *Junii* 1703. *coram Molin.*

37 Beneficia, vel potiùs officia, quando dicantur Hebdomadariatus in aliqua Eccleſia, *Congr. Conc. in Amalphitana* 30. *Septembris* 1724.

38 Beneficiorum cumulatio: Unus, qui unicum, quamvis modicum, vix officium implere ſufficeret, plurimorum ſibi vendicat ſtipendia, quæ multis litterariis viris, vitæ puritate, ac teſtimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, poſſent abundè ſufficere, *Extravag. Execrabilis de prabend.*

39 Beneficium cùm ad incognitum venit, donum eſt; cùm ad expertum, compenſatio meritorum, *Caſſiod. variar. lib.* 1. *epiſt.* 13. *in princ.*

40 Beneficium eodem animo debetur, quo datur, & ideò non eſt negligenter dandum; ſibi enim quiſque debet, quod à nolente accepit, *Senec. de Benefic. lib.* 1. *cap.* 1. *circa med.*

41 Beneficium eſt benevola actio, tribuens gaudium, capienſque tribuendo; itaque non quid fiat, aut quid debetur, refert; ſed qua mente, *Senec. de benefic. lib.* 1. *cap.* 6. *in princ.*

42 Beneficium hoc revera eſt, ſi ſine murmure fateatur acceptum, *Caſſiodor. variar. l.* 5. *epiſt.* 39. *in fin.*

43 Beneficium illud eſt, quod quis dedit, cùm illi liceret & non dare, *Senec. de Benefic. lib.* 13. *cap.* 19.

44 Beneficium illud ingratum eſt, quod diu inter manus dantis hæſit, *Senec. lib.* 1. *de benefic. cap.* 1.

45 Beneficium magnum oblivionis, neſcire defectum, & quædam ſimilitudo verè cœleſtium eſt, tempore decurſa ſemper habere præſentia, *Caſſiod. variar. lib.* 5. *epiſt.* 22. *circa fin.*

46 Beneficium magnum in aliquem conferre, periculòſiſſima res eſt, *Senec. epiſt.* 81.

47 Beneficium multiplicat, qui antequam rogetur dat, quia cùm homini probo ad rogandum os corruat, & ſuffundatur rubore, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus ſuum, *Senec. de benefic. lib.* 2. *cap.* 1.

48 Beneficium non eſt, ſed jus id, quod merenti datur, *S. Greg. hom.* 9. *in Evang.*

49 Beneficium qui dedit, taceat; narret, qui accepit, *Senec. de benefic. lib.* 2. *cap.* 11.

50 Beneficium ſerò dedit, qui roganti dedit, *Senec. de beneſ. lib.* 2. *cap.* 2.

51 Beneficium ceſſionis bonorum abſque ignominia conceſſum fuit à Clemente XI. die 13. Decembris 1713. Demetrio Simoncellio in Urbe Aromatario.

52 Beneficii accepti meminiſſe, dati oblviviſci oportet.

53 Beneficii dator obliviſci debet, acceptor numquam, *Senec. de benefic. lib.* 2. *cap.* 10.

54 Beneficium non vocare, niſi id quod dantem aliquo incommodo afficit, ſummæ malignitatis eſt, *D. Th.* 2. 2. q. 106. *art.* 3. *ad* 3.

55 Beneficium qui libenter accepit, reddidit, *Senec. de beneſ. lib.* 2. *cap.* 30.

56 Beneficium reddit, qui libenter debet.

57 Beneficium raro dedit, qui roganti dedit, *Plaut.*

58 Beneficia ſine ullo delectu magis projicimus, quàm damus, *Senec. de beneſ. lib.* 1. *cap.* 1. *in princ.*

59 Beneficia eo uſque læta, dum videntur exſolvi poſſe, ubi multùm antevenere, odium pro gratia redditur, *Tacit. lib.* 4. *Annal. cap.* 18.

60 Beneficia neceſſaria primò debemus dare, deinde utilia, deinde jucunda, atque manſura, *Senec. de beneſ. lib.* 1. *cap.* 11.

61 Beneficia illa dulciora ſunt, quæ nullis difficultatibus obtinentur, *Caſſiod. var. lib.* 5. *epiſt.* 15. *poſt princ.*

62 Beneficia in vulgus cùm largiri inſtitueris, perdenda ſunt multa, ut ſemel ponas benè, *Senec. de benef. lib.* 1.

63 Beneficia modica injuriam vocare ſolent ſtolida ingenia, *Senec. de Ira lib.* 3.

64 Beneficia non quanta quæque ſunt, ſed à quali dentur perſpiciendum, *Senec. de benefic. lib.* 1. *cap.* 9.

65 Beneficia præſtans, ſe ad amandum provocat, *Bellarmin. in Pſalm.* 41. *verſ.* 2.

66 Beneficia ſic demus, quomodo vellemus accipere, *Sen. de benef. lib.* 2. *c.* 1.

67 Jo: Laurentius Eques Berninus laudatur, *in deciſ.* 764. *n.* 5. & 7. *par.* 18. *recent.*

68 pro Beneficiis conceſſis gratias referentes, & pro concedendis ſemper ſuppliciter deprecantes, *Orat.* 2. *ad repell. tempeſt.*

69 Bibere: Inter prandendum eſt ſæpè parùmque bibendum:
Et ſi ſumpſeris ova, ſint tibi blanda, & nova.

70 Bibere: Præteritam primus, præſentem proximus hauſtus,
Venturam extinguat tertius iſte ſitim.

71 Bibliotheca rarò venditur, quanti æſtimatur, *Rota deciſ.* 739. *num.* 1. *coram Emer. jun.*

72 Bibliothecæ uſum habens, cavere debet de ſtudendo, *Rot. in Bonon. Immiſſionis* 20. *Martii* 1709. §. *final. coram Criſp.*

73 Bidello, teſtanti de re ad Univerſitatem ſpectante, plenè creditur, *Rot. in Colon. Canonic.* 10. *Decemb.* 1710. §. *Pari coram Anſald.*

74 Bigamus non dicitur ille, qui matrimonium contrahit cum Vidua, conſtituta in mortis articulo, ad illius honorem tuendum, ſi matrimonio non conſummato decedat, *C. Concilii in Burgen. Bigamiæ* 17. *Julii* 1688. *lib.* 36. *Decr. fol.* 333. Nec matrimonium contrahens cum Vidua, à primo viro non cognita, *C. Concilii in Senogallien. Bigamiæ* 30. *Decembris* 1661.

75 Biſextus: Tunc biſextus erit, partes per quatuor æquas,
Annos partiri cùm poteris Domini.

76 Blondus hiſtoricus approbatus *à Rot. in dec.* 1715. *n.* 19. *coram Coccin.*

77 Bombix: Arte mea pereo, tumulum mihi fabricor ipſe,
Fila mei fati duco, necemque neo.

78 Bononienſes adeò proclives ſunt ad conſtituenda Fideicommiſſa, ut valeat conſequentia, *Eſt Teſtamentum Bononienſis, ergo in illo adeſt Fideicommiſſum*, *Card. de Luc. de Fideicommiſ. diſc.* 220. *num.* 13.

79 Bononienſes aliud gerunt in corde, aliud ſimulant, ſi verum eſt id, quod dicit Gloſſ. *in leg. Obſervandum ver. Deregit, ff. de offic. Præſid.* quod mihi nec etiam videtur veriſimile.

80 Carolus Borbonius in direptione Urbis: Unum Borbonio votum fuit Arma ferenti,
Vinci, vel morier, dedit utrumque Deus.

81 Bona fides inducitur ex aſſertione Viri, in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituti, *Emer. jun. dec.* 1129. *n.* 5.

82 Bonus deſinis eſſe, ubi incipis nolle fieri melior, *S. Bernard.*

83 Bonus qui eſt, poteſt miſer dici, ſed non eſſe, *Senec. de Div. Provid. c.* 3.

84 Bonus ille qui permanet, non polluitur, ſi ſocietur malo; ſed qui malus eſt, in bonum convertitur, ſi boni exempla ſectetur, *S. Hieron. ſuper Ezech. c.* 6. relatus *in can. Non eſt culpandus* 32. *q.* 1.

85 Bonus: Si bonus es, melior, non major tempore fies:
Si magnus, major tempore, non melior.

86 Bonum nullum juvat habentem, niſi ad cujus amiſſionem præparatus eſt animus, *Senec. Epiſt. l.* 1. *epiſt.* 4.

87 Bona dicuntur ex eo, quòd beant, ſeu beatos faciunt, *leg. Bonorum appell. ff. de Verbor. ſignificat.*

88 Bona dotalia Eccleſiarum, vel patrimonialia Clerici collectari non poſſunt, *Congreg. boni Reg. in Narnien. Collect.* 22. *Novembris* 1698. de qua *in Tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 28. *à n.* 136.
Bona imminentia quadam animi præſagitione dignoſcimus, *Caſſiod. Var. l.* 12. *epiſt.* 19.

89 Boni nullius ſine ſocio jucunda poſſeſſio eſt, *Senec. lib.* 1. *epiſt.* 5.

90 Bona Eccleſiarum: Carlo V. quando nel viaggiare s'incontrava in Beni inculti, e Poderi diſtrutti, diceva: queſta è robba di Chieſa, *Criſpin. nella Viſit. Paſtorale p.* 2. §. 27. *n.* 7.

91 Bona iiſdem artibus & quæruntur, & retinentur, *Tacit.*

92 Bona: Nulli ferè & magna bona, & diuturna contingunt: non durat, nec ad ultimum exit, niſi lenta felicitas, *Senec. de Conſol. ad Mart. c.* 12.

93 Bona majora aliquando Deus tribuit his, quibus minora non tribuit, *S. Greg. l.* 3. *Dialog. c.* 14.

94 Bona pura non præbet Deus hominibus, ſed ſemper mixta malis, *Procop. de Bell. Perſic. l.* 2.

95 Brevitas cuſtodienda eſt, ſi Cauſa permittat: alioquin prævaricatio eſt tranſire dicenda, prævaricatio etiam curſim, & breviter attingere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda; nam pleriſque longiore tractatu vis quædam, & pondus accedit. *Plin. epiſt.* 20.

96 Brevitas: Omnia longa ſolent cunctis faſtidia ferre:
Quæ comprenſa brevi ſunt, benè culta placent.

97 Brevitas: Quidquid præcipies, eſto brevis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

98 Brevitas: Miles loqui volens Ferdinandum Imperatorem, obtinuit permiſſionem ipſum alloquendi, dummodo quatuor verbis ſe expediret, quod punctualiter fecit ei dicendo, *Aut ſolutionem, aut dimiſſionem*; cui totidem verbis reſpondit Imperator, dicendo: *Non dimiſſionem, ſed ſolutionem*, *Adden. all'Uom. di Cort. del Grazian. maſſim.* 101. *lit. A. fol.* 254.

99 Brevitas: Ut animum Lectoris, ſi ſermo offendit, brevitas ad legendum provocet, *Paulin. in Vit. S. Ambroſ. in princ.*

100 Brevium Apoſtolicorum ſuſpenſioni quando ſit locus ex motivo illorum ſubreptionis, *Congr. Epiſc. in Mechlin.* 22. *Maji* 1716. *Ponente Card. Fabrono*, de qua *in tom.* 4. *p.* 1. *diſcept.* 5.

101 Bulla, impreſſa Typis Cameralibus, probat, licèt non reperiatur in Bullario, *Rot. deciſ.* 253. *n.* 7. *p.* 19. *recent.*

102 Bullarum expenſæ faciendæ ſunt ex fructibus Epiſcopatus, *Paſqual. quæſt. mor. cent.* 4. *cap.* 350. Numquam detrahuntur ex ſpoliis Epiſcoporum, *Tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 19. *num.* 26.

103 Bullarum expenſæ an præferendæ ſint Penſionariis, *Avenionen. Penſionis*, de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 19.

104 Burgheſia Cappella in Liberania Baſilica an poſſit dici Nullius cum Territorio ſeparato, *Rom. ann.* 1717. de qua *in tom.* 3. *p.* 2. *diſcept.* 11. Vide *Rot. in Romana Funerum* 7. *Junii* 1720. *coram Gamach.* quando id noluit decidere.

§. U N I C U S.

E D I T T O.

FABRIZIO per la miſericordia di Dio Veſcovo d'Albano, della S. R. C. Cardinal Paulucci, della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale, &c.

ATteſa la gran importanza di non differire molto tempo il Santo Sagramento del Batteſimo alli Bambini, che per la loro età tenera ſono più degl'altri ſottopoſti al pericolo di morte, la fan. mem. di Eugenio IV. nella ſua Coſtituzione 23. e la ſan. mem. di Paolo V. nel Rituale Romano §. *Opportunè*, inerendo alla diſpoſizione de' Sagri Canoni ingiungono alli RR. Curati d'eſortare le Perſone, alle quali appartiene, acciò quanto prima portino li detti Figliuoli alla Chieſa per ricevere il detto Santo Sagramento tanto neceſſario alla ſalute eterna, cioè non laſcino paſſare trè giorni dopo che ſono nati, come fu ordinato dalla Congregazione de' Prefetti tenuta ſotto il 7. Decembre 1705. Perciò ordiniamo a tutti li RR. Curati di queſt' Alma Città, che in ricevere queſto noſtro ordine lo publichino nella Meſſa Parrocchiale della prima Feſta di precetto, incaricando con tutt'efficacia alli Padri di Famiglia, che in avvenire non differiſchino più di tre giorni alli Bambini il Santo Batteſimo, altrimente, oltre il conto ſtrettiſſimo che dovranno renderne al Tribunale di Dio, ſe li detti moriſſero ſenz' eſſer battezzati, ſaranno da Noi ſeveramente puniti, &c. Dato dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto dì 23. Febraro 1723.

F. Card. Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segr.

C A

1 CAdaveris exhumationi, & emolumentorum reſtitutioni quando locus ſit, *Congr. Conc. in Tudert. Electionis ſepulturæ 4. Julii & 21. Novemb.* 1722.

2 Cadavera Nobilium, & Magnatum deferri debent ad Eccleſiam cum Feretro, non autem cum Rhedis, *Bullar. Clem. XI. fol.* 317.

3 Cadavera illorum, qui ſibi ſepulturam elegerunt in Eccleſiis Regularium, non ſunt priùs adſportanda ad Eccleſiam Parochialem, *Congr. Epiſc. in Senogall. Sepulturæ 23. Decemb.* 1707. de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 28.

4 Caduca ſunt hæc, quæ tenemus, quæ aſpicimus, in quibus cupiditas noſtra hæret: auferre ea à nobis, & fortuna, & injuria poteſt, *Senec. de Benef. l. 3. c. 5. circa med.*

5 S. Cajetanus: Avis tacens: Anagramma purum
Eſt Thienæus Avis, volatilia namque imitatus,
Haud ſerit, haud metit, & paſcitur ille tamen.
Imò tacens Thienæus Avis, nam quidquid ad uſum,
Aut eſum ſibi opus, mente, nec ore premit

6 Calaboos fuiſſe Chriſti Tortores, atque Carnifices aſſerit *Pater Serry in Exercit. Hiſt. Polem. exerc. 61. 566.* ubi aſſerit id per Scriptores omni exceptione majores comprobari, circa quod ſuum locum veritati relinquo, nihil certi affirmando.

7 Calamitas, virtutis occaſio eſt, *Sen. de Provid.* §. 3.

8 Caleſacere: Riſcalda più un Carboncino propinquo, che tutto il Sole remoto, *Pallav. Hiſt. del Conc. lib. 1. c. 11. num.* 2.

9 Calumnia: Nihil tam ſanctum, quod calumnia tentare non audeat, *Nicet. l. 2.* relatus *à Scannarol. de Viſitation. Carcerator. l. 1. c. 2. fol. 73. n.* 14.

10 Calumnia: Quem ſemel horrendis maculis infamia nigrat,
Ad benè tergendum multa laborat aqua.

11 Calumnia: Nelle calunnie interviene come nelle Tragedie, che la ſoverchia atrocità dell' invenzioni, levando la vera ſimilitudine, muove ſpeſſo in cambio dell' orrore il riſo, *Pallav. nell' Hiſtor. del Conc. l. 9. c. 3. n.* 8.

12 Calumnia: Quod dixi, mihi objice ut purger; nam ſi quod non dixi, mihi objicis, quando finiemus? *S. Auguſt. contra Julian. l. 4. c.* 1.

13 Calumnia: Me feliciſſimum dixerim, quòd iſta objiciantur, me vivente, qui valeam tanta me calumnia liberare, *Car. Baren. de Monarch. Sicil. in reſponſ. ad Card. Columm. fol.* 208.

14 Calumnia: Adverſus Calumniatores Scriptores ſolitus erat dicere Card. Thomaſius: Che egli conoſceva bene le falſità, e le calunnie di quel Libro, e che le aborriva; ma che biſognava credere, che l' Autore aveſſe ciò fatto più toſto per inavertenza, e per ignoranza, che per malizia, ovvero che ſi foſſe laſciato ingannare da altri, referente *P. Raſier in epiſt. impreſſa poſt ejus Vitam fol.* 197.

15 Calumniæ novus modus eſt non culpando, ſed laudando lædere, atque evertere, *Polyb.* ſequutus *à Paulett. nella Pred. del Mercordi della Dom. 3. fol.* 323.

16 Calumniæ prima ſcintilla, & fons otium eſt, nec unquam aut vacabit, aut habebit alienas res inquirere, quem ſua diſtinebunt, *Juſt. Lypſ. in Orat. de Calumn.*

17 Calumnias ferre grave eſt, & ferendo alias invitas, *Juſt. Lypſ. cent. 2. epiſt. 36. ad Belg.*

18 ad Calumnias tacendum non eſt, non ut ulciſcamur, ſed ne mendacio inoffenſus permittatur progreſſus, *D. Baſil. epiſt.* 65.

19 Calumniare: Cernis quàm tibi pernicioſum ſit tam horribile crimen objicere talibus, & quàm mihi glorioſum crimen audire cum talibus: Si cernis cerne, & tandem tace, *S. Auguſt. lib. 1. contra Julian. cap.* 4.

20 Calumniare: Novo ſuſcepto criminandi genere, Taurionem quemdam, quem ejicere volebat miris apud Philippum laudibus extollit, *Velaſquez* ſequutus *à Paulet. ſer. 4. Dom. 3. fol.* 322.

21 Calumniator: In ſimili Cauſa dedit votum contra eum, qui negaverat omnia, & fuerat de mendacio convictus, licèt de Cauſa non liqueret, quia de calumnia conſtabat, *Paul. de Caſtr. conſ. 302.* ſequutus *à Tuſc. lib. 8. lit. V. concl. 165. n.* 12.

22 Calumniatus: Sanctitatis veſtræ animus non gravetur, nec ſe fallacibus verbis doleat accuſatum, quia multò major eſt opinio purgata, quàm ſi deſinentibus querelis non fuerit impetita, *Caſſiod. lib. 4. epiſt.* 44.

23 Calumniandi cupiditate uſque adeò exæcantur homines, ut non attendant, quàm ſint inter ſe contraria, quæ aſſerunt, *S. Auguſt. epiſt.* 50.

24 Camini uſus quando poſſit impediri à vicino, ob incommodum fumi, & periculum ignis, vide *Rot. in Romana Uſus Caminorum* 10. *Decembris* 1691. *coram Card. Caprar. & Bertacchin. Vot. dec. 131. per tot.*

25 Canalis: Priuſquam ſis Conca, noli eſſe Canalis, *S. Bonaventura* relatus *à Comand. in Vita Cardin. Laur. fol.* 51.

26 Candelæ in die Purificationis tranſmittendæ non ſunt ad domos Laicorum, ſed in Eccleſia diſtribuendæ ſunt, *Cong. Epiſc. apud Baptiſtell. in Synod. Fulginaten. in Append. fol. 123. Card. Petr. ad Conſt. Apoſt. tom. 2. fol. 31. num.* 55.

27 Candelæ in Expoſitione 40. Horarum debent ſaltem eſſe viginti, *Inſtruct. impreſſ. in Bullar. Clem. X. fol.* 313.

28 Candelæ in Sepulchro non debent eſſe minus, quàm duodecim, *Cong. Viſit. Apoſt. in Romana 24. Maji* 1712. de qua *in Tom. 1. par. 1. diſcept. 16. n.* 263. Vide *Pignatell. conſultat. 90. num. 28. Tom. 9. & Piſcar. in Prax. ſacr. Carem. lib. 3. ſect. 5. num.* 9.

29 Canere: Non te pudet tam benè canere? *Philipp. Maced. ad Alex. Magn.*

30 Canes dormientes excitandi non ſunt, *Rot. in Nullius, ſeu Fulden. 1. Junii 1708. §. 134. coram Anſaldo.*

31 Canes excitans ſibi imputare debet damnum inde proveniens, *Rot. deciſ. 24. num. 26. apud Proſper. de Territor. ſepar.*

32 Canes rabidi: Per vivere ſano da morſi de Maſtini guardiani, baſta non eſſer ladro, ma dal dente degl' arrabiati niuna innocenza è ſalva, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 5. c. 7. n.* 11.

33 Canis vivus melior eſt Leone mortuo, *Eccl.* 9. 4.

34 Canna una panni plus valet, quando eſt in petia, ac quando eſt de per ſe ſeparata, *Coccin. dec. 1375. n.* 8.

35 Canonicatus quando conferri debeant oriundis, vel civibus ex neceſſitate, *Congr. Conc. in Tarentina Canonicatuum 7. Septembris* 1716. de qua *in Tom. 2. par. 2. diſcept.* 7. Vide etiam *Rot. in Tarentina Canonicatuum* 16. *Decembris ejuſdem anni coram Foſcaro.*

36 Canonicus Prothonotarius Apoſtolicus incedere poteſt cum habitu Prælatitio, & ſuum retinere locum in Choro, *Congr. Rit. in Burgi S. Sepulchri 22. Auguſti 1722. Ponente Card. Origo,* de qua *in Tom. 5. par. 1. diſcept.* 1.

37 Canonicus Regularis Lateranenſis, Parochus ſer. ſer. factus, an teneatur deferre habitum Regularem, & in quibus functionibus, *Congr. Conc. in Firmana 23. Maji* 1722.

38 Canonicus accedens ad Urbem ſine licentia ſui Epiſcopi, non poteſt ob talem acceſſum ab iſto ſuſpendi, *Congr. Conc. in Senen. 13. Junii 1591. lib. 7. Decr. fol.* 16.

39 Canonici Cathedralis quomodo teneantur aſſiſtere Epiſcopo Titulari Adminiſtratori alterius Eccleſiæ circa functiones, quas in illa tenetur facere, *Congr. Rit. in Sarſinaten. Functionum Epiſcopalium 22. Auguſti 1722. Ponente Card. Paulucio,* de qua *in Tom. 1. par. 1. diſcept.* 1.

40 Canonico Regulari quando committi ſoleat animarum cura in Parochialibus, *Cong. Conc. in Ordinis Canonicorum Regularium S. Salvatoris 17. Julii* 1723. Necnon quando poſſit ei concedi Canonicatus in Eccleſia ſæculari, *Cong. Conc. in Bonon. Indulti 18. Septembris* 1723.

41 Canonico, abſenti à ſua reſidentia, quando debeantur fructus, vel diſtributiones, *Cong. Conc. in Monaſterien. 30. Septembris* 1724.

42 Canonici Collegiatarum quem locum obtinere poſſent in Synodo Cong. Rit. *Novarien. Juris Seden. die 8. Maji 1700. Ponente Cardin. Colloredo,* de qua in *Tom. 2. par. 2. diſcept.* 9.

43 Canonici Collegiatarum tenentur quotidie Miſſam Conventualem celebrare, & applicare pro Benefactoribus, *Cong. Conc. in Spoletana 19. Decembris* 1720. Ex gratia tamen poteſt eis indulgeri, attenta redditiuum tenuitate, aliqua exemptio, tam à celebratione, quàm ab applicatione, *Cong. Conc. ubi ſupra dd. die, & anno ad 3. dubium.*

44 Canonicorum nomen ante annum 700. attribuebatur illis, qui tamquam Beneficiari adſcripti erant ſervitio Eccleſiæ; poſt dictum verò annum 700. practicari cœpit in eo ſenſu, in quo hodie etiam uſurpatur, *Rot. dec. 23. num. 5. poſt Scarfat. ad Coccoper. tom.* 2.

45 Canonicis Cathedralis, proceſſionaliter accedentibus ad Eccleſias Canonicorum Regularium Lateranenſium,

Digitized by Google

ſium, tenentur iſti illos in acceſſu, & receſſu recipere eodem modo, quo recipiunt Magiſtratum ſæcularem, *Congr. Rit. in Novarien.* 18. *Auguſti* 1714. *Ponente Card. S. Vitalis*, de qua *in Tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 19.

46 Canonicis, quotidie obligatis ad Eccleſiæ ſervitium, ex gratia indulgeri poteſt abſentia per duos menſes, exceptis feſtis ſolemnioribus anni, *Congr. Conc. in Farfen.* 13. *Novembris* 1655. & *in Atrien.* 19. *Decembris* 1722.

47 Inter Canonicos, & Beneficiatos, an & qualis debeat adeſſe differentia in loco ſe parandi in Sacriſtia, & in ſacris Paramentis, *Cong. Rit. in Recinet. Præeminentiarum* 20. *Martii* 1706. *Ponente Card. Colloredo*, de qua *in tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 35.

48 Canoniſtarum opinio in materia Matrimonii præfertur opinioni Theologorum, *Fagn. in cap. ſuper eo num.* 5. *de Condit. appoſit.*

49 Cantus, impediens divinorum Officiorum celebrationem, quando non permittendus, vide *Coccin. dec.* 2026.

50 Capilli: Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus: Et ſine fronte frutex, & ſine crine caput, *Ovid.*

51 Capilli ſono Livrea della età, *Gratian. Critic. p.* 1. *diſc.* 9. *fol.* 59.

52 Capillitium adſcititium permittendum non eſt Eccleſiaſticis Perſonis, *Congr. Conc. in Melphit.* 8. *Auguſti* 1722. de qua *in tom.* 4. *p.* 1. *diſcept.* 20. quod fuit expreſsè pariter prohibitum in Urbe de menſe Februarii 1725. de mandato Sanctiſs. D. N. Benedicti XIII.

53 Capitatio ex quibus cauſis, & neceſſitatibus Clero ſeculari imponi ſoleat ab Apoſtolica Sede, *Congreg. Immun. in Polonia, & Lithuania Capitationis* 21. *Julii* 1718. de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 22.

54 Capitulo Eccleſiæ Nullius aſſocianti Funus, permiſſum eſt ingredi Eccleſias Regularium cum Stola, & Cruce elevata, *Cong. Epiſc. in Nullius Attina* 2. *Auguſti* 1709. *Ponente Card. Corſino*, de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 31.

55 Capitulum quando validum ſit, non attento diſceſſu aliquorum Vocalium, *Cong. Epiſc. in Ordinis Ciſterc. Capit. Generalis* 19. *Januarii* 1720. *Ponente Card. Spinola*, de qua *in tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 9.

85 Dignitas etiam prima in Cathedrali, quando ei unita non eſt animarum cura, non tenetur aſſumere gradum Doctoratus, non obſtante clauſula de ſtylo apponi ſolita in Literis Apoſtolicis: *Infra annum Lauream Doctoralem ſuſcipere tenearis*, C. C. *in Caurien.* 5. *Maji* 1589. *& in Salmonen.* 26. *Maji* 1594. *& in Aquipendii* 20. *Junii* 1671. *& in Lavellen.* 12. *Jan.* 1697. *& in Cobronen.* 16. *Febraarii* 1704. de quibus *Monacell. in Formal. tom.* 4. *fol.* 20. *n.* 212.
86 Dignitas præcipua eſt non fungi honore, ſed illo dignum eſſe, *Ariſtot.*
87 Dignitas Eccleſiæ Collegiatæ an provideri debeat per viam electionis, quando illam obtinens ex gratia Apoſtolicæ Sedis retinet etiam Eccleſiam Cathedralem, *Auguſtana, ſeu Nullius Electionis Præpoſiti*, de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 12.
88 Dignitate prima impedita, functiones fieri debent non à Subſtituto, ſed à proximiore Dignitate, *Congreg. Rit. in Compſana Præminentiarum* 23. *Mar.* 1709. *Ponente Card. Gabriellio*, de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 20.
89 Dignitates Eccleſiæ Cathedralis, impedito Archiepiſcopo, tenentur per ſe ipſas Miſſas ſolemnes celebrare, *Congr. Conc. in Ulixbonen. Occidentalis* 5. *Septemb.* 1722.
90 Dignitates novæ an poſſint erigi in Cathedralibus, vel Collegiatis ab Epiſcopis cum aſſenſu ſuorum Capitolorum, *Caſenanten. Erectionis Archipresbyteratus*, de qua *in tom.* 1. *p.* 2. *diſcept.* 11.
91 Dignitates tall'ora ſi conſeguiſcono più agevolmente con aſpettarle poſando, che con cercarle correndo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 2. *c.* 9. *n.* 3.
92 quod Dignitates erigantur in Eccleſia, quæ non ſit Collegiata, non eſt novum, *Rota deciſ.* 41. *num.* 14. *coram Caril.*
93 Dignos exiſtens ad publicas Cauſas, qui geſſiſti hactenus ſub integritate privatas, *Caſſiod. Var. l.* 1. *epiſt.* 22. *in med.*
94 Digno quidquid creditur, hoc multis, ſine dubio, collatum eſſe ſentitur, *Caſſiod. Var. l.* 11. *epiſt.* 1. *ante fin.*
95 Diis, Parentibus, & Magiſtris pares gratias referre non poſſumus, *Ariſtot.*
96 Dilationem cùm quis amputare credit, majorem cauſam ligandi quandoque concedit, *Rot. dec.* 252. *num.* 7. *par.* 17. *recent.*
97 Dilectio: Cognoſcimus nos à pietate veſtra revera diligi, quorum facitis vota compleri, *Caſſiod. Var. l.* 10. *epiſt.* 8. *ante fin.*
98 Diligere: Dignus eſt à vobis diligi, qui par tantis honoribus meruit reperiri, *Caſſiod. Var. l.* 5. *epiſt.* 4. *in fin.*
99 Diligentia eſt mater omnium artium, *Can. Nihil diſtinct.* 83.
100 Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.
101 Diſcere: Numquam ſatis dicitur, quod numquam ſatis diſcitur, *Senec.*
102 Diſcere ſi quæris, doceas, ſic ipſe doceris,
Nam ſtudio tali tibi proficis, atque ſodali.
103 Diſcere: Onerat diſcentem turba librorum, non inſtruit, multòque ſatius eſt, paucis te Authoribus tradere, quàm errare per multos, *Senec. de Tranquill. Vit. c.* 9.

Urſaya Miſcellaneum.

104 Diſcere: Quod in juventute non diſcitur, in matura ætate neſcitur, *Caſſiod. Var. l.* 1. *epiſt.* 24. *circa fin.*
105 Diſcendum tamdiu eſt, quamdiu neſcias, *Senec. Epiſt. l.* 10. *epiſt.* 77.
106 Diſciplina: Nec locus relinquitur injuriæ, cùm ad bonos pervenit regula diſciplinæ, *Caſſiod. Var. lib.* 4. *epiſt.* 4. *in princ.*
107 Diſcipulus: Multa rogare, rogata tenere, retenta docere:
108 Hæc tria Diſcipulum faciunt ſuperare Magiſtrum.
109 Diſcipulo ſufficit, ſi ſit ſicut Magiſter ejus, *Matth.* 10. 25. de quo *Rot. in Rom. Pecuniaria* 26. *Junii* 1713. §. *Effulget coram Cerro.*
110 Diſcipulo permiſſum eſt Magiſtrum redarguere cum juris fundamento, *Rot. deciſ.* 366. *n.* 16. *p.* 15. *rec.*
111 Diſcipuli licèt non proficiant, tenentur Magiſtri ſuas adimplere partes, *Zacch. de Salar.* 4. 74. *a.* 13.
112 Diſcipuli idoneitas probatur ex fide Magiſtri, *Rota dec.* 66. *n.* 4. *&* 15. *p.* 16. *recent.*
113 Diſcordia pereunt magnæ res, concordia minimæ creſcunt.
114 Diſcordia: Melius eſt migrare cum gratia, quàm cohabitare cum diſcordia; & melius eſt ſine lite abire, quàm cum jurgio reſidere, *S. Ambroſ. de Patriarch.*
115 Diſcordia: Dove ſono più teſte, e più cuori, ivi è ſempre qualche diſcordia di pareri, e di voleri, *Pallav. Iſtor. del Conc. Introd. c.* 10. *n.* 2.
116 Diſcordiarum maxima cauſa, eſt diverſitas voluntatum.
117 Diſmembrationi Parochiæ locus eſt, quando conſtat de magno incommodo Parochianorum in recipiendis Sacramentis, *Congr. Conc. in Lunen. Sarzanen. Diſmembrationis* 12. *Julii* 1712. de qua *in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 14.
118 Diſpenſatio ab irregularitate propter homicidium ad ſui defenſionem, quando concedi ſoleat, *Congr. Concil. in Triventina Irregalaritatis* 11. *Decembris* 1694. de qua *in tom.* 2. *p.* 2. §. *diſcep.* 22. Vide etiam reſolutionem ejuſdem Congr. *in Placentina anni* 1724. in qua fuit conceſſa Clerico homicidæ voluntario ex particularibus facti circumſtantiis. Vide etiam *Inſtit. crim. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 360. *& ſeq.*
119 Diſpenſatio obtenta ex falſa cauſa, an & quando annullet matrimonium, *Cong. Conc. in Praten. Matrimonii* 4. *Julii* 1722. *& in Neapolitana Matrimonii eiſdem die, & anno.*
120 Diſpenſatio quando concedenda ſit Subdiacono, qui per malas artes Sac. Ordinem ſuſcepit, *Congr. Conc. in Pariſien. Diſpenſationis* 25. *Januarii* 1721. *&* 12. *Julii ejuſdem anni, quando illam conceſſit.*
121 Diſpenſatio matrimonii quando valida ſit expreſſo conſanguinitatis, vel affinitatis quarto gradu, & reticito tertio, *Congr. Conc. in Lucerien. Matrimonii* 28. *Martii* 1722. de qua *in tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 19.
122 Diſpenſatio ducendi uxorem, quando & ex quibus cauſis concedi poſſit Equiti Hieroſolymitano, *Pariſien. Diſpenſationis*, de qua *in tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 5.
123 Diſpenſatio: Epiſcopus, cui commiſſa eſt diſpenſatio, poteſt illam exequi, etiamſi aſcendat ad Urbem, vel alibi ſe transferat, *Congr. Conc. in Andegaven.* 27. *Februarii* 1666. teſte *Pignatell. conſul.* 40. *tom.* 1. *juxta impreſſ. Rom.*
124 Diſpenſatio, ubi neceſſitas urget, excuſabilis eſt; ubi utilitas provocat, laudabilis; utilitas dico communis, non propria; nam, cùm nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis eſt diſſipatio, *Divus Bern. de Conſider. ad Eugen. lib.* 2. *c.* 10. *& lib.* 3. *circ. fin.* relatus à *Sperell. dec.* 109. *num.* 2.
125 Diſpenſatio ob anguſtiam loci valida eſt, etiamſi locus non ſit anguſtus, quando in illo unus ex contrahentibus Conjugem invenire non poteſt, *Congr. Conc. in Dab. Matrimonii* 13. *Julii* 1606. *lib.* 10. *Decret. fol.* 153. *& in Albinganen. in lib.* 1. *Decr. fol.* 4.
126 Diſpenſationes matrimoniales committi poſſunt Prælato inferiori, habenti juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, *Congr. Conc. in Nullius Provinciæ Theatinæ* 12. *April.* 1642. *lib.* 17. *Decr. fol.* 29.
127 pro Diſpenſationis matrimonialis executione nihil debetur Epiſcopo, etiam extante conſuetudine, *Congr. Concil. in Triventina* 30. *Martii* 1669. *lib.* 26. *Decr. fol.* 202. *à tergo.*
128 Diſpenſationem ſubreptitiam Epiſcopus exequi non tenetur, *Congr. Conc. in Nullius* 10. *Septembris* 1583.
129 Diſplicentia: Quandoque illud, quod minùs diſplicet, videtur magis diſplicere, quia eſt propinquius nocumento ſenſibili, quod magis eſt nobis notùm, *D. Thom. in ſupplement.* 3. *par. q.* 3. *art.* 1. *ad* 4.

130 Diſplicere malis laudari eſt, *Senec. de remed. fortuit.*

131 Diſputare id, quod univerſa ſentit Eccleſia, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt, *S. Auguſt. epiſt. ad Januar.*

132 Diſputationes: Ne' combattimenti di Lettere più grida chi ha migliori fianchi, non miglior cauſa, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 2. c. 1. num. 5.*

133 Diſputationes: Miror namque, quomodo religioſæ aures tuæ audire ſubſtinent hujuſmodi diſputationes Advocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad ſubverſionem, quàm ad inventionem proficiunt veritatis, *S. Bernard. de Conſid. ad Eugen. cap. 9.*

134 Diſſentionibus omninò carere debent Religioſi, *Alexan. VI. apud Cherub. ad Conſtit. 26. Leonis X. ſcholion. 1.*

135 Diſſimulatio: Quando è mediocre, ſi gradiſce, come riſpetto; quando è eccesſiva, ſi abottiſce, quaſi diſprezzo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 24. cap. 12. num. 1.*

136 Diſtinctio: Qui benè diſtinguit, proximus eſt veritati, *Salicet. in Proœm. Cod.* ſequutus à *Rot. in Civitatis Plebis 6. Junii 1703. in princ. coram Anſaldo.*

137 Diffinitio: Chi ha per ſe la verità, cerca la chiarezza, e queſta ſuol eſſere compagna della diſtinzione, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 23. c. 9. n. 7.*

138 Diſtributiones quotidianæ debentur Beneficiato infirmo, ſi erat ſolitus inſervire tempore valetudinis, *Congr. Conc. in Romana Diſtributionum 14. Novemb. 1699.* de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept. 16.*

139 Diverſitas: Nihil intereſt illis diverſa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conſpirent, *Tertul. de Præſcr. cap. 41.* relatus *à Paulet. nella Pred. del Mercordì della Dom. 3. di Quadrag. fol. 319.*

140 Dives: Quisquis habet nummos, ſecura naviget aura,

141 Fortunamque ſuo temperet arbitrio.

142 Dives ille eſt, cui cum paupertate benè convenit; ad manum eſt, quod ſat eſt, *Senec. epiſt. lib. 1. epiſt. 4.*

143 Dives poteſt quis ex fortuna facilè evadere, rationibus adductis *in Romana Pecuniaria* 13. *Junii* 1718. §. *Neque inquirendum coram Card. Falconer.*

144 Divinatione uti in re magni momenti non eſt hominis prudentis, *Vincent. Alzar. Cruc. cent. 3. epiſt. ad Jul. Cæſar. Legat.*

145 Divinus cultus ex Miniſtrorum multiplicatione augetur, *Emer. jun. dec. 66. n. 8.*

146 Divina tunc ſuccurrunt, cùm deſunt humana.

147 Diviſio: Si tamen appellanda diviſio eſt, quam ſub unius celebratam conſtat arbitrio, *Caſſiod. var. lib. 1. epiſt. 7. in fin.*

148 Divitiæ quæ ſunt, quas non egeſtas, & fames, & mendicitas à tergo ſequantur? *Senec. de Tranquill. vit. c. 11.*

149 Divitiæ ſine litteris ſunt Corpus ſine Anima.

150 Divitiæ dantur à Parentibus, à Domino autem propriè uxor prudens, *Proverb. 19. 14.*

151 Divitiæ pariunt potentiam, potentia dignitatem, dignitas prælationem, *Pignatell. conſult. 12. n. 27. tom. 5.*

152 Divitiæ: Is maximè deliciis affluit, qui minus divitiis indiget.

153 Divitiæ: In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores Cenſus amicitias, pauper ubique jacet, *Ovid. l. 1. Faſtor.*

154 Divitiarum modi duo ſunt. Primus habere, quod neceſſe eſt; proximus, quod ſat eſt, *Senec. epiſt. lib. 1. epiſt. 2.*

155 cum Divitiis natus eſt, qui ſibi ipſi ſatis eſt, *Senec. de Quat. virt. tit. de Continent.*

156 Divitiis ille maximè fruitur, qui illis minimè indiget, *Senec. epiſt. l. 2. epiſt. 14.*

157 Divitias paraſſe, multis non finis miſeriarum fuit, ſed mutatio, *Senec. epiſt. l. 2. epiſt. 17.*

158 Divulgatio: Quod dictu nefas eſt, etiam ſacra Vaſa emptioni publicæ viderentur expoſita: Hoc quantum fuit crudele admitti, tantò glorioſum eſt adhibita pietate reſecari, *Caſſiodor. var. l. 9. epiſt. 15. poſt princ.*

159 Docent, quæ nocent, *S. Auguſt.*

160 Doctior & ingenioſior quò quiſque eſt, eò docet iracundiùs, & laborioſiùs; quòd enim ipſe celeriter arripuit, id cùm tardè percipi videt, cruciatur.

161 Doctiſſimi viri incidunt quandoque involontarios æquivocos, ſcribentes ad cauſæ opportunitatem, *Card. de Luc. de benefic. diſc. 70. ſub num. 10*

162 Doctor: Quod voco te juris Doctorem utriuſque ſuperbis: At de ſorbilibus juribus ipſe loquor.

163 Doctor, qui Librum compoſuit, præfertur alteri, qui id non fecit, *Barboſ. de Canonic. c. 18. n. 6.*

164 Doctor alius ſi nobis non ſuppeteret, ſufficeret Soarez pro mille, *Tambur. in Meth. celebr. Miſſar. l. 1. c. 2. n. 11. fol. 422.*

165 Doctoris Epitaphium:
Morte tua Canon, Leges, & Jura Quiritum
Occubuere, jacent hoc tumulata loco.

166 Doctoris opinio, malo innixi fundamento, attendenda non eſt, *Lotter. de re benefic. l. 1. q. 31. n. 59.*

167 Doctori conſulenti ſi non creditur, quando ejus conſilium non fuit à Judice approbatum, multò minùs attendi debet, quando à Pontifice fuit reprobatum, *Pignatel. conſult. 8. n. 19. tom. 10.*

168 Doctori, loquenti cum ſuppoſito apertionum, ſibi ab aliis factarum, iſtis non ſubſiſtentibus, non creditur, ut pro reſponſione ad *Bell.* obſervat *Emer. jun. dec. 1123. n. 8.*

169 Doctorem, multa ſcribentem, quaſi impoſſibile eſt ſibi aliquando non eſſe contrarium, *Soccin. conſ. 150. n. 1. lib. 1. Fagnan. in cap. Ne innitaris n. 138. de Conſt. & Monacell. in form. tom. 4. in fin. epiſt. ad Lect.*

170 Doctores multos allegare hodie non eſt honor, ob facilitatem tranſcribendi Authores, *Scapp. de jur. non ſcript. lib. 5. cap. 27. num. 11.*

171 Doctorati: Papa demandare ſolet aliquando Advocatis Conſiſtorialibus, ut aliquem gratis doctorent, ut de ſe ipſo teſtatur *Nicol. in Floſcul. verb. Doctor n. 1.* Idemque practicavit *Clemens XI.* cum duobus Siculis Sacerdotibus *annis 1716. & 1718.*

172 Doctoratus gradus conferri poteſt etiam iis, qui neque ſtudia initiarunt, qui tamen docti poſteà effici volunt, *Cardin. de Luc. de Canonic. diſc. 13. n. 5. & de Contractib. prohibit. diſc. 30. n. 7. & Jovius de ſolemnitatibus ſtatut. tom. 2. gloſſ. 25. §. 2. num. 12.*

173 Doctoratus gradus conferri aliquando ſolet in aliquibus Univerſitatibus, etiam illis qui Latinam linguam non callent, *Card. de Luc. de Canonic. diſc. 33. n. 4.*

174 Doctoratus Gradus. Vide Dignitas.

175 Doctoratus privilegium probatur ex teſtibus, qui interfuerunt actui doctorandi, etiam abſque exhibitione privilegii, *Rot. coram Pamphil. decif. 465. & ibi Adden. Roſa de Exequutor. Litter. Apoſt. lib. 1. cap. 7. num. 210. & Rot. decif. 347. n. 1. & ſeqq. coram Peutinger.*

176 Doctoratus à Duce Sfortia non poteſt eſſe Vicarius Capitularis, *Cong. Conc. in Cluſina 21. Februarii 1682. lib. 32. fol. 142.* Neque ſuffragatur ad obtinendas alias Eccleſiaſticas dignitates, *Roſ. de Exequut. Litt. Apoſt. lib. 1. cap. 7. num. 210.*

177 ad Doctoratum aſſequendum & conferendum ſufficit probabilis ſpes proficiendi in futurum, *Card. de Luc. de Canon. diſc. 13. n. 5.*

178 Doctorati extra publicas Univerſitates, non poſſunt obtinere Dignitates, requirentes gradum Doctoratus, *Cong. Conc. in Papien. 27. Julii 1652. lib. 19. Decr. fol. 199. & in Elnen. 17. Januarii 1643. lib. 17. Decr. fol. 138. & in Papien. 22. Junii 1673. lib. 28. Decr. fol. 135.*

179 Doctrina: Nec aliqua in Mundo poteſt eſſe fortuna, quam literarum non augeat glorioſa notitia, *Caſſiod. Var. l. 10. epiſt. 3. circa med.*

180 Doctrina teſte Julio II. in Nobilibus aurum eſt, in Principibus adamas, & in aliis hominibus argentum, & ego addo in pauperibus Perionis miſerum æs, *Gratian. diſc. 30. dell' Agudezza.*

181 Doctrina ſcribentis, ſeu excellentia in ſcribendo, non conſiſtit in faciendo magnas allegationum, & concluſionum ſarcinas extra propoſitum, cùm id apud Peritos potius convincat imperitiam, ſeu judicii imperfectionem; ſed conſiſtit in applicatione congrua earum, quæ ſtrictè feriunt caſum præciſum, *Card. de Luc. de Canon. diſc. 20. n. 3.*

182 Doctrinæ punctuales, adhibitis etiam magnis diligentiis, aliquando non poſſunt facilè inveniri, *Cardin. de Luc. de Fideicomm. diſc. 167. num. 1.*

183 Dolere: Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet, *Martial. de Gell. l. 1. epigr. 96.*

184 Dolor & Voluptas: Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas, *Horat.*

185 Dolor nullus eſt, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat.

186 Dolori ſuo occurrere nihil juvat, ſatis citò dolebis cùm venerit, interim tibi meliora promitte, *Senec. Epiſt. l. 1. epiſt. 13.*

187 Dolorem levat communis quaſi legis, & humanæ conditionis recordatio, *Cicer. l. 6. epiſt. 80.*

188 Domicilium ſtatim quis contrahit in aliqua Parochia quando animo ibidem permanendi incipit habitare, *Cong. Conc. in Nullius,* quam refert *Rota decif. 629. num. 3. p. 4. tom. 3. recent.*

189 Domicilium ad effectum contrahendi matrimonium quando dicatur requiſitum, vide *tom. 2. p. 1. diſcept. 10. & Rotam in Romana Matrimonii 3. Julii 1719. coram Coiro, & 2. Decembris 1720. & 7. Martii 1721. coram Tremoille.*

190 Dominandi cupido cunctis affectibus flagrantior, *Tacit. l. 17. Annal.*

191 Dominari aliqui tunc potiſſimùm volunt, cùm ſervitutem profeſſi fuerint, *S. Bernard. de Conſider. ad Eugen. lib. 4. cap. 2.*

192 pro Dominatione omnia ſerviliter, *Tacit.*

193 Dominicanis, abſque Parochi licentia, licitum eſt facere Proceſſiones Roſarii extra Clauſtra, *Congreg. Rit. in Neap. Proceſſionis 7. Auguſti 1716. ad primum dub. Ponente Card. Caracciolo.*

194 Dominorum voces dulcius eſt habere, quàm Miniſtrorum, *Boer. de Authoritat. Magn. Conſil. n. 156.*

195 Dominis temporalibus, quæ, & quales competant in Eccleſiis præeminentiæ, tam præſente, quàm abſente Epiſcopo, *Cong. Rit. in Satrianen. Præeminentiarum 13. Maji 1719. Ponente Card. Scotto*, de qua *in tom. 4. par. 2. diſceptat. 4.*

196 Domus Presbyterorum, in communi viventium, an erigi poſſint, non ſervatis Apoſtolicis Conſtitutionibus circa fundationem novorum Conventuum, *Cong. Epiſc. in Conſentina 1. Septembris 1710. Ponente Card. S. Clementis*, de qua *in tom. 2. p. 2. diſcept. 19.*

197 Domus privatæ eſt ſua retinere, de aliena certare regia laus eſt, *Tacit.*

198 Domus noſtræ mala ſolemus ſcire ultimi, & Liberorum, & Conjugum vitia, vicinis canentibus, ignorare, *S. Hieron.*

199 Domi quidquid eſt, vile eſt, *Senec. de Benef. l. 3. c. 3.*

200 Donare: Extra fortunam eſt quidquid donatur Amicis,
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes, *Mart. Amic. eſſe donand. l. 5. epigr. 43.*

201 Donare: Primum eſt, ut præſtes, ſi quid te, Cinna, rogabo,
Illud deinde ſequens, ut citò Cinna neges.
Diligo præſtantem; non odi Cinna negantem;
Sed tu nec præſtas, nec citò Cinna negas, *Martial. in Cin. l. 7. epigr. 42.*

202 Donare: Nihil magis poſſidere me credam, quàm benè donata, *Senec. de Vit. beat. c. 20.*

203 Donare: Mille, licèt venias, Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

204 Donare videtur, qui vendit rogatus, *Caſſiod. Var. l. 4. epiſt. 5. in fin.*

205 Donatio: Qui donat nodat, *Mezzamic. in Vit. Card. Gimnaſ. fol. 17.*

206 Donatio inconſulta turpiſſimum perdendi genus eſt, *Senec. lib. 4. c. 10.*

207 Donatio ex quibus conjecturis dicatur ſimulata, *Rot. in Romana Donationum 15. Martii 1705. coram Molin.*

208 Dormientes teſtes: Crediderunt Teſtibus dormientibus; aut falſum erat, quod dormirent, & mendacibus credere non debuerunt; aut erat verum, & quod factum eſt, neſcierunt, *S. Auguſt. in Pſal. 36.*

209 Dormire: Non priùs in dulcem declines lumina ſomnum,
Omnia quàm longè reputaveris acta diei.

210 Dos magna Uxoris ubi ingreditur, Mariti libertas egreditur, *Calvin. de Æquit. l. 1. c. 20. n. 6.*

211 Dos eſt ſua forma Puellis, vates ſequutus *à Rot. in Fanen. Succeſſionis 20. Novembris 1705. §. Fortiùs coram Anſald.*

212 à Dote veniunt ſagittæ, *Rot. in Leodien. Matrimonii 19. Junii 1713. in princ. coram Cerro.*

213 Dotes, relictæ incertis pauperibus Puellis, non poſſunt ab Officialibus aſſignari Confratribus frequentantibus Oratoria, *Congr. Conc. in Rom. Subſidiorum 12. Jan. 1697.*

214 Dotes quæ dantur ab Archiconfraternitatibus Urbis, in quibus caſibus ad illas revertantur, vide *Rot. in Rom. Dotis 28. Jan. 1709. coram Aldovrando.*

215 Dubitans, proximus neganti eſt, *Senec. de Benef. l. 2. cap. 1.*

216 Dubia, quæ ſuper interpretatione Apoſtolicarum Conſtitutionum quandoque emergunt, declarari debent à Summo Pontifice, *Clemens VIII. Conſtit. 96. in Bullar. novo tom. 3.*

217 Dubia reformari ſolent à Sac. Cong. Conc. ut practicavit *in Anglonen. Exactionum 20. Decemb. 1704.*

218 Dubiorum incongrua diſputatio non leve præjudicium afferre ſolet miſeris Litigantibus, *Piton. Diſcept. Eccleſiaſt. in Parergon. fol. 6. num. 29. tom. 2.*

219 Dubiis impropriis reſpondere non ſolent Sac. Congregationes, ut practicavit *Congr. Conc. in Dub. Matrim. 28. Jan. 1690. lib. 40. Decret. fol. 52.* mediante reſcripto: *Non eſſe reſpondendum.*

220 Ducatus quare valutetur julio uno ſupra valorem ſcuti aurei, cum eleganti eruditione eſplicat *Card. de Luca de Benefic. diſc. 89. in fin.*

221 Duellum: Circa facetiam Galli, & Januenſis, volentium Duellum facere, ex quo ambo geſtabant Bovem pro Gentilitiis inſignibus, & deinde abſtinentium à Duello, attenta declaratione quod unus ex contendentibus habebat pro inſigniis caput Bovis, aliud verò caput Vaccæ, vide *Piton. diſc. 49. ſub n. 5.*

222 Dulce: Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt.

223 Dulcis amor Patriæ; dulce videre ſuos.

224 Duraret nemo, ſi rerum adverſarum eamdem vim aſſiduitas haberet, quam primus ictus, *Senec. de Tranquill. nat. cap. 10.*

225 Durities: Quid magis eſt ſaxo durum, quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua.

S A N C T I S S I M I D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII

CONSTITUTIO

Qua Decanatum Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem, licèt à Romana Curia abſentem, dummodò tempore vacationis ejuſdem Decanatus apud priorem ſibi commiſſam Eccleſiam perſonaliter reſideat, devenire decernitur, pluraque alia quoad Oſtienſis & Veliternenſis Eccleſiarum optionem ſtatuuntur, cum clauſulis, & derogationibus opportunis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmani Pontificis circumſpecta vigilantia ea, quæ certis etiam, & rationabilibus ex cauſis à Prædeceſſoribus ſuis olim providè ſancita fuerunt, ubi diſſidiis, & contentionibus, præſertim inter eos, qui ſublimi Cardinalatus Dignitate in Sancta Dei Eccleſia præfulgent, aliiſque inſuper gravioribus malis occaſionem tribuere dignoſcuntur, ipſa rerum experientia ſuadente, nonnumquam moderatur, ac immutat, & ad æquitatis, ac juſtitiæ normam redigit, ut ſublatis è medio litium, malorumque ſeminibus, fraterna charitas, atque concordia, quam inter eoſdem Cardinales maximè vigere decet, inviolata ſervetur, & publico ſimul bono conſultum ſit: Eumque in finem Apoſtolicæ authoritatis, & providentiæ partes libenter interponit, prout matura deliberatione præhabita in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

§. I. Dudum ſiquidem à fel. rec. Paulo Papa IV. Prædeceſſore noſtro emanavit Conſtitutio tenoris ſequentis, videlicet " Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad " perpetuam rei memoriam. Cùm Venerabiles Fratres " Noſtri S. R. E. Cardinales in partem ſollicitudinis vo- " centur, ut pro tempore exiſtenti Romano Pontifici " aſſiſtant, ipſeque Romanus Pontifex eorum conſilio " agenda diſponat, & iidem Cardinales ſint pars corpo- " ris, & membra ipſius Romani Pontificis, ac diverſis " almæ Urbis noſtræ Parochialibus Eccleſiis, pro eorum " Cardinalatus titulo, ſeu denominatione præficiantur, " & in eis Epiſcopalem juriſdictionem habeant, & pro- " pterea in Romana Curia reſidere debeant, præſenteſque " in dicta Curia magis digni, & privilegiati exiſtant, " quàm abſentes, & in optionibus Titulorum, ac ſex Ec- " cleſiarum Cathedralium, quibus Cardinales pro eorum " Cardinalatus titulo præfici ſolent, abſentibus etiam an- " te eos in Cardinales aſſumptis præferantur, & ſi uni ex " dictis Eccleſiis Cathedralibus præfecti fuerint, ex poſt " ſemper alios non Epiſcopos Cardinales in quibuſvis " actibus, & ſeſſionibus præcedant: Nos ex præmiſſis, " & diverſis aliis cauſis animum noſtrum moventibus, & "
" in-

Digitized by Google

„ inter cætera, ut eoſdem Cardinales abſentes ad reſiden-
„ dum in Curia aliquibus uberioribus favoribus, & præ-
„ rogativis alliceremus, Decanatu Collegii Cardinalium
„ hujuſmodi, quem Nos, dum in minoribus conſtituti eſſe-
„ mus, obtinebamus, & ad quem propter noſtram conti-
„ nuam in eadem Curia reſidentiam ante alios Cardinales
„ Nobis in Cardinalatu antiquiores tunc ab ipſa Curia
„ abſentes perveneramus, per noſtram ad ſummi Apoſtola-
„ tus faſtigium aſſumptionem vacante, habita ſuper his
„ rum Fratribus noſtris in Conſiſtorio noſtro ſecreto de-
„ liberatione matura, de eorum conſilio, & unanimi
„ aſſenſu, Venerabilem Fratrem noſtrum Joannem Epi-
„ ſcopum Oſtien. S. R. E. Cardinalem de Bellayo nuncu-
„ patum, de Nobis, & Sede Apoſtolica optimè meritum,
„ Decanum Collegii hujuſmodi declaravimus, eumque
„ ipſius Collegii Decanum vocavimus, & Decanatum
„ ipſum ſibi conceſſimus, prout etiam per præſentes de-
„ claramus, vocamus, & concedimus. Et inſuper ne in
„ poſterum Decanatus prædictus, illius occurrente va-
„ catione, in aliquem Cardinalem ex voluntate ſua, &
„ non ex cauſa publica abſentem, & propter abſentiam
„ ſuam hujuſmodi quandoque de negotiis dictæ Sedis mi-
„ nus informatum, in injuriam aliorum Cardinalium tunc
„ præſentium, & Romano Pontifici aſſiſtentium, ac prop-
„ tereà de negotiis prædictis melius informatorum, de-
„ veniat, aut ſuper eodem Decanatu aliquæ controver-
„ ſiæ, ſeu diſſenſiones inter ipſos Cardinales oriantur,
„ providere volentes; Motu proprio, & ex certa ſcien-
„ tia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac no-
„ ſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſancimus, quòd
„ Decanatus hujuſmodi de cætero perpetuis futuris tem-
„ poribus nonniſi ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem
„ in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem,
„ & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum,
„ devenire poſſit. Et quod Epiſcopus Cardinalis antiquior
„ in Curia præſens, aut, ut præfertur, abſens, & extra
„ Curiam deſtinatus, poſtquam Decanatus hujuſmodi ad
„ eum devenerit, omnes alios Cardinales, etiam anti-
„ quiores, ſemper in quibuſvis ſeſſionibus, & aliis acti-
„ bus publicis præcedat, nec per alios Epiſcopos Car-
„ dinales, etiam antiquiores, tunc abſentes, etiam ſi poſt-
„ modum incontinenti ad eamdem Curiam ſe conferant,
„ & in ea continuò reſideant, ſuper ipſo Decanatu, aut
„ illius ſeſſionibus, vel aliis actibus, ſeu negotiis ad eum
„ pertinentibus impediri, aut moleſtari valeat. Decer-
„ nentes ſic, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſin-
„ gulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios qua-
„ vis etiam Apoſtolica authoritate fungentes, etiam Cau-
„ ſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac eorumdem Car-
„ dinalium Collegium in quavis cauſa, & inſtantia, ſub-
„ lata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, &
„ interpretandi auctoritate, & facultate judicari, & de-
„ finiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quo-
„ quam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter con-
„ tigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, ac
„ Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo Conſiſtorii no-
„ ſtri, necnon ipſius Collegii, etiam juramento, con-
„ firmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia robo-
„ ratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contra-
„ riis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum
„ Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Domini-
„ cæ 1555. undecimo Kal. Septembris, Pontif. noſtri
„ anno primo.

§. II. Poſtmodùm, anno ſcilicet 1719. occaſione obitus bo: me: Nicolai S. R. E. Cardinalis Acciajoli Epiſcopi, dum viveret, Oſtienſis, & Veliternenſis, Sacrique Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decani dubitatio emerſit, an prædicta Conſtitutione adverſus Cardinales à Curia Romana abſentes lata comprehenderentur, vel potiùs excluderentur Cardinales promotione antiquiores, qui eveniente Decanatus ejuſdem Sacri Collegii vacatione à præfata Curia quidem abeſſent, ſed apud illas Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias reſiderent, quibus eos unà cum aliqua ex iis Cathedralibus Eccleſiis Suburbicariis, quæ ipſis Cardinalibus antiquioribus pro ſuis Titulis, ſeu denominationibus aſſignari ſolent, præeſſe contingeret. Cùmque ejuſmodi dubitatio nullis anteà Sanctæ Sedis definitionibus diſcuſſa, ac dirempta eſſe videretur, rec. mem. Clemens P.P. XI. Prædeceſſor itidem noſter eam expendendam, librandamque committere decreverat, ſive Dilectis Filiis Rotæ Romanæ Auditoribus, ſive aliis ejuſdem Curiæ Præſulibus integritate, doctrinaque præſtantibus, quorum audita ſententia id, quod rationi, & æquitati conſentaneum illi viſum fuiſſet, ſtatuere poſſet. Verùm dum in ea deliberatione verſaretur, Nos, quos potiſſimùm, tamquam eo tempore S. R. E. Cardinalem Epiſcopum Portuenſem, & Archiepiſcopum Beneventanum, cæteriſque Collegis promotione priores (memorata Pauli IV. Conſtitutione ſepoſita) tam ad Decanatus Dignitatem, quàm ad præfatas Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias, antiquitatis jura vocabant, animo reputantes rem hanc abſque aliqua contentione tranſigi minimè poſſe, probèque memores verborum Apoſtoli Timotheum ſuum admonentis: *Servum Domini non oportet litigare*, firmiter conſtituimus ſuper iſtiuſmodi negotio à quavis concertatione, ſeu litis ſpecie prorſus abſtinere; adeòque datis primùm ad eumdem Prædeceſſorem noſtrum literis ex ſuburbano ſeceſſu S. Paſtoris, & mox etiam apertis verbis illi rotam explicavimus, ac obteſtati fuimus, ut quacumque Noſtri ratione poſthabita, Dignitatem Decanatus Cardinali Epiſcopo ex reſidentibus in Romana Curia antiquiori deferre vellet, eidemque Eccleſiarum Oſtienſis, & Veliternenſis optionem permitteret: ea tamen adjecta declaratione, ut ſimili in poſterum occurrente Decanatus vacatione, ſalva, & illæſa remanerent jura Cardinalium Epiſcoporum, qui Cardinalatu quidem eſſent antiquiores, ſed extra Romanam Curiam in prioribus ſuis Epiſcopatibus tunc reſiderent. Attenta itaque hujuſmodi noſtra obteſtatione, atque ceſſione, vacans Sacri Collegii Decanatus unà cum Oſtienſi, & Veliternenſi Eccleſiis à memorato Pontifice in Conſiſtorio ſecreto habito die 26. Aprilis 1719. bon. mem. Fulvio S. R. E. Cardinali Aſtallio tunc Epiſcopo Sabinenſi, qui ex Epiſcopis Cardinalibus in Curia degentibus antiquior erat, cum ſpeciali tamen jurium quorumcumque tam Epiſcoporum Cardinalium extra Curiam apud priores ſuas Eccleſias reſidentium, quàm aliorum Epiſcoporum Cardinalium in eadem Curia commorantium, præſervatione delatus fuit.

§. III. Deinde verò cùm præfatus Cardinalis Aſtallius Decanus, inſcrutabili divinæ providentiæ diſpoſitione, ab humanis omnium opinione celeriùs deceſſiſſet, & alia non abſimilis controverſia inter Venerabiles Fratres noſtros bon. me. Cardinalem Sebaſtianum Antonium Tanarium tunc Epiſcopum Tuſculanum, & Cardinalem Franciſcum Judicem, tunc pariter Epiſcopum Præneſtinum, in Romana Curia præſentes (Nobis omninò ſilentibus, & à quacumque petitione prorsùs abſtinentibus) excitata fuiſſet, memoratus Clemens Prædeceſſor ſeptem ejuſdem Curiæ Præſules doctrina, & integritate præſtantes deputavit, illiſque commiſit, ut probè, ac maturè perpenſis rationum momentis, quæ hinc inde afferri poterant, & de quibus eos plenè inſtrui curavit, ſuum circa verum ſenſum antedictæ Conſtitutionis Pauli IV. judicium proferrent, quod poſteà in hunc, qui ſequitur, modum protulerunt “ Die 28. Februarii 1721. Habita fuit Congrega- “
tio Particularis in Manſionibus R. P. D. Auditoris San- “
ctiſſimi ſuper Cauſa Decanatus Sacri Collegii Cardi- “
nalium, cui interfuerunt RR. PP. DD. Petra, Ma- “
reſuſcus Auditor Sanctiſſimi, Lancetta, Cerrus, Her- “
rera, Anſideus, & Lambertinus ejuſdem Particularis “
Congregationis Secretarius: Omneſque unanimiter reſ- “
ponderunt: Conſulendum eſſe Sanctiſſimo, quod decla- “
rare dignetur Decanatum Sac. Collegii Cardinalium deve- “
niſſe vigore Bullæ quintæ ſan. me. Pauli IV. ad Eminen- “
tiſſimum D. Cardinalem Tanarium, uti Epiſcopum “
Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem tempore “
vacationis dicti Decanatus ſequutæ per obitum Car- “
dinalis Fulvii Aſtallii, excluſis Epiſcopis Cardinalibus an- “
tiquioribus extra Curiam tempore dictæ vacationis com- “
morantibus, non ex publica cauſa, & deſtinatione Ro- “
mani Pontificis, etiamſi reſiderent in Eccleſiis, quarum “
adminiſtrationem ex diſpenſatione Apoſtolica retinent, “
& ita ſervandum eſſe perpetuis futuris vacationibus. “
Quoad aliam verò controverſiam inter EE. DD. Car- “
dinalem Tanarium antiquiorem in Epiſcopatu, & junio- “
rem in Cardinalatu, & Cardinalem Judicem juniorem “
in Epiſcopatu, ſed antiquiorem in Cardinalatu, cau- “
ſa non fuit propoſita, attenta ceſſione ſuo juri facta “
ab eodem Cardinali Judice, Dominique unanimiter di- “
xerunt conſulendum eſſe Sanctiſſimo, quod declarare di- “
gnetur ex hujuſmodi ceſſione nullum in futuris Decana- “
tus vacationibus cenſeri irrogatum fuiſſe præjudicium “

„ Car-

Digitized by Google

» Cardinalibus ſimilia jura foventibus. Factaque eadem die
» per me infraſcriptum Secretarium de præmiſſis Sanctiſ-
» ſimo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua Con-
» gregationis ſententiam quoad utramque partem beni-
» gnè approbavit, & perpetuis futuris temporibus obſer-
» vari mandavit. Proſper de Lambertinis Secretarius.
Idem verò Clemens Prædeceſſor non modò antedicto-
rum Præſulum Votum, ſeu Conſilium, ut præfertur, be-
nignè probavit, perpetuiſque futuris temporibus obſervari
mandavit, verùm etiam illud in Conſiſtorio ſecreto ſub-
inde, nempè die 3. Martii 1721. habito palam recitari, &
inter Acta ejuſdem Conſiſtorii ad perpetuam rei memo-
riam aſſervari, atque cuſtodiri præcepit.

§.IV. Cùm autem, ſecluſa Paulina Conſtitutione, maximè
æquum, & rationi conſonum videatur, ut Cardinales Epi-
ſcopi antiquiores præfati, quamvis tempore vacationis
Decanatus Sacri Collegii à Romana Curia abſint, &
apud priores ſibi commiſſas Eccleſias perſonaliter reſi-
deant, ad eumdem Decanatum aſſequendum admitti de-
beant: tum quia ipſi re vera à Curia non abſunt ex volunta-
te ſua, ſed ex formali neceſſitate, cùm ex divinarum, ca-
nonicarumque Sanctionum, & Concilii potiſſimùm Tri-
dentini præſcripto, apud priores Eccleſias jugiter reſidere
cogantur; quin etiam ab eis diſcedere abſque Sedis Apo-
ſtolicæ licentia non poſſint, nec ab hoc apud ipſas reſiden-
di onere exempti ſint, quamvis in Urbe, vel in Eccleſiis
Suburbicariis, quæ illis in titulum ſunt aſſignatæ, commo-
rari vellent, quemadmodum expreſsè ſub graviſſimis pœ-
nis cavetur peculiari Conſtitutione piæ mem. Urbani Pa-
pæ VIII. Prædeceſſoris pariter noſtri, cujus tenor eſt, qui
» ſequitur, videlicet „ URBANUS PAPA VIII. ad per-
» petuam rei memoriam. Sancta Synodus Tridentina
» ſub recolendæ mem. Paulo Papa III. Prædeceſſore no-
» ſtro, ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſtaurandam, pro-
» vidè ſtatuit, ut omnes quacumque dignitate, gradu, &
» præeminentia fulgentes, Patriarchalibus, Primatialibus,
» Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis quibuſcum-
» que quovis nomine, & titulo præfecti, apud eas perſo-
» naliter reſidere deberent: aliàs, ſi per ſex menſes con-
» tinuos abeſſent, amiſſionis quartæ partis fructuum unius
» anni pœnam ipſo jure incurrerent: quod ſi per alios ſex
» menſes in abſentia perſeverarent, tunc aliam quartam
» partem fructuum hujuſmodi eo ipſo amitterent: cre-
» ſcente verò contumacia Romanus Pontifex ſuprema ejus
» authoritate in ipſos abſentes animadvertere, & Eccle-
» ſiis ipſis de Paſtoribus utilioribus providere poſſet.
» Deinde ſub fel. record. Pio IV. etiam Prædeceſſore no-
» ſtro, eadem Synodus declaravit omnes eiſdem Patriar-
» chalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedra-
» libus Eccleſiis præfectos, etiamſi S. R. E. Cardinales fo-
» rent, obligari ad perſonalem reſidentiam in ſua Eccleſia,
» vel Diœceſi faciendam; nec abeſſe poſſe, niſi ob legiti-
» mas cauſas in ſcriptis approbandas. Et in eorumdem
» Concilii decretorum executionem idem Pius IV. Præde-
» ceſſor per ſuas ſub plumbo ſub Dat. 7. Kalend. Decembris
» 1564. expeditas litteras monuit eoſdem præfatis Eccleſiis
» præfectos, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ultra pœnas
» in eodem Concilio contentas, ſub privationis eorum à
» regimine, & adminiſtratione ipſarum Eccleſiarum, ac
» amiſſionis facultatum teſtandi, & diſponendi, aliiſque
» pœnis ſuo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis,
» mandavit eiſdem, ut in Eccleſiis præfatis omninò perſo-
» naliter reſidere deberent: Denique certior factus, quod
» multi eorumdem Præfectorum erant inobedientes, Mo-
» tu ſuo proprio commiſit Cameræ Apoſtolicæ Auditori
» generali, ut contra illos uſque ad ſententiam procede-
» ret, & ſibi deinde referret, ad effectum in eos privationis,
» & depoſitionis ſententiam in ſuo Conſiſtorio ſecretò
» pronunciandi. Succeſſivè alii etiam Romani Pontifices
» contra non reſidentes diverſa Edicta publicari fece-
» runt; ac piæ mem. Gregorius XIII. etiam Prædeceſſor
» noſter per ſuum Decretum Conſiſtoriale declaravit de-
» creta ejuſdem Concilii de perſonali reſidentia in Eccle-
» ſiis prædictis facienda etiam in S. R. E. Cardinalibus lo-
» cum habere, quocumque titulo illis præeſſent; itaut à
» reatu, & pœnis in dicto Concilio ſtatutis non excuſa-
» rentur, niſi abſentiæ cauſa in ſcriptis approbata fo-
» ret; ſcientiaque, vel tolerantia non excuſaret eoſdem
» Cardinales, nec alios Epiſcopos. Similis quoque mem.
» Clemens Papa VIII. etiam Prædeceſſor noſter per ſi-
» mile Conſiſtoriale Decretum pro obſervantia reſiden-
» tiæ perſonalis ab eodem Concilio ordinatæ, addidit

pœnam inhabilitatis ad majores dignitates, & Eccle- «
ſias obtinendas; prout in præfatis Concilii, ac litteris «
Apoſtolicis, Conſiſtorialibuſque decretis latiùs conti- «
netur. Cùmque etiam Nos Edicta contra non reſiden- «
tes ſæpiùs publicari fecerimus, & tamen præteritis «
menſibus aliqui, etiam S. R. E. Cardinales, Metropoli- «
tanis, ſeu Cathedralibus Eccleſiis ex conceſſione Apo- «
ſtolica præfecti, ſuæ obligationis ad perſonalem reſi- «
dentiam in eis faciendam immemores, in grave Ani- «
marum ſuarum detrimentum, ac ovium ſibi creditarum «
præjudicium, ab eiſdem Eccleſiis abeſſe continuarent, «
etiam ſub prætextu ſuorum titulorum Cardinalatus, «
præſertim Epiſcopalium, propè Urbem, ſeu in Urbis «
diſtrictu reſpectivè conſiſtentium, & quod in eadem «
Urbe in conſpectu, & præſentia noſtra moram trahe- «
rent: Nos pro noſtro Paſtorali debito, nedum ani- «
marum præfatarum, ſed etiam Eccleſiarum indemnitati «
providere volentes, in Conſiſtorio noſtro ſecreto decla- «
ravimus eoſdem S. R. E. Cardinales, qui aliis Eccleſiis «
Metropolitanis, & Cathedralibus præerant, & apud «
eas non reſederant, nec reſidebant, non feciſſe, «
nec facere illarum fructus ſuos, etiam ſub prætex- «
tu, quod alicui ex dictis Eccleſiis Epiſcopalibus, «
quibus Cardinales in ordine priores præeſſe ſolent, «
præſideant, & ibi, vel in Urbe commorentur, aut «
cujuſvis tolerantiæ, vel facultatis, præterquam per «
Breve ſpeciale noſtrum, vel Romani Pontificis pro «
tempore exiſtentis, ſibi conceſſæ: Ideòque eoſdem «
Cardinales monuimus pro prima vice, ut ad reſiden- «
tiam hujuſmodi ſtatim ſe conferrent, ſub amiſſio- «
nis fructuum eo ipſo incurrenda, & aliis canonicis pœ- «
nis, animo etiam procedendi ad ulteriora, ſi non paruiſ- «
ſent, & prout in Decreto noſtro Conſiſtoriali pleniùs «
habetur. Quia verò abinde citra non omnes, prout te- «
nebantur, noſtra mandata executi ſunt: Nos ut omni- «
nò debitum ſuum agnoſcant, & animabus ſubjectis, «
quantum Nobis ex Alto conceditur, magis conſultum «
ſit, ulteriùs providere volentes, Concilii Tridentini de- «
cretis, & litteris Apoſtolicis, Motuique proprio, ac Con- «
ſiſtorialibus Decretis præfatis inhærentes, illorumque «
tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, pro ple- «
nè inſertis, & expreſſis habentes, Motu ſimili, & ex «
certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque «
Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præfata Concilii de- «
creta, literaſque Apoſtolicas, ac primò dictum Motum «
proprium, Decretaque Conſiſtorialia præfata, & in eis «
contenta quæcumque hac noſtra Conſtitutione perpetua «
confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, «
adverſus quemcumque prætenſum non uſum, vel con- «
trarium uſum, innovamus, & pleniſſimè reſtituimus. «
Inſuperque omnes, & ſingulos, Eccleſiis Patriarchali- «
bus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiſcopali- «
bus, & Epiſcopalibus, quocumque nomine, ſeu titulo «
præfectos, etiam S. R. E. Cardinales, à præfatis ſuis «
Eccleſiis abſentes, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub «
interdicti ingreſſus Eccleſiæ, amiſſioniſque tam fructuum «
earumdem Eccleſiarum pro tempore, quo abſentia du- «
raverit, quàm facultatum teſtandi, & diſponendi de «
bonis ſuis, à Sede Apoſtolica ſibi aliàs conceſſarum, «
eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, necnon «
privationis à regimine, & adminiſtratione ſuarum Ec- «
cleſiarum hujuſmodi, aliiſque pœnis noſtro, & Roma- «
ni Pontificis pro tempore exiſtentis arbitrio infligendis, «
diſtrictè præcipiendo monemus, ut omnibus poſtpoſitis «
quantò citiùs, in Romana Curia videlicet moram tra- «
hentes intra unum, extra eam verò in Italia intra duos, «
extra verò Italiam exiſtentes intra quatuor menſes à die «
publicationis præſentium in locis infraſcriptis faciendæ «
computandos, quos pro tribus canonicis monitionibus, «
peremptoriiſque dilationibus, & terminis reſpectivè eis «
aſſignamus, & aſſignatos eſſe volumus, ſe itineri com- «
mittere, & legitimis itineribus ad Eccleſias, ſeu Diœ- «
ceſes ſuas proficiſci, & ſe perſonaliter conferre, ac ibi- «
dem, ut tenentur, reſidere debeant. Eiſdemque Præfe- «
ctis, poſtquàm perſonaliter ad reſidendum ſe contule- «
rint, necnon quibuſcumque aliis apud ſuas Eccleſias «
quandocumque perſonaliter reſidentibus, ſub eiſdem «
pœnis, etiam eo ipſo reſpectivè incurrendis, injungi- «
mus, ne ab eorum Eccleſiis diſcedant, niſi priùs obtenta «
noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, «
per Breve, ſeu litteras miſſivas, licentia. Illos etiam, «
qui in poſterum per Nos, ſeu Romanos Pontifices ſucceſ- «
» ſores

„ ſores noſtros, alicui præfatarum Eccleſiarum Patriar-
„ chalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepi-
„ ſcopalium, & Epiſcopalium quovis nomine, vel titulo
„ præfecti fuerint, etiamſi S. R. E. Cardinales quandocum-
„ que fuerint, vel ſint, ſub eiſdem pœnis, etiam eo ipſo
„ reſpectivè incurrendis, debeant, & quilibet ipſorum de-
„ beat intra præfatum tempus, à die eorum promotionis
„ ad aliquam Eccleſiarum præfatarum inchoandum, quod
„ eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, ut præfer-
„ tur, ex nunc aſſignamus, pariter ſe itineri committe-
„ re, & ad Eccleſias, ſive Diœceſes ſibi commiſſas, ad
„ perſonaliter in eis reſidendum, conferre; & reſpecti-
„ vè, poſtquàm reſidere incœperint, ab illis non diſcede-
„ re, niſi obtenta priùs à Nobis, & Romano Pontifice
„ pro tempore exiſtente, licentia præfata. A quarum pœ-
„ narum incurſu nolumus poſſe aliquem ſe excuſare præ-
„ textu, & ratione cujuſcumque ſervitii, quomodolibet
„ præſtiti, & præſtandi pro gerendis, & tractandis nego-
„ ciis quorumcumque Principum, etiam Imperatoris; &
„ Regum, aut Rerumpublicarum, Regnorum, ac Pro-
„ vinciarum; nec ratione cujuslibet juſſionis, vel man-
„ dati eorum, vel earum, quandocumque facti, vel fa-
„ ciendi; nec etiam ratione proſecutionis, ſeu defenſio-
„ nis quarumcumque litium, ſeu controverſiarum etiam
„ Eccleſiaſticarum; vel ineundi fœderis, aut cujuſcum-
„ que alterius negotii, etiam graviſſimi, & ſpeciali men-
„ tione digni, tractandi; vel diſtantiæ locorum, aut bre-
„ vitatis temporis, ob quam non videatur expectanda Se-
„ dis Apoſtolicæ licentia præfata, antequam à ſuis Eccle-
„ ſiis, & Diœceſibus diſcedant; aut ratione cujuſcumque
„ alterius cauſæ, vel occaſionis, etiam publicæ, vel aliàs
„ favorabilis, & æquè piæ, etiam cujuslibet utilitatis, ſi-
„ ve neceſſitatis Eccleſiarum, & perſonarum: præterquam
„ perſonalis intereſſentiæ in Synodis provincialibus, vel
„ Congregationibus, ſeu Aſſembleis generalibus, in qui-
„ bus Eccleſiaſtici intervenire ſolent, vel ratione mune-
„ ris, aut Reipublicæ Officii, Epiſcopatibus, vel Eccleſiis
„ majoribus præfatis adjuncti, cujus ratione ad certum
„ tempus occupari ſolent: & tunc pro tempore, quo illæ
„ Synodus, Congregationes, & Aſſembleæ, exercitium-
„ que muneris, ſeu Officii publici, ipſis Eccleſiis adjun-
„ cti, actu duraverint, quibus finitis, recto tramite ad
„ Eccleſias præfatas ſibi commiſſas ſe conferre debeant.
„ Nec etiam à prædicta reſidentia, & pœnarum præfata-
„ rum incurſu volumus excuſari S. R. E. Cardinales nunc,
„ & pro tempore exiſtentes alicui præfatarum Eccleſia-
„ rum præfectos, ſeu præficiendos, etiamſi, tamquam in
„ ordine priores, aliquem ex dictis titulis Epiſcopalibus
„ propè Urbem, vel in ejus diſtrictu conſiſtentibus obti-
„ neant, & in poſterum obtinuerint, & in prædictis
„ Epiſcopatibus titularibus Urbi proximis reſederint, vel
„ in Romana Curia in ſuis titulis reſpectivè, etiam
„ Nobis, ac Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris,
„ ſcientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus,
„ moram traxerint; itaut nulla noſtra, ac Romanorum
„ Pontificum ſucceſſorum Noſtrorum connivencia, taci-
„ turnitate, & ad quarumcumque functionum, & actuum
„ Pontificalium, etiam publicorum, & ſolemnium cele-
„ brationem, receptione, & admiſſione, umquam tueri
„ ſe poſſint. Et pro præmiſſorum, & infraſcriptorum in-
„ violabili obſervatione committimus, & mandamus di-
„ lecto filio Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori nunc,
„ & pro tempore exiſtenti, quatenùs contra omnes,
„ & ſingulos prædictos, tam in Urbe, quàm alibi, &
„ ubique locorum, nunc, & pro tempore commoran-
„ tes, & in ſuis Eccleſiis, ſeu Diœceſibus non reſiden-
„ tes, per affixionem ad valvas Baſilicæ Sancti Petri,
„ ac in Acie Campi Floræ, & quoad præſentes in Roma-
„ na Curia ad abundantiorem cautelam, etiam domi di-
„ miſſa copia, procedat: Et conſtito ſibi, quantum ſuffi-
„ cere videbitur, ſummariè, ſimpliciter, & deplano, ſo-
„ la veritate inſpecta, & manu Regia, de contraventio-
„ ne, & inobedientia præfatis, uſque ad ſententiam ex-
„ cluſivè procedat; & deinde Nobis, & Romano Ponti-
„ fici pro tempore exiſtenti, referat, ut Nos, ac Roma-
„ nus Pontifex pro tempore exiſtens, in Conſiſtorio ad
„ ſententiam declarationis incurſus pœnarum, ac reſpe-
„ ctivè privationis, ſeu depoſitionis, aliarumque puni-
„ tionum præfatorum inobedientium, valeamus, & ipſe
„ Pontifex Romanus pro tempore exiſtens valeat procede-
„ re. Volumus tamen Epiſcopos, Archiepiſcopos, Metro-
„ politanos, Primates, & Patriarchas etiam S. R. E. Car-

dinales citrà Montes, vel Mare exiſtentes per quatuor, “
alios verò ultrà Montes, vel Mare degentes per ſeptem “
menſes continuos à reſidentia in præfatis Eccleſiis facien- “
da, ad effectum viſitandi Limina SS. Apoſtolorum Pe- “
tri & Pauli juxta Sacros Canones, ac Apoſtolicas Con- “
ſtitutiones, pro qualibet viſitatione excuſari: ita tamen, “
ut tunc illis durantibus viſitationis hujuſmodi munus “
explere teneantur, nec ad alios actus ſe divertant. Car- “
dinalibus verò nunc, & pro tempore exiſtentibus, qui “
in caſu vacationis Sedis Apoſtolicæ ad electionem Ro- “
mani Pontificis faciendam accedere ſolent ad locum “
Conclavis ad hoc deſignari, concedimus licentiam di- “
ſcedendi ab Eccleſiis præfatis ſibi commiſſis, habita ta- “
men priùs certa notitia vacationis ipſius Sedis Apoſtoli- “
cæ, & extra reſidentiam in loco, in quo electionem “
hujuſmodi celebrari continget, commorandi, & perma- “
nendi uſque ad peractam electionem, ac etiam poſteà “
per duos menſes, poſtquàm Romanus Pontifex Coro- “
nationis ſuæ inſignia ſuſceperit: quo tempore elapſo “
præfati Cardinales, niſi illicò, ut præfertur, ad Eccle- “
ſias præfatas, quibus præſidere eos contigerit, ſe con- “
tulerint, ſubjaceant pœnis ſupradictis. Præſentes quo- “
que litteras &c. Sicque, & non aliter in præmiſſis &c. “
Non obſtantibus præmiſſis &c. Volumus etiam, quod “
ii, qui duabus, vel pluribus Eccleſiis præfatis ex earum “
unione, vel aliàs ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apo- “
ſtolica, quocumque nomine, vel titulo præfecti ſunt, “
vel pro tempore erunt, à reſidentia, & pœnis hujuſmo- “
di excuſentur, dummodò in earum altera, in qua de “
jure reſidere debent, verè, & perſonaliter reſideant, ex- “
ceptis tamen, ut præfertur, Eccleſiis Epiſcopalibus Ur- “
bi proximis, quibus Cardinales in ordine priores præeſſe “
ſolent: reſidentia enim, ſi quæ apud præfatas Eccleſias “
titulorum Cardinalium fieret, aliquam excuſationem eiſ- “
dem Cardinalibus, ut præfertur, non præſtaret, quomi- “
nùs ipſi in alia, vel aliis Eccleſiis præfatis, quibus eos “
etiam pro tempore præfici contigerit, reſidere omninò “
teneantur. Quodque, ut præſentes &c. Datum Romæ “
apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 12. De- “
cembris milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto Ponti- “
ficatus noſtri anno 12. “ Tum etiam, quia ſi juxta Pauli-
nam Conſtitutionem à Decanatu non repellitur Epiſcopus
Cardinalis antiquior ex cauſa publica abſens, & extra Cu-
riam per Romanum Pontificem deſtinatus: ob eamdem
quoque rationem repelli non debere videtur Epiſcopus
Cardinalis antiquior, qui apud priorem Eccleſiam reſi-
det: Is enim verè à Romana Curia abeſſe dicitur ex cauſa
publica, publicam ſcilicet particularis Eccleſiæ, cui præeſt,
utilitatem, in qua publicum quoque univerſalis Eccleſiæ
commodum continetur, reſpiciente. Prætereà negari non
poteſt, quin ipſe extra Curiam per Romanum Pontificem
fuerit deſtinatus, dum idem Romanus Pontifex non mo-
dò illi prioris Eccleſiæ regimen deſtinavit, ſed etiam,
ut commiſſam ſibi Paſtoralis ſollicitudinis partem cumu-
latiùs expleret, eum ad jugiter reſidendum apud Eccle-
ſiam ſibi deſtinatam, ſub graviſſimis in præinſerta potiſſi-
mùm Urbani Prædeceſſoris Conſtitutione ſancitis pœnis
compulit, & obſtrinxit. Accedit præmiſſis, quod ab ejuſ-
modi excluſione Epiſcoporum Cardinalium antiquiorum
extra Romanam Curiam in prioribus Eccleſiis reſiden-
tium maximum illud promanat abſurdum, quod alienæ
mortis deteſtabile votum ingeritur: nam, ſicut accepi-
mus, & Nobis etiam ipſis eveniſſe non diffitemur, ſta-
tim ac Cardinalis Sacri Collegii Decanus gravi, & peri-
culoſo morbo laborat, illicò Epiſcopus Cardinalis anti-
quior abſens, qui ipſi in Decanatu ſucceſſurus eſt, ami-
corum litteris ad Urbem quantociùs repetendam incita-
tur, ut tempore obitus ejuſdem Cardinalis Decani in
Romana Curia præſens ſit, adeòque ad eum ex Pauli-
næ Conſtitutionis præſcripto Decanatus deferatur: Un-
de non ſine gravi bonorum offenſione, & Eccleſiaſticæ
diſciplinæ detrimento, in Urbe conſpicitur Epiſcopus Car-
dinalis antiquior, in Decanatu proximè ſucceſſurus, qui
Cardinalis Decani ægrotantis mortem expectat, ut ad ip-
ſum Dignitas vacatura deveniat: contra ſalubrrimum La-
teranenſis Concilii monitum relatum in cap. 2. de con-
ceſſione Præbendæ, cujus verba ſunt “ Ne deſiderare “
quis mortem proximi videatur, in cujus locum, & Be- “
neficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cùm enim in ip- “
ſis etiam legibus Gentilium inveniatur inhibitum, tur- “
pe eſt, & divini plenum animadverſione judicii, ſi lo- “
cum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio ha- “
„ beat,

„ beat ; quam ipſi etiam Gentiles condemnare cura-
„ runt.

§. V. Nos itaque, qui deindè prædictum Sacri Collegii Cardinalium Decanatum abſque ulla contentione obtinuimus ob illius vacationem retroactis menſibus ſecutam per obitum memorati Cardinalis Tanarii Decani, dum in Romana Curia præſentes eſſemus, & in Conclavi, ubi, Divina ſic diſponente Clementia, ad ſummi Apoſtolatus faſtigium evecti fuimus, reperiremur: præmiſſis omnibus, quantum cum Domino poſſumus, occurrere, & obviare, ac aliàs deſuper opportunè providere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præfatis, aliiſque juſtis, & rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus adducti, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſancimus, atque decernimus, quod Epiſcopus Cardinalis antiquior, qui unà cum aliqua ex Cathedralibus Suburbicariis præfatis in Titulum Cardinalibus antiquioribus aſſignari ſolitis aliam retinebit Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam in adminiſtrationem, dummodò tamen apud ipſam ſecundò dictam Eccleſiam perſonaliter reſideat tempore vacationis Decanatus ejuſdem Sacri Collegii, de cætero ad ipſum Decanatum admitti debeat, & admittatur, perindè ac ſi occurrente illius vacatione in Romana Curia præſens fuiſſet, itaut abſentia ab Urbe ad præmiſſum effectum ei nullatenus obeſſe poſſit: Quin etiam volumus, & declaramus ipſum Decanatum ad prædictum Epiſcopum Cardinalem antiquiorem abſentem, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, actu reſidentem ipſo jure devenire debere eo prorſus modo, quo in Paulina Conſtitutione ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ea cauſa publica abſentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum devenire debere decernitur, ita quod inter eos nullum ampliùs diſcrimen, ſeu differentia conſtituatur; ac ita perpetuis futuris temporibus ſervari præcipimus, & mandamus.

§. VI. Præterea expedire cenſentes, ut è medio tollatur, ac penitùs extinguatur alia pariter controverſia aliàs, ſicut præmittitur, excitata, & non definita, utrùm ſcilicet in aſſecutione ſæpè memorati Decanatus Cardinalis antiquior in Epiſcopatu Suburbicario, & junior in Cardinalatu, præferendus ſit Cardinali juniori in Epiſcopatu, ſed antiquiori in Cardinalatu, vel è contra: Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, prælationem deberi Cardinali antiquiori in Epiſcopatu, licèt ſit junior in Cardinalatu, decernimus, & declaramus, ac ita deinceps in occurrentibus Decanatus vacationibus perpetuò ſervari volumus, & mandamus.

§. VII. Quoniam verò ab antiquo tempore, ac præſertim ab edita Paulina Conſtitutione uſque ad præſentem diem, Cardinalis Sacri Collegii Decanus Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum invicem perpetuò canonicè unitarum Epiſcopatum ſemper obtinuit, adeòque ſive ea præſumpta earum cum Decanatu unione, ſive alio titulo, ſpeciale jus id ipſum fovere videtur, in quo mentis, ac intentionis noſtræ non eſt, ut eidem Cardinali Decano præjudicium aliquod inferatur: contingere autem facilè poteſt, quod Epiſcopus Cardinalis antiquior à Romana Curia abſens, & apud ſuam priorem Eccleſiam reſidens, ad quem Decanatus ex præmiſſis in poſterum deveniet, ad Urbem celeriter accedere, & primo Conſiſtorio, in quo memoratum Oſtienſem, & Veliternenſem Epiſcopatum optare deberet, præſens intereſſe nequeat: Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, optionem prædictarum Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum Cardinali, qui pro tempore fuerit ejuſdem Sacri Collegii Decanus, ſpecialiter reſervamus, ac reſervatam eſſe volumus, & declaramus, itaut earumdem Eccleſiarum Epiſcopatum nemo alius optare umquam poſſit, ſed ad Cardinalem Decanum prædictum privativè quoad alios quoſcumque perpetuis futuris temporibus ejuſmodi optio pertineat, ac pertinere debeat. Volumus tamen, atque decernimus, quòd idem Epiſcopus Cardinalis antiquior à Curia abſens, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, reſidens, poſtquàm ad eum Sacri Collegii Decanatus devenerit, quantocitiùs poterit, ad Urbem ſe conferre, Summoque Pontifici in Conſiſtorio, ut moris eſt, pro optione earumdem Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum ſupplicare teneatur. Quod ſi notoria ægritudine fuerit impeditus, vel ob aliam juſtam, & gravem cauſam à Romano Pontifice pro tempore exiſtente probandam ad Urbem venire nequiverit: Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, eidem Cardinali Decano, ut in prænarratis caſibus per ſuum legitimum Procuratorem antedictas Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias optare, & vigore optionis hujuſmodi eas aſſequi liberè, & licitè poſſit, & valeat, non ſecùs, ac ſi ipſe præſens perſonaliter illas optaſſet, licentiam, & facultatem in Domino concedimus, & impertimur.

§. VIII. Decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod ſupradicti, & alii quicumque in præmiſſis jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ac auditi, & cauſæ, propter quas præſentes emanarunt, verificatæ, ſeu aliàs ſufficienter, aut etiam in aliquo juſtificatæ non fuerint, ſeu aliis quibuſvis de cauſis, quantumvis urgentibus, ullo unquam tempore à quoquam de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quolibet, quantumvis magno, formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, retardari, invalidari, aut ex quovis quæſito prætextu, vel colore, in controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut quempiam impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, uti nullatenus poſſe; nec ſub quibuslibet ſimilium, vel diſſimilium Conſtitutionum, ſive diſpoſitionum, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, aut aliàs quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores, & ſucceſſores Noſtros, ac etiam per Nos factarum, & faciendarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi: ſed eaſdem præſentes literas ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, nec non prædictis S. R. E. Cardinalibus à Romana Curia abſentibus, & apud ſuas priores Eccleſias, ut præfertur, actu reſidentibus pleniſſimè ſuffragari: ab omnibus verò aliis, ad quos ſpectant, & pro tempore quandocumque ſpectabunt, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari debere; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon quaſcumque eorumdem Cardinalium Congregationes, & quoſvis alios qualibet authoritate, præeminentia, & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere: Irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. IX. Non obſtantibus præinſerta Conſtitutione Pauli Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, & præinſerto ſimiliter Conſilio ſeu Voto Congregationis ſeptem Præſulum à fel. record. Clemente XI. Prædeceſſore etiam Noſtro deputatorum, ab eo, ut præfertur, ſpecialiter approbato, necnon Decretis Conſiſtorialibus ſim. mem. Pauli III. & S. Pii V. Romanorum Pontificum pariter Prædeceſſorum Noſtrorum, & Conſtitutione ſim. mem. Innocentii Papæ X. Prædeceſſoris itidem Noſtri ſuper reſidentia ejuſdem S. R. E. Cardinalium apud Sedem Apoſtolicam, & quibuſvis Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, & ſignanter illa de jure quæſito non tollendo, & alia, quod Cardinales in Conſtitutionibus, & Regulis per Nos edendis non comprehendantur, niſi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel de ipſorum, ſeu majoris partis eorum conſilio editæ fuerint, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Conciliaribus, & aliis Decretis Conſiſtorialibus quibuſcumque, necnon dicti Sac. Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis Decretis, Statutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſcumque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiſcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorum-

que totis temporibus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generalea idem importantes, mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficienter, ac exactiſſimè expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè, ac pleniſſimè, & ampliſſimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. X. Volumus autem, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud, habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. XI. Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum voluntatis, declarationis, extenſionis, reformationis, moderationis, conceſſionis, præcepti, ſanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto VII. Idus Septembris Pontificatus noſtri anno primo.

P. M. Card. Prodatarius,

F. Card. Oliverius.

Viſa de Curia J. C. Archiepiſcopus Amaſenus.

Loco † Plumbi.

P. Piccionus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D. N. J. C. milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, Indictione ſecunda, die verò 16. Septembris, Pontificatus SS. D. N. D. BENEDICTI Divina providentia Papæ XIII. anno primo, ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Lateranenſis, Vaticanæ, & Liberianæ, Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis dimiſſis copiis, ut moris eſt, per me Jacobum Vaſellium SS. D. N. Papæ curſorem.

Joannes del Rè Mag. Curſ.

E C

1 ECcleſia nullum majus tolerat præjudicium, quàm à Sacerdotibus, quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla pravitatis cernit, & quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus, *D. Greg.* relatus *à Clemente XI. in epiſt. ad Brev. ſelect. tom. 1. fol. 299.*

2 Eccleſia oppreſſione malorum creſcit, *Petr. Cellenſ. lib. 5. epiſt. 4.*

3 Eccleſia in Parietibus fulget, & in Pauperibus eget, ſuos lapides induit auro, & ſuos filios nudos deſerit; de ſumptibus egenorum ſervitur oculis divitum; inveniunt curioſi quo delectentur, & non inveniunt miſeri quo ſuſtententur, *S. Bernard. de Vit. moral. & offic. Præfect. cap. 11.*

4 Eccleſia S. Salvatoris in Lauro vocatur talis da un Arbore, che ivi vicino ſtava; Reliquia di un antico Boſchetto, che fino à queſto luogo ſi ſtendeva, *Alvar. Rom. in ogni ſtat. tom. 2. fol. 96.*

5 Eccleſiæ extra Urbem ſe conformare debent in functionibus Eccleſiaſticis cum ſolito ejuſdem Urbis, *Diana coordin. tom. 7. tract. 1. de dub. regul. reſol. 39. num. 6. tom. 1. par. 2. diſcept. 23. num. 39.*

6 Eccleſiæ ad creditorum inſtantiam ſubhaſtari judicialiter non poſſunt pro debitis, *Romana ſubhaſtationis 21. Martii 1719. in Signatura Gratiæ*, de qua *in tom. 2. par. 2. diſcept. 25. & tom. 3. par. 2. pariter diſcept. 25.*

7 Eccleſiaſtica bona uſque ad quam ſummam alienari poſſint ſine Apoſtolico Beneplacito, *Cong. Epiſc. in Tropeen. Cenſurarum 9. Januarii 1692.* de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept. 36.*

8 Eccleſiaſticæ valdè eſt moderationi conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel deciſa, nulla impoſterum debeant refragatione turbari, *S. Gregor. lib. 7. epiſt. 61. indiction. 2.*

9 Eccleſiaſtici, quando, & quomodo in ſtatu Eccleſiaſtico collectari poſſint, *Cong. Boni Regiminis in Narnien. Collectarum 2. Martii 1718. Ponente de Abbatibus*, de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept. 28.*

10 Eccleſiaſticis, quando, & quomodo licitum ſit aperire Furnum pro vendendo Pane ex frumento, recollecto in propriis bonis, *Congr. Part. in Faventina 20. Martii 1695.* de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept. 27.*

11 Eccleſiaſticis Perſonis permittendum non eſt adſcititium capillitium, *Congr. Conc. in Melphicten. 8. Auguſti 1722.* de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 20.* Et in Edicto Sanctiſs. D. N. Benedicti XIII. ſub die 20. Decembris 1724.

Inter Eccleſiaſticos decent pax, & concordia, *Rot. deci 305. num. 1. par. 18. rec.*

12 Edere: Poſt piſces nuces, poſt carnes caſeum manduces: Caſeus eſt ſanus, quem dat avara manus.

13 Educandæ dimitti debent à Monaſterio poſtquam contraxerunt ſponſalia, *Congr. Epiſc. in Placentina 13. Januarii 1634. apud Nicol. in Floſcul. verb. Sponſalia num. 14. verſic. Imo Ordinarius.*

14 Educandarum ingenia acui magis ſolent in Monaſteriis, *Card. de Luca de Dot. diſc. 78. ſub n. 11.*

15 Egreſſus rarus in publicum, idque revelata parte oris, ne ſatiaret aſpectu, *Tacit. lib. 3. Annal. de Poppæa.*

16 Electio facta cum interventu Laicorum, quando ſit valida, *Cong. Epiſc. in Quiaen. 24. Aprilis, & 21. Auguſti 1693.* de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 13.*

17 Electio an ſit valida, diſcedente Præſidente à loco electionis, & non expectata ultima hora diei intimatæ electionis, *Congr. Epiſc. in Leyrien. 2. Octobris 1693. Ponente Card. de Laurea*, de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 14.*

18 Electio nulla, quibus concurrentibus ſanari ſoleat, *Cong. Epiſcop. in Portugallien. Electionum 24. Aprilis 1694. Ponente Card. Carpineo*, de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 15.*

19 Electio Superioris Religioſorum quando ſit nulla ob non ad implementum Conſtitutionis Innocentii XII. circa Miſſarum celebrationem. Vide *tom. 2. par. 2. diſcept. 29.*

20 Electio tutior ſuffragiis, quàm ſorte, & urna, *Tacit. lib. 20.*

21 Electionem confirmare quando quis poteſt, & non vult, an teneatur exprimere cauſas Superiori pro non confirmatione, *Congr. Epiſc. in Uvallobelgica Electionis 15. Septembris 1703. Ponente Card. Caſino*, de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept. 26.*

22 Electores Imperii: Magna Moguntia, craſſa Colonia, Treveris alma,

Atque Palatinus Dapifer, Dux portitor Enſis, Marchio Præpoſitus Cameræ, Pincerna Bohemus, Romanum Regem ſtatuendi dant ſibi Legem.

23 Eleemoſyna: Noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini, *Tob. 4. 7.*

24 Eleemoſynam diſtribuendam in die alicujus Sancti, puta S. Dominici, ſi relinquat Teſtator, ejus hæres primo dumtaxat anno illam diſtribuere tenetur, non autem annis ſequentibus, *Gonzal. ad Regul. Cancell. 11. n. 84.*

25 Eleemoſyna: Alii dividunt propria, & ditiores fiunt, alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt, *Proverb. 11. 24.*

26 Eleemoſyna triplex eſt, bona quæ fit à Clericis de Eccleſiæ redditibus: melior, quæ fit ab eiſdem de bonis propriis; optima quæ fit de his, quæ acquiruntur proprio labore, *Monacell. in formul. tom. 2. titul. 16. formul. 5. num. 1.*

27 Eleemoſynarum diſtributio an ſpectet ad Epiſcopum, privativè, vel cum conſenſu ſui Capituli, *Cong. Epiſcop. in Januen. Diſtributionis Eleemoſynarum 5. Martii 1722. Ponente Card. Corſino*, de qua *in tom. 4. p. 1. diſcept. 9.*

28 Eleemoſynarum diſtributor quando poſſit alias ſibi, vel ſuis pauperibus conſanguineis appropriare, *Neapolitana anni 1686.* de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept. 4.*

29 Eloquentem ego tunc eſſe ſtatuerim, qui id, quod animo concipit, perſpicua oratione demonſtrare poteſt, non qui doctiſſimis, & ſublimibus verbis, etiam quæ clara, & dilucida ſunt, obſcurat, *S. Iſidor. Peluſiot. epiſt. 45.* ſequutus *à Zambell. in epiſt. ad lect. jur. crim.*

30 Emendari, quàm peccare, poſterius eſt, *Tacit. lib. 15. Annal.*

31 Emendatio: Ipſa Concilia ſæpè priora poſterioribus emendari, cùm aliquo experimento rerum aperitur quod

clau-

clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, *D. Auguſt. de Baptiſm. lib.2. cap.3.*

32 Emitur caro, quod precibus impetratur.

Emptor: Malum eſt, malum eſt, dicit omnis.

Emptor, & cùm receſſerit, tunc gloriabitur, *Proverb.* 20. 14.

33 Epiſcopatus plures quare in Germania conferri ſoleant uni Perſonæ, *Cong. Conſiſtor. in Conſtant. Coadjutoria* 16. *Septembris* 1722. de qua *in tom.5. p.1. diſcep.6.*

34 Epiſcopus adminiſtrator, vel Titularis. Vide *Canonici Cathedralis.*

35 Epiſcopatus novi erectioni, qoibus concurrentibus locus ſit, *Congr. Conſiſtor. in Tullen. Erectionis Epiſcopatus* 28. *Martii* 1719. de qua *in tom. 3. p.1. diſcept.* 35.

36 Epiſcopus non aliter diſpenſare poteſt ſuper impedimentis dirimentibus matrimoniom, quàm ſi talis urgeat neceſſitas, ut nullo alio modo, inviolato Confeſſionis ſecreto, occurri poſſit, & quando impedimentum omniò occultum eſt, & Contrahentes nullis ſuaſionibus induci poſſunt ad captandam ſub aliquo prætextu dilationem, *Congr. Conc. in Vicentina Diſpenſationis* 10. *Decembris* 1672. *lib.* 52. *Decr. fol.*488.

37 Epiſcopus Titularis, Adminiſtrator alterius Eccleſiæ, quas functiones in illa facere poſſit, & quo modo ei teneantur aſſiſtere Canonici Cathedralis, *Cong. Rit. in Sarſinaten. Functionum Epiſcopalium* 22. *Auguſti* 1722. *Ponente Card. Paulutio*, de qua *in tom.5. p.1. diſcept.*2.

38 Epiſcopus, cui datus eſt Coadjutor, poteſt eſſe Coadjutor alterius, *Congr. Conſiſt. in Conſtantien. Coadjutoria* 16. *Septembris* 1722. de qua in *tom.5. p.1. diſcept.*6.

39 Epiſcopus quando procedere poſſit contra Canonicos, cum, vel ſine Adjunctis, *Cong. Conc. in Januen. Juriſdictionis* 4. *Julii* 1722.

40 Epiſcopus revidere poteſt computa Adminiſtratoribus piorum locorum, etiam quoad temporalia, ad quem effectum poteſt etiam demandare aſportationem Librorum io Sedibus Epiſcopalibus, *Cong. Epiſcop. in Narnien.* 29. *Januarii* 1701. 13. *Julii* 1715. & 28. *Martii* 1716. de qua *in tom.5. p.2. diſcept.*29.

41 Epiſcopus io Viſitatione Diœceſis non tenetur ex neceſſitate aſſumere duos Canonicos ſuæ Cathedralis, *Bonon. Viſitationis*, de qua *in tom. 5 p. 2. diſcept.* 27.

42 Epiſcopus quibus concurrentibus eximi poſſit à juriſdictione ſui Metropolitani, *Congr. Conc. in Moguntina, ſeu Herbipolen.* 29. *Novembris* 1698. de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept.* 9.

43 Epiſcopus quomodo teneatur reſidere io duabus Diœceſibus unitis, pro quibus an teneatur duos Vicarios Generales deputare, *Congr. Conc. in Geruntinen. ſeu Cariaten.* 12. *Febr.* 1724.

44 Epiſcopus Græcè idem ſonat, ac Superintendens, *can. Legimus diſtin.* 93.

45 Epiſcopus: In omni diſcordia ferè ſemper tota Epiſcopi culpa eſt, quod culpas redarguerit Clericorum, *S. Bern. epiſt.* 52.

46 Epiſcopus an poſſit cogi à Superiore ad ordinandum, vel concedeodas Dimiſſorias, vide *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 21. *de Reformat. cap. 2. n.55. Monacell. in Formular. tom. 2. fol. 76. num. 45. & Coccin. dec.* 1150. vide *Piton. diſcept.* 21. *num.* 23. ubi probat poſſe cogi, & teneri rationem reddere Superioribus, quare recuſaverit aliquem ſacris Ordinibus inſignire.

47 Epiſcopus omnium linguis expoſitus eſt, omnium judiciis objectus, & ſapientium atque inſipientium curis perpetuis obtunditur, *S. Joan. Chriſoſt. hom. 3. ſuper Act. Apoſt. poſt med. tom. 3. fol. 364. lit. A.*

48 Epiſcopo abſente, vel impedito, ſolemnes functiones, ab ipſo faciendæ, à quo ſuppleri debeant, *Cong. Rit. Cremen. Functionum* 4. *Maji* 1709. *Ponente Card. de Abdua*, de qua *in tom. 2. p. 2. diſcept.* 2. io qua multæ aliæ referuntur ſimiles reſolutiooes.

49 Epiſcopo debetur Cathedraticum, Quarta decimarum, & Quarta funeralium, *Cong. Conc. in Anglonen.* 30. *Januarii* 1723. de qua *in tom. 5. p. 1. diſcept.* 14.

50 In Epiſcopo verificari non poteſt præclarior famæ titulus, quàm ſi viriliter tueatur ſtatum Eccleſiaſticæ libertatis, *Petr. Bleſenſ. epiſt. 20. ad Criſpin.*

51 Epiſcopi quam habeant juriſdictionem in Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ, *Cong. Epiſc. in Pennen. Juriſdictionis* 8. *Aprilis* 1712. *Ponente Card. Sperello*, de qua *in tom. 3. p. 2. diſcept.* 14.

52 Epiſcopi noſtri temporis ædificant parietes, & ſubtrahunt columnas, *Fagnan. in cap. Quod ſuper in fin. de Major. & obed.*

Urſaya Miſcellaneum.

53 Epiſcoporum injuria ad Chriſtum pertinet, quorum legatione funguntur, *can. Accuſatio quoque 2. quæſt. 7. Monacell. in Formul. tit. 3. form. 6. n. 21. tom. 3.*

54 Epiſcoporum privilegium eſt, ut ſine juramento deponant, eiſque credatur, *Card. de Laur. in 3. Sent. tom. 4. diſp. 20. art. 25. n.* 1183.

55 Epiſcoporum Provinciale. Vide Provinciale.

56 Epiſcoporum abuſus, quos faciunt prætextu ſuæ juriſdictionis, quam habent ſuper ſuos Subditos, in paucis membranis deſcribi non valerent, ſed oototii ſunt toti Orbi, *Bald. in Tract. de Empt. n. 22. & 24.*

57 Epiſcoporum Spolia in Regno Neapolitano. Vide Spolia.

58 ab Epiſcopis imponi debent pœnæ proportionatæ delictis, aliàs moderari ſolent à Sac. Congregationibus, ut practicavit *Congr. Epiſc. in Callien. Synodi* 20. *Januarii* 1719. de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept. 16. à num.* 65. & quotidiè practicari ſolet in ſimilibus terminis ab omnibus ſacris Congregationibus.

59 Epiſtola: Numquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis epiſtolis ad Vos, aut ex Nobis? *S. Paul. 2. ad Corinth.* 3. 3.

60 Epiſtolæ ſine nomine: Li Calunniatori mandaodo Lettere cieche, ſpeſſo le ſottoſcrivono col nome di tutto il Popolo, *Pallav. Iſtor. del Conc. l. 5. c. 4. n.* 27.

61 Epiſtolæ amatoriæ ſine die & ſubſcriptione mitti ſolent per fidos Miniſtros, non autem per Tabellarios, *Buratt. dec. 143. n. 24. & ſeqq. & dec. 192. n.* 9.

62 Epiſtolæ non probant ſcientiam contra eum, cui directæ ſunt, ſi non conſtat, ad ejus manus perveniſſ., *Rota coram Priol. deciſ. 335. n. 19. & in . . . . matrimonii . . . .* 1629. *coram Pirovano.*

63 Epiſtolarum portus expenſæ refici debent Defenſoribus, *Rota in Toletana Adminiſtrationis* 15. *Februarii* 1700. §. *Huic prima, & ſeqq. coram Pio.*

64 Equitare neſciens, numquam cadit ab Equo, ſi ad Arcionem ſe teneat? *Cevall. Opinion. Commun. contra commun. in Præfaction. n.* 65.

65 Equites Militiarum S. Stephani, & ſimiles, an, & ad quem effectum reputentur Perſonæ eccleſiaſticæ, vide *Rotam in Bononien. Exemptionis* 6. *Junii* 1708. *coram Cardin. Falconerio*, ubi latè.

66 Equiti Hieroſolymitano quibus concurrentibus concedi ſoleat diſpenſatio ducendi uxorem, *Pariſien. Diſpenſationis*, de qua *in tom. 4. p. 2. diſcept.* 5.

67 Equus, malè pabulatus, malè vadit, *Gloſſ. in leg. Animalia verb. Apparitores Cod. de Curſ. pub. l.* 12.

68 Equorum curſus, certamina, & ludrica ſpectacula diebus feſtivis prohiberi poſſunt ab Epiſcopis, *Cong. Epiſc. in Narnien. 15. Julii* 1712. de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept.* 36.

69 Eraſmus: Quæritur unde Tibi ſit nomen Eraſmus? Eras Mus:

Si ſum Mus ego, Te judice, ſummus ero.

70 Eremita, qui priùs cepit eleemoſynam petere verbis illis: *Fate ben per Voi:* poſtea duxit uxorem, referente *Riccinll. Variar. Lucubrat. lib. 3. titul. de Eremit. cap. 5. in fin.*

71 Jano Nicio Erithreo in Pinacotheca parum credendum, facilè namque in omnes invehitur, omoiumque ferè famam, poſt nonnullas laudes, vehementer lædere ſtuduit, *Mandoſ. in Vit. Andr. Bacc. Medic. Sixti V. fol.* 21.

72 Errare quiſquam non videtur, cùm aliquid neſcire ſe ſcit, ſed cùm putat ſcire, quod neſcit, *Sanct. Auguſtin. epiſt.* 80.

73 Errantium multitudo non parit errori patrocinium.

74 Errare cujuſvis hominis eſt, nullius, niſi inſipientis, perſeverare in errore, *Cicer. l. 12. Philipp.* 5.

75 Erratum non eſt, ſed ratum, quod apud multos unum invenitur, *Tertull. contra Hereſ. c.* 28.

76 Erratum ſi ſemel fuerit, non eſt, quod impoſterum ſarciri poſſit, *Joann. Langlo in Ot. ſemeſtr. l. 8. pag.* 558.

77 Error, cui non reſiſtitur, approbatur, *can. Error. diſt.* 83.

78 Error alienus cautum debet reddere, non ſequacem, *Caſſiod. var. l. 7. epiſt. 2. circa med.*

79 Error: Multorum hominum hoc vitium eſt, ut errores quos ipſi in ſcriptis ſuis deteaerint, palam fateantur, & ultro emendent; notatos ab alio, & objectos, pertinaciter defendant, *Germon. de Veter. Rer. Francor. Diplom. c. 2. fol.* 251.

80 Error: Credo, te magis errore, quàm malitia, inciDiſſe,

Digitized by Google

leg. penult. in fin. Cod. de His, qui ſibi adſcrib. in Teſtam. ſequuta *à Rota in Romana* 1. *Junii* 1699. §. *Abſque coram Card. Priolo.*

81 Error: Incidere in falſæ opinionis errorem priuſquàm cognoſcas, imperiti animi eſt, & ſimplicis, perſeverare autem in eo, poſtquam cognoveris, contumacia, *Salvian.* relatus *à Petr. Paul. Strigopht in epiſt. grav. fol.* 305. *num.* 159.

82 Errores: Solo quelli falli ſono propriamente capaci di perdonanza, li quali naſcono da elezione di volontà, non quelli che provengono da difetto di ſufficienza, *P. Segn. nella Pred.* 38. *n.* 7.

83 Erubeſcere qui nequeunt, ſaltem ſe contineant per timorem, *Caſſiod. Var. epiſt.* 6. *l.* 12.

84 Eſurire unus non debet, & alter ebrius eſſe, *Rota in Aſculana Dotis* 22. *Februarii* 1704. §. *Quod verò coram Anſald.*

85 Evangelio non credere, magna inſania eſt; ſed longè major inſania reputatur, ſi de veritate Evangelii non dubitans, viveret tamen, quaſi de ejus falſitate non dubitaret, *Joannes Picus Mirand. l.* 1. *epiſt.* 1.

86 Euchariſtiæ Sanctiſſimum Sacramentum regulariter aſſervandum eſt in Altare majori, *Pignatell. Conſult.* 31. *tom.* 4. Miniſtrari non poteſt in Miſſa Defunctorum, *Cong. Rituum* 16. *Aprilis* 1701. *in una Montis Coronæ ſequuta à Matthaucc. in official. Cur. Eccleſ. c.* 10. §. 2. *num.* 68. Verum tamen eſt, quod contrarium paſſim toleratur, vide *Inſtit. crim. l.* 1. *tit.* 10 §. 2. *n.* 110.

87 Eventus: Careat ſucceſſibus opto
Quiſquis ab eventu facta notanda putat, *Ovid.*

88 Eventus: Nelle riſoluzioni pericoloſe la proſperità dell' evento non baſta ad aſſolver l'azzione, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 2. *c.* 9. *n.* 7.

89 Eventu aliorum plures docentur, *Tacit.*

90 Evitare: E' maggior ſenno ſcanſare, che urtare le coſe, moſſe di traverſo, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. lib.* 20. *cap.* 17. *n.* 9.

91 Evulgare: Contra omnia jura, tum divina, tum humana, eo inſcio, eo invito, typis eam dare non es veritus, inurbane, iniquiſſime, *S. Hieronym. epiſt.* 101. *ad Pammach.*

92 Examen novum quando concedendum ſit in concurſu ad Parochiales, *Congreg. Conc. in Nucerina Parochialis* 2. *Octob.* 1721.

93 Examen idem ac *Mea nex* Anagramma pnrum.
de Exceptione *Tua non intereſt*, vide *Anſald.* 21. *n.* 21. *& deciſ.* 38. *num.* 3.

94 Exceſſus in luxu: Cùm ornatior cupit novis Thalamis apparere, ſtuduerit priores viri facultates evertere, *Caſſiod. Var. lib.* 4. *epiſt.* 12. *poſt princ.*

95 Excommunicatio: Sub magno moderamine Paſtores Eccleſiæ ſolvere, vel ligare debent; ſed utrùm juſtè, an injuſtè obliget Paſtor, Paſtoris tamen ſententia Gregi timenda eſt, ne is, qui ſubeſt, & cùm injuſtè fortè ligatur, ipſam obligationis ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo, vel abſolvere temerè, vel ligare vereatur: is autem, qui ſub manu Paſtoris eſt, ligari timeat vel injuſtè; nec Paſturis ſui judicium temerè reprehendat, nam & ſi injuſtè ligatus eſt, ex ipſa tumida reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat, *S. Gregor. homil.* 20. *in Evang.*

96 Excommunicatio quando ſit nulla ob defectum citationis, vel quia lata fuit præcipitanter, vel vim vi repellendo, *Cong. Conc. in Lauden. Cenſurarum* 5. *Junii, &* 4. *Septembris* 1700. de qua *in tom.* 2. *p.* 2. *diſcept.* 15.

97 Excommunicatio imponi non poteſt contra clandeſtinè contrahentes Matrimonium, *Congr. Conc. in Bergom.* 25. *Januarii* 1681. *lib.* 31. *Decret. fol.* 323.

98 Excommunicatus toleratus an ſit excludendus ab Electione, *Cong. Epiſcoporum in Colonien.* 27. *Auguſti* 1717. *Ponente Card. Grimaldo*, de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 27.

99 Excuſari certè meretur Dominus meus, quia hæc diaiſſe noſcitur, non voluntate, ſed potiùs extrema neceſſitate ob defectum Juris, & inopiam rationum, *Pellegrin. in Prax. Vicar. p.* 4. *ſect.* 15. *n.* 19.

100 Excuſatio: Lo ſcuſarſi da qualche inchieſta, col peſo degli anni, e dell'infermità, è conſueta maniera di dare riverente rifiuto all'elezzione de' Maggiori, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 10. *c.* 15. *n.* 2.

101 Exequutor teſtamentarius, datus ad diſtribuendas eleemoſynas, poteſt (ſi eſt pauper) illas propriis Filiis diſtribuere, *Menacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 1. *formul.* 14. *num.* 10.

102 Exequutor: E' vantaggio del negozio, che li ſteſſi ſieno li autori e gl'eſſecutori del conſeglio, *Pallavic. nell' Hiſtor. del Conc. l.* 18. *c.* 13. *n.* 1.

103 Exemplum: Non poteſt authoritatem habere ſermo, qui non firmatur exemplo, cùm iniquum ſit bona præcipere, & talia non feciſſe, *Caſſiod. l.* 1. *epiſt.* 8.

104 Exemplum: Debet de talibus viris eſſe cura præcipua, qui dare poſſunt minoribus evidenter exempla, *Caſſiod. Var. l.* 1. *epiſt.* 23. *in fin.*

105 Exemplum: Firmum eſt judicium, cujus tenetur exemplum, *Caſſiod. l.* 3. *epiſt.* 16.

106 Exemplum: Volumus hoc exemplum à noſtris prædiis inchoare, ut nulli gravis ſit juſſio, quæ conſtringit & Principem, *Caſſiod. Var. l.* 5. *epiſt.* 18. *in fin.*

107 Exemplum: Diſcite Mortales, ea caſu diſcite noſtro
Obſervare fidem Regibus, atque Deo, *in Tumulo Comitis Sdrini.*

108 Exemplum: Tunc verè aliis recta prædicamus, ſi dicta rebus, & exemplis oſtendimus, *S. Gregor. homil.* 17. *in Luc. c.* 10. *circa med.*

109 Exempli peſſimi, nec noſtri ſæculi eſt, *Plin. lib.* 10. *epiſt.* 98.

110 Exempla exquiri ſolent à Sac. Congregationibus, quando agitur de materiis gratioſis, *Congr. Conc. in Salamantina* 6. *Martii* 1723.

111 Exempla habemus veluti obſides, *Plat. lib. de Scient. fol.* 132.

112 Exempti quando poſſint excommunicari, non attentis privilegiis contrariis, *Congr. Immun. in Neapolitana* 27. *Auguſti* 1709. *Ponente Card. Marafuſco*, de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 9.

113 Exempti quando poſſint excommunicari ab Epiſcopis, non obſtantibus eorum privilegiis, quando ſermo eſt de læſione Immunitatis Eccleſiaſticæ, *Cong. Immun. in Neapolitana Cenſurarum* 22. *Junii* 1717. *Ponente Joſepho Nigrono*, de qua *in tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 10.

114 Exempti: Ordinarii faciunt majores abuſus prætextu ſuæ juriſdictionis, quàm exempti prætextu ſuarum exemptionum, *Bald. in tract. de Exempt. n.* 22. *&* 24.

115 Exequutor teſtamentarius non poteſt apponere onus Cappellano, ut per ſe ipſum celebret, quando illud ei non appoſuit Teſtator, *Rot. coram Millin. dec.* 394. *num.* 3. *& vide Emer. jun. dec.* 1240. *num.* 4. *& reſol. Congr. Conc. in Aſten. Cappellania* 14. *Februarii* 1699. *ad primum dubium.*

116 Exercitus Cappellanus quando poſſit validè aſſiſtere matrimoniis militum, vide plures reſolutiones *Sacrar. Congr. in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 14. *num.* 58.

117 Exercitus dicitur Civitas ambulans, *Anſald. in addit. ad dec.* 55. *n.* 26.

118 Eximi ex quibus cauſis ſoleant ſubditi à juriſdictione Epiſcoporum, *Cong. Epiſc. in Ugentina* 4. *Septembris* 1716. *Ponente Card. Grimaldo*, de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 7.

119 Exitus: Vix bono peraguntur exitu, quæ mala ſunt inchoata principio, *Gloſſ. in can. Miramur diſt.* 61.

120 Exorciſtæ officium permitti non debet omnibus ab Epiſcopis, ſed Sacerdotibus vitæ exemplaris, & probatæ prudentiæ, *Cong. Sanctiſs. Inquiſit. ex Oraculo Clementis XI.* 25. *Junii* 1710. *in Append. Synod. Fulginat. Baptiſtell. fol.* 159.

121 Exordium tunc maximè neceſſarium eſt, cùm malam cauſam habemus, aut habere videmur, *Ariſtotel. lib.* 3. *Rhetor. cap.* 14.

122 Expectantibus omnia accidunt leviora, *Senec. in ſent. juxta ordin. litter.*

123 Expectatio: Nihil tam obſuit, quàm expectatio, quæ de ejus doctrina, & eloquentia habebatur, *Bayl. in Vit. P. Narni Cappuccin.*

124 Expenſæ litis quando refici debeant in ſacris Congregationibus, *Cong. Conc. in Spoletana* 12. *Julii* 1721. de qua *in tom.* 5. *par.* 1. *diſcept.* 21. *à n.* 133.

125 Expenſæ litis inter Beneficiatos an extrahi poſſint ex maſſa communi, *Cong. Conc. in Gerunden. expenſarum* 11. *Januarii* 1721.

126 Expenſæ litium in Cauſis ultra Montium taxantur in ducatis 10. aureis, non autem in ſcutis decem monetæ, *Rot. in Avenionen.* 30. *Aprilis* 1706. §. *Neque coram Kaunitz.* Omnes tamen longè inferiores ſunt illis, quæ in rei veritate neceſſariæ ſunt.

127 Expenſæ traductionis ſcripturarum, tamquam vivæ, veniunt reficiendæ, *Rot. in Giennen.* 10. *Decembris* 1698. §. *Examinatis coram Lancett.*

128 Expenſæ, quæ, & quales Advocatorum, Agentium, & Pro-

Digitized by Google

& Procuratorum veniant reficiendæ, vide *Rot. in Ferrarien. 6. Martii 1705. per tot. coram Anſaldo.*

129 Expenſæ parvæ, ſæpè factæ, conſumunt ſubſtantiam, *Ariſtot. lib. 5. Politic.*

130 Expenſæ minutæ, uti veriſimiliter neceſſariæ, bonificandæ ſunt Adminiſtratori, *Rot. in Romana, ſeu Leodien. 27. Junii 1718. §. Inter quos coram Herrer.*

131 Expiſcatorea Beneficiorum Eccleſiaſticorum reprobantur à *Macr. in Contradictionib. apparentib. Sacr. Scriptur. Pſalm.* 40

132 Explicari nec ſermonibus poteſt, nec cogitationibus comprehendi, *S. Joan. Chryſoſt. hom. 2. in Matth.*

133 Expoſiti baptizandi ſunt ſub conditione, quando non adeſt certitudo præcedentia Baptiſmi, *Cong. Conc. in Urbis 15. Januarii 1724.*

134 Expoſiti in Hoſpitalibus an & quando dicantur irregulares, vide *Tolet. Inſtruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 53. Pignatell. conſul. 34. tom. 7. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. cap. 396. à num. 5. Coell. ad Bull. bon. Regim. cap. 39. §. 15. de aliment. à num. 1. & Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 13. Formul. 7. à num. 6.*

135 Extorſio committitur ab eo, qui accipit illicita ultra taxam, vel ſolitum, *Conſtant. ad Stat. Urb. tom. 1. art. 3. num. 13. fol. 61.*

136 Extremum malum nullum magnum eſt, *Senec. lib. 2. epiſt. 4.*

137 Extremum omnium malorum probatur, inde detrimenta ſuſcipere, unde ſperabantur auxilia provenire, *Caſſiodor. lib. 4. epiſt. 27.*

F A

1 FAbrica S. Petri an poſſit ſe intromittere in diſtributione illarum eleemoſynarum, quas Teſtator ſolitus erat facere in vita, *Cong. Fabric. in Romana 10. Martii 1723.* de qua *in tom. 5. p. 1. diſcept. 5.*

2 Fabrica, quæ teneatur adimplere ante applicationem Legati Pii, *Cong. Fabric. in Nepeſina Legati 17. Aug. 1718.* de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 21.*

3 Fabrica quando poſſit ſibi appropriare Legatum ſummæ pecuniarum, ab hærede depoſitarum in publico Banco, *Congr. Fabr. in Romana, ſeu Nepeſina 10. Martii 1719.* de qua *in tom. 4. p. 2. diſcept. 15.*

4 Fabrica non poteſt ſibi applicare dotes in genere relictas quolibet anno puellis volentibus religioſam vitam ducere, *Congr. Fabr. in Romana Applicationis Hereditatis 9. Julii 1721.* de qua *in tom. 4. p. 1. diſcept. 2.*

5 Fabricæ Privilegia non habent locum in Legatia relictis Syndico PP. Reformatorum S. Franciſci, non uti tali, ſed tamquam perſonæ privatæ, *Cong. Fabr. in Imolen. 16. Martii, & 20. Julii 1707.* de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept. 31.*

6 Fabricam quando poſſint elevare Moniales in præjudicium aliarum Monialium, *Rot. in Surrentina Fabrica 11. Jannarii 1706. coram Card. Caprara.*

7 Facere: Facitis hoc, quia poteſtia; ſed utrùm & debeatis, quæſtio eſt, *S. Bernard. de Conſider. ad Eugen. lib. 2. cap. 8.*

8 Facere citò proprium eſt libenter facientis, *Senec. in Proverb.*

9 Facere plura, & loqui de ſe minimum, acceptiſſimum eſt.

10 Facere: Multa in præcipiti periculo rectè fiunt, quæ aliàs eſſent omittenda.

11 Facere: Quid fieri debeat, tractato cum multia; quid facturus ſis, ipſe tecum, vel cum pauciſſimis, delibera, *Veget. lib. 2. de Bello.*

12 Facere: Ciaſcuno trova ragioni per darſi a eredere che ſia molto il fare ciò, che per altro vuol fare, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 20. c. 10. n. 1.*

13 Facere: Quod tibi via fieri, mihi fac; quod non tibi, noli,
Sic potea in Terria vivere jure Poli.

14 Facere: A fatto aſſai, chi ha ſoddisfatto alle ſue parti, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 10. c. 4. n. 2.*

15 Facere: Sicut fecerunt mihi, ſic feci eia, *Judic. 15. 11.*

16 Faciaa ſic, quæcumque facias, tamquam ſi ſpectet aliquis, *Senec. epiſt. lib. 3. epiſt. 25.*

17 Faciem Fucantes: Natura fecit te hominem, & tu vanitatibus ſtudes te facere mulierem.

18 Facientis libenter proprium eſt citò facere, *Senec. de benefic. lib. 2. cap. 5.*

19 Facienti quod non debet, evenit quod non credit.

20 Facile nihil tam eſt, quin difficile fiat, ſi invitus facias.

21 Facile ſi ſa l'Uomo con la ſperanza, ciò che è difficile con la ragione, *Guicciardin. lib. 4. Hiſt.*

22 Facinus peſſimum audent pauci, plures volunt, omnes patiuntur, *Tacit.*

23 Facinus magnum & memorabile non eſt ſine periculo, *Petrarch. Dialog.*

24 Facinora: Quanta in uno facinore ſunt crimina, *S. Ambroſ. lib. 3. de Virg.* de quo *in 2. Lect. offic. Decollat. S. Joan. Baptiſt.*

25 Facultatem habens confirmandi electionem, & illam nolens confirmare, an teneatur exprimere cauſaa Superiori pro non confirmatione, *Congr. Epiſcop. in Vuallobelgica Electionis 15. Septembris 1713. Ponente Card. Caſino,* de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept. 26.*

26 Facti ſpecies infinitæ ſunt, fuerunt, & erunt; ſed nulla reperta eſt cauſa, quæ ſit tota alteri ſimilis, *Quintilianus,* ſequutus *à Cartar. in prax. interrog. Reos in epiſt. ad Lector. poſt med.*

27 Facti unica uncia melior eſt, quàm centum libræ juris, *Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 2. n. 13.*

28 Facta: Non è al Mondo la più autentica approvazione di quella de' fatti, linguaccio eſente dalla ſoſpezzione di menzogna, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 23. c. 9. n. 17.*

29 Fallere multi docuerunt, dum falli timebant, *Senec. epiſt. 3.*

30 Fallere: Non eſt ita, ut loqueria, non eſt ita, multùm falleris, vel fallere meditaria, *S. Auguſt. lib. 2. c. 3. de nupt. & concupiſc.*

31 Falſum cùm ipſe enunciat, tum maximè alioa mendacii accuſat, *Germon. de Art. ſecernend. anto diplom. cap. 6. fol. 415.*

32 Falſa nimis non ſunt refellenda, ne habita ſuiſſe credibilia videantur, *S. Athanaſius,* ſequutua *à Sebaſtian. à S. Paulo in Append. ad Motiv. jur. §. 11. n. 86.*

33 Falſitaa ex quibus conjecturis dicatur probata, *Rota in Bonon. Fideicomm. 20. Martii 1705. coram Caprara.*

34 Falſitas ſi dice in una parola, ma non ſi convince ſe non per molte, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. l. 18. c. 14. num. 1.*

35 Falſum: E' bell'arte di chi afferma il falſo, l'affermarlo come indubitato, per diſtorre l'animi dall'eſaminarlo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 18. c. 9. n. 11.*

36 Fallentiæ, quando debeantur Canonico jubilato, vel legitimè impedito, *Cong. Conc. in Lauretana Diſtributionum 19. Septemb. 1722.*

37 Fama: Quàm miſerum eſt, ut unde famam providentiæ alii ſuſceperunt, nos opinionem negligentiæ incurriſſe videamur, *Caſſiod. var. l. 3. epiſt. 31. poſt med.*

38 Fama: Jura, præſertim eccleſiaſtica, ſemper exigunt, ut quantum fieri poteſt honori, & famæ Proximi conſulatur, *Anſald. deciſ. 76. n. 7.*

39 Fama dilicatiſſima res eſt homini, quæ ſæpè robiginem ex levibus cauſis contrahit, *Petrarch. de Remed. utriuſque fortun.*

40 Fama tradente, omnia majora ſunt vero, *Quint. Curt. de Reb. Alexand.*

41 Fama haud ſemper errat, aliquando eligit, *Tacit. in Vita Agric.*

42 Fama mala ſemel cæpta validiſſima eſt, *Polib. l. 3.*

43 Fama: Di quello, di cui molti ſono curioſi, e molti conſapevoli, preſto ſi ſparge la contezza, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 20. c. 5. n. 3.*

44 Fama mala plurimùm mendaa, quæ ne tunc quidem, cùm aliquid veri affert, ſine mendacii vitio eſt, *Tertull. in Apolog.*

45 Famea maximum condimentum eſt.

46 Fames palatum tuum excitet, non ſapores, *Senec. de Quat. virt. tit. de Contin.*

47 Famea parvo conſtat, magno faſtidium, *Senec. Epiſt. l. 2. epiſt. 17.*

48 Famea famem finit, *Senec. epiſt. 109.*

49 In Familia numeroſa faciliter reperiuntur eodem tempore plures Perſonæ ejuſdem cognominia, *Carill. deciſ. 190. num. 14.*

50 Familiæ Hominum generis ſplendore nobilitantur; animæ autem clarificantur ſplendore virtutis, *S. Ambroſ. lib. Noe cap. 4.*

51 Familiares: Corrigi decet à vobia quod à veſtris Familiaribua non debuiſſet admitti, *Caſſiod. l. 4. c. 24.*

52 Familiaria leviùs accidunt, & ea inſolito formido eſt major, *Senec. Natural. l. 6. quæſt. natur. c. 2.*

53 Familiaritas nimia contemptum parit.
54 Familiaritas: Non putabam me tibi tam familiarem: *Cicero ei, qui ad cœnam invitaverat, quæ fuerat nimis parca.*
55 Famulatus: Infelix ille eſt, qui ingratis dominis ſe voluntaria ſervitute conſumit, *Seneca*, relatus *à Pacichell. in Deſcript. Civit. Paſſavienſ. tom. 2. fol.* 823.
56 Famulus emens aliquam rem minoris, quàm communiter vendi ſoleat, ob ſuam extraordinariam diligentiam, poteſt pro ſe licitè retinere illud pluris, tamquam fructum ſuæ extraordinariæ diligentiæ, ad quam non tenebatur, *Tamburin. Oper. Moral. tit. de Miſſ. lib. 3. capit. 1. §. 6. num.* 15.
57 Famulo proprio tradens argentum, ſibi commodatum, ut illud reſtituat commodanti, non tenetur ad reſtitutionem, ſi famulus, aliàs fidelis, illud non reſtituat, *Bartol. in leg. Argentum ff. Commodat.* quem ſequitur *Rota deciſ.* 604. *n.* 14. *coram Danozet. jun.*
58 Famulo, conducto ad ſerviendum tribus Perſonis, minuendum eſt ſalarium, una ex illis deficiente, *Menoch. de Arbitr. caſ.* 223. *n.* 3.
59 Famulis Hiſpanis ſolvi non debet ſalarium non conventum, rationibus adductis *à Caſtantin. ad Statut. Urb. tom.* 1. *adnot.* 17. *art.* 1. *n.* 29. *& ſeqq.*
60 Proſper Farinacius fuit Auditor criminalis Pauli V. eo tempore, quo iſte fuit Cameræ Apoſtolicæ Auditor, ut teſtatur *in conſil.* 122. *n.* 31. *tom.* 2. Ita doctè, & feliciter ſcripſit, ut ex remotiſſimis Orbis Terræ locis plures non tam Urbis viſendæ, quàm ejus cognoſcendi gratia, Romam venirent, *Caſer. in Sythem. vetuſt. ad diem* 30. *Octobris*. Quod de Livio his verbis teſtatum reliquit *D. Hieronym. in Epiſtol. ad Paulin. Quos ad ſui contemplationem Roma non traxerat, unius Hominis fama perduxit*. Eidem, de graviſſimo crimine accuſato, ob ejus excellentem peritiam pepercit Clemens VIII. Sed Card. Salviato, pro ipſo gratiam imploranti, reſpondit: *Farina iſta bona eſt, vel pollis eſt potius, ſed non ſaccus cui illa includitur bonus eſt, ſed fœdus, ac turpis*, teſtibus *Mezzamic. in Vita Card. Gymnaſ. cap.* 8. *fol.* 73. *& Mandoſ. in Biblioth. Roman. cent.* 2. *n.* 8.
61 Faſtidium præſtat omne quod ſatiat, *Caſſiod. Var. lib.* 3. *epiſt.* 21. *in princ.*
62 Fatum: Contra Fata valent Deus, & Prudentia tantùm; Vir pius, & prudens vincere Fata poteſt.
63 Fata cauſarum dantur, *Rot. in Romana, ſeu Savonen.* 8. *Februar.* 1706. *ſub §.* 1. *coram Anſald.*
64 Fatuus ſa più in Caſa ſua, che il ſavio in Caſa di altri, *Didac. de Cea apud Piton. Diſcept. eccleſiaſt.* 2. *num.* 79. *fol.* 42.
65 Fax accenſa, dum aliis commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet, can. *Stiſcitantibus* 15. *qu.* 8.
66 Felicitas: Dic mihi, quæ in Cœlis extat vox integra, cujus
In Terris tantùm ſyllaba prima patet.
67 Felicitas: Acrioribus ſtimulis res proſperæ animum pulſant, quàm adverſæ, quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur, *Tacit.*
68 Felicitas magna eſt, felicitate non vinci, *S. Aug.*
69 Felicitate corrumpimur, miſeriæ tolerantur, *Tacit. lib.* 1. *cap.* 15.
70 Felicitate non egere, felicitas, *Senec. de Provid.* §. 4.
71 Felix eſt, non qui aliis eſſe videtur, ſed qui ſibi, *Senec. de Remed. fortuit.*
72 Feneſtræ Communionis inſervire non debent pro Colloquutoriis Monialium, minùſque Confeſſionaria, exceptis ſacris functionibus, ſolitis fieri ab Epiſcopis, *Cong. Epiſc. in Encycl. epiſt. ſub die* 30. *Octob. &* 3. *Decembris* 1706. impreſſa in *Append. Syn. Fulginaten. Bapt. iſtell. fol.* 179.
73 Feneſtræ Regularium quomodo, & quando claudi debeant, quando habent proſpectum in vicinas Ædes Sæcularium, *Congreg. Epiſc. in Camerinen. Feneſtrarum* 13. *Aug.* 1717. *Ponente Card. de Scrattembach*, de qua *in tom.* 2. *part.* 2. *diſcept.* 6.
74 Feneſtræ, reſpicientes in Eccleſias, permitti non debent, *Cong. Viſit. Apoſt. in Romana Feneſtra* 15. *Januarii* 1717. *Ponente Card. Raffo*, de qua *in tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 14.
75 Feneſtrarum apertioni quando locus ſit in Monaſteriis Monialium, *Cong. Epiſc. in Neapolitana* 16. *Januari* 1711. *Ponente Card. Corſina*, de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 5.
76 Fenzonius omnibus iis honoribus ſonctus eſt, qui Uxores habentibus patent, *Jan. Nic. Erithr. in ejus Vit. tom.* 1. *n.* 28. *fol.* 52.
77 Feras libenter quod neceſſe eſt, dolor patientia vincitur, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt Oper. Senec.*
78 Ferrarienſis Epiſcopatus exemptus eſt à Metropolitico jure Eccleſiæ Ravennatenſis, & fuit reſolutum à Congregatione particulari trium S. R. E. Cardinalium, & 14. Epiſcoporum, deputata à Synodo Romano die 21. Maji 1725. adverſus quam reſolutionem à tota Synodo in Congregatione habita die 25. ejuſdem menſis denegata fuit nova audientia.
79 Fervor: Il fervor del caldo preſto ſi tempra nelle Teſte rattiepidite dall' eſperienza, e dagl' anni, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 18. *c.* 16. *n.* 2.
80 Feſtinandum ibi eſt, ubi facto magis, quàm conſilio, opus eſt, *Tacit. lib.* 17. *Annal.*
81 Feſtinata ſimul, & examinata nulla res poteſt eſſe, nec eſt quidquam omnium, quod habeat & laudem diligentiæ ſimul, & gratiam celeritatis, *Apal.* relatus *à Brancavin. de Jur. Doctor. in epiſt. ad Lector.*
82 Feſtinatio: Omnia ſubita probantur incauta, & mala conſtructio loci tunc quæritur, quando pericula formidantur, *Caſſiod. Var. lib.* 1. *epiſt.* 17. *in princ.*
83 Feſtivitas S. Crucis à qua Eccleſia, inter plures cum ſimili denominatione erectas, priùs fieri debeat, *Cong. Rit. in S. Severina* 2. *Julii* 1712. *Ponente Card. de Abdua*, de qua *in tom.* 2. *p.* 2. *diſcept.* 5.
84 Feſtivitas alicujus Sancti cum majori pompa celebrari debet in Eccleſia ejus nomini dicata, *Congr. Conc. in Biſſinianen.* 22. *Febr.* 1710. de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 22.
85 Feſtivis diebus non poteſt Epiſcopus aliquid accipere pro licentia laborandi, etiam applicandum locis piis, *Cong. Conc. in Cremonen.* 12. *Maji* 1635. *lib.* 15. *Decr. fol.* 100. *& in Meſſanen.* 9. *Julii* 1644. *lib.* 17. *fol.* 349. *& in Syracuſana* 13. *Novembris* 1647. *lib.* 18. *fol.* 409.
86 Feſtivis diebus poteſt dari opera rebus, ad victum neceſſariis, & tempore perituris, *Cong. Conc. in Caputaq.* 2. *Auguſti* 1631. *lib.* 14. *Decret. fol.* 480. *& in Cortonen.* 24. *Januarii* 1632. *lib.* 14. *fol.* 558. *& in Strongolen.* 17. *Maji* 1645. *lib.* 17. *fol.* 484.
87 Ficedula: Oblector, doleoque tuo ficedula caſu: Occidiſſe piget, ſed tumulare placet: Auceps ad ficedulam, quam occiderat, *Epigr. ſelect. fol.* 93.
88 Fideicommiſſaria materia nimis debet Rotæ Romanæ, quæ illam explanavit, *Card. de Luca de Fideicommiſſ. diſc.* 89. *ſub num.* 16.
89 Fideicommiſſaria bona quando alienantur pro alimentis Inſtitutorum, curandum non eſt, ſi nihil remaneat pro ſubſtitutis, *Rot. in Romana Fideicommiſſi de Gaggis* 23. *Junii* 1719. §. *Propter eaque coram Anſaldo.*
90 Fidejuſſio eſt vigilia ſolutionis, *Tartagl. de Reſervat. ſtatut. art.* 42. *num.* 3. *&* 4.
91 Fidejuſſio cauſat inquietam vitam, & noctes inſomnes, *Tartagl. de Reſervat. ſtatutor. art.* 42. *n.* 3. *&* 4.
92 Fidejuſſor poteſt recipere duo, tria, & etiam quinque pro centenario, *Bonden. Collaction. legal.* 31. *num.* 17. *&* 18. *& Jovius de Solemnit. ſtatutor. tom.* 2. *gloſſ.* 25. §. 4. *n.* 48.
93 Sed ego neque etiam reciperem decem, vel duodecim, & quia ſæpè ſolet Fidejuſſor ſolvere debita principalis.
94 de Fidejuſſoribus, & ſolutionibus rubricæ, quare proximæ ſini, perbellè explicat *Rot. dec.* 143. *num.* 5. *&* 6. *par.* 17. *recent.*
95 Fides: Rebus in adverſis vera probanda fides.
96 Fides ſuccincta, à Notariis facta, non probat, *Rot. dec.* 33. *in fin. apud Scarfant. ad Cevaper.*
97 Fides in malis promiſſis ſervanda non eſt, *Can. In malis* 22. *quaſt.* 4.
98 Fides: Rara avis in Terris, nigroque ſimillima Cygno fides eſt.
99 Fides medis ſufficit ad faciendum fructus ſuos, *Rota in Gerunden.* 8. *Junii* 1705. §. *Præmiſſis coram Kaunitz.*
100 Fides magna danda eſt qualificatis perſonis, *Rot. deciſ.* 497. *num.* 7. *par.* 14. *rec. & in Foroſempronien. Teſtamenti* 4. *Maji, &* 5. *Decembris* 1698. *coram Card. Caprara.*
101 Fidem fallere grave eſt gravibus, gravioribus gravius, graviſſimis & exemplaribus viris graviſſimum, *Baldus*, ſequutus *à Cyriac. controv.* 129. *num.* 14. *& controv.* 504. *num.* 58.
102 Filius: Sæpè ſolet Filius ſimilis eſſe Patri.
103 Filius, conſtante matrimonio genitus, præſumitur viri legitimi, *Rot. in Romana Filiationis* 5. *Maji* 1719. *coram Card. Falconer.* §. *Erat enim.*
104 Filius octo annorum, incipiens addiſcere Muſicam, remanet obligatus obligatione facta per Patrem cum ejus Magiſtro, *Rot. dec.* 396. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

105 Fi-

105 Filius attribuitur juveni, non ſeni, quando Mater habuit carnale commercium, cum utroque, *Rot. deciſ. 263. par. 12. recent.*

106 Filii: Peſſimè contra Parentes erigitis brachium, pro quibus conſtat glorioſè moriendum, *Caſſiodor. Var. lib. 3. epiſt. 24. in fin.*

107 Filii, nati cum bona fide Matris, & mala fide Patris, ob dirimens impedimentum matrimonii, dicuntur legitimi, *Congr. Conc. in Tornacen. Legitimitatis 24. Maji 1681. l. 31. Decret. fol. 400.*

108 Filiifamilias quando matrimonium contrahere poſſint, invitis Parentibus, vide *tom. 2. par. 1. diſcept. 21.*

109 Filii Lectorum Univerſitatum doctorari debent gratis, *Corradin. de Prælat. q. 55. n. 2. & 3.*

110 Filii ut plurimùm Genitoribus ſimiles non ſunt, eruditè *Rot. in Avenionen. 29. Junii 1711. §. Conſpirante coram Anſaldo.*

111 Filii: Multi dant operam Liberis, & nullum gignere poſſunt: Multi è contra vellent ſatiare libidinem, & Liberos non gignere, quibus tamen, licèt invitis, Liberi naſcuntur, *Card. Bellarm. in Pſal. 99. n. 3.*

112 Fingere ſi neſcis, vivere neſcit homo.
Inter Finitimos perpetuæ contentiones adeſſe ſolent, *Rot. dec. 215. n. 7. par. 13. rec.*

113 Firmi Civitas: Quando Fermo vuol fermare, tutta Marca fa tremare, *Coccin. dec. 1278. n. 12.*

114 Card. Joanne Fiſcherio, Epiſcopo Roffenſi in Anglia, juſſu Henrici VIII. pro Catholica Religione decollato die 31. Maji 1535. ita eidem Regi cecinit ejus Pacta:
Si vita ſpolias Roffenſem, barbare, quando
Ullum producet Terra Britanna parem?

115 Fiſcus dicitur ſaccus ſine conſcientia, *a Bald. in c. 1. §. Ad hæc in tit. de Pac. firmand.*

116 Fiſcus: Ut viſco capiuntur aves, Fiſcus quaſi Viſcus dicitur, à Fiſco ſic capiuntur apes.

117 Fiſcus: Laudabiliter à parte Fiſci perditur, cùm juſtitia non habetur, *Caſſiod. var. lib. 1. epiſt. 22. circa fin.*

118 Fiſci cauſa numquam mala eſt, niſi ſub bono Principe, *Plin. in Paneg. ad Trajan.* de quo *in Inſtit. crim. l. 2. cap. 1. n. 159. & Rot. dec. 748. n. 41. coram Dunozett. jun.*

119 Flagitia tueri flagitioſius eſt, quàm illa admittere, *Tit. Liv.*

120 Fletus: Utilis eſt fletus, cùm quis ſua crimina luget:
Namque animi noxas eximit iſte dolor.

121 Flumina collectis multiplicantur aquis.

122 Fœmina, ſicuti amari ſummoperè cupit, ita ſpreta tantam concipit iram, ut inſanire videatur, *Seneca*, ſequutus *à Rot. in Albanen. Sponſalium ſuper Cenſuris 15. Decembris 1710. §. Cæterùm coram Anſaldo.*

123 Fœmina molle genus, turpes proclivis ad actus,
Ni vir ſit cuſtos, ni pudor, atque metus.

124 Fœmina, veluti gutta nigra intermedians, ſiſtere facit, & corrumpit albam maſculorum, *Rot. in Auximana Jurispatronatus 27. Junii 1701. §. Hac ſolum coram Anſaldo.*

125 Fœmina ſuum retinet morem, ſemper hominem expellit è Paradiſo, *Card. Bon. in Manuduct. ad Cœl. cap. 5. §. 3. in fin.*

126 Fœmina: Ingenium Vati Fœmina pulchra dabit, *Octav. Turſollin.*

127 Fœminarum mutabilitas.
Crede ratem ventis, animum ne crede Puellis;
Namque eſt fœminea tutior unda fide.
Fœmina nulla bona eſt, vel ſi bona contigit ulla,
Neſcio quo fato, res mala facta bona eſt.

128 Fœminas videre, malum eſt, alloqui pejus, tangere peſſimum, *D. Auguſt.*

129 Fœnus pecuniæ funus eſt animæ.

130 Fons in Platea S. Petri.
Sum Mare, ſum Fluvius, ſum Fons, ſum frigidus Imber,
Rupto, ſurgo, fluo, pluvia facta cado.

131 Fons baptiſmalis, quando conſtrui poſſit in illa Parochiali Eccleſia, in qua de præſenti non adeſt, *Hydruntina Fontis baptiſmalis*, de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 27.*

132 Fori ſtrepitus rarò paratam ſcriptioni mentem relinquunt, *Chartar.* loquens de Advocato Nicol. Severol. *in Syllab. Advoc. Conſiſt. fol.* 280.

133 Fortis, qui hoſtem; Fortior, qui cupiditatem; Fortiſſimus, qui ſeipſum vincit, *Senec. lib. 1. Moral.*

134 Fortuita: Nihil ſine cauſa geritur, nec Mundus fortuitis caſibus implicatur; ſed quidquid venire videmus ad terminum, divinum conſtat eſſe conſilium, *Caſſiod. variar. l. 12. epiſt. 25.*

135 Fortuna: In ſumma fortuna id æquius, quod validius, *Tacit.*

136 Fortuna, quod neceſſitati ſat eſt, etiam irata debet, *Senec. epiſt. l. 2. epiſt. 18.*

137 Fortuna liberat multos pœna, metu neminem, *Senec. epiſt. lib. 16. epiſt. 98.*

138 Fortuna: Non ego fortuna, ſi ſtarem ſorte ſub una:
Si non mutarer, numquam fortuna vocaret.

139 Fortuna quibuſdam pro virtutibus fuit, *Tacit.*

140 Fortuna: Ad feliciter navigandum gubernatore, & vento; ad beatè vivendum ratione, & fortuna opus eſt, *Democrates.*

141 Fortuna quantò major eſt, tantò minùs eſt ſecura, *Ariſtotel. Ethic. lib. 8.*

142 Fortunæ majori ſæpè locum fecit injuria; multa enim ceciderunt, ut altiùs ſurgerent, *Senec. epiſt. lib. 14. epiſt. 92.*

143 Inter Fortunam maximam, & ultimam, nihil aliquando intereſt, *Senec. de benef. l. 6. c. 33.*

144 Fortunam ſuam quiſque in conſilio habeat, dum de aliena deliberat, *Quint. Curt. lib. 4.*

145 Forum Eccleſiaſticum: Non potendo porre alla diſſoluzione il freno di ferro, convien che glie lo ponga di argento, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 2. c. 6. n. 2.*

146 Frater: Melior eſt vicinus juxta, quàm Frater procul, *Proverb. 27. 10.*

147 In Fratris obitu S. Ambroſius ita reſcripſit Amico, ſibi de eo condolenti: *Lætandum nobis magis fuit, quòd talem Fratrem habuerim, quàm dolendum, quòd amiſerim; illud ſiquidem munus, hoc debitum eſt*, de quo *Clem. XI. epiſt. & Brev. ſelect. tom. 1. fol. 131.*

148 Fratrum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum Privilegia omnia, exemptiva ab illorum Regulis, & Conſtitutionibus, revocavit Sanctiſs. D. N. Benedictus XIII. mediante Conſtitutione impreſſa in fine hujus literæ F. §. 1.

149 Fraus: Judice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem;
Armaque in Armatos ſumere Jura ſinunt, *Ovidius.*

150 Fraus: Cuncta turbantur, ſi integritas cum fraude miſceatur, *Caſſiod. var. lib. 1. epiſt. 10. in fin.*

151 Fraus: Qui alterum commiſſæ fraudis accuſat, ſi accuſationem non probat, fraudis ipſe, vel ſaltem imprudentiæ Reus cenſetur, *Germon. de Art. ſecern. ante diplom. fol. 165. cap. 6.*

152 Frequens: Quel che è frequente non può eſſere ſolenniſſimo, ſenza tedio, ed incommodo intolerabile, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 1. c. 5. n. 10.*

153 Fructus: Qui habitat, videtur tantum de fructibus percipere, quantum eſſet daturus pro habitatione, *Rot. in Romana Cenſus 11. Decembris 1705. §. Accedit coram Caſſarell.*

154 Fructus: Portionum Scriptoratus Apoſtolici poſt gratiam à Papa ſignatam, ſtatim currunt favore Officialis, vide *tom. 5. par. 2. diſcept. 30.*

155 Fructus: Autumni fructus cave, ne ſint tibi luctus.

156 Fructus: Se è buono, poco importa il ſapere l' Arbore, che lo produſſe, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 6. cap. 15. num. 4.*

157 Fructus uberiores ubi ſunt, ibi facilis eſt procuratio, *Caſſiodor. variar. lib. 12. epiſt. 22.*

158 Fuga: Effuge, cùm poteris, ne conſenſiſſe puteris;
Nam, ſi perſtiteris, illius uxor eris.

159 Fugienda ſunt omnibus modis, & abſcindenda igni, ac ferro, totoque artificio ſeparanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente, à Civitate ſeditio, è Domo diſcordia, à cunctis rebus intemperantia, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt Oper. Senec.*

160 Fulmina cadunt paucorum periculo, omnium metu, *Senec. de Clement. lib. 1. cap. 8.*

161 Fumus, ergo ignis, eſt bona conſequentia, *Anſaldo in Voto in Neapolitana Aſſignament: 3. Junii 1712. §. Poſt hæc.*

162 Functiones ſacræ, impedito Epiſcopo, à qua Dignitate fieri debeant, *Piſauren. Functionum*, de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept. 25.*

163 Functiones funebres in Monialium Eccleſiis, excluſis Parochis, fieri debent à proprio Cappellano, vel ab illis Religioſis ſub quorum cura vivunt, *Nicol. in Floſcul. verb. Sepultura num. 5. Matthæucc. in Offic. Cur. eccleſ. verb. Official. quoad Sepulturam ſub num. 4 & Congr. Conc. per viam regulæ 19. Martii 1639. lib. 16. Decret. fol. 163.* de qua *in tom. 1. p. 1. diſcept. 8.*

164 Functiones in diebus feſtivis ſpectant ad Vicarium perpetuum, non autem ad illius Coadjutorem, *Congr. Concil. in Vaſionen. Præeminentiarum 26. Junii 1723.*

165 Fundatio novi Conventus quando concedi poſſit cum majori facilitate in magnis Civitatibus, *Congr. Epiſc. in Mediolanen. Fundationis Conventus* 21. *Martii* 1719. *Ponente Card. Corſino*, de qua *in tom.* 3. *p.* 2. *diſcept.* 5.

166 Fundationi novi Conventus quando locus ſit, non obſtantibus aliorum vicinorum Conventuum contradictionibus, *Cong. Epiſc. in Coſtantien.* 8. *Auguſti* 1704. *Ponente Card. S. Clementis*, de qua *in tom.* 2. *p.* 2. *diſcept.* 13.

167 Fundus: Ridiculum eſt tunicæ fundum accedere, *leg. Juſtiſſimè ff. de Ædilit. Edict.*

168 Funeris Ductori, vulgò *Guida*, qualis merces debeatur, *Romana Funerum*, de qua *in tom.* 5. *par.* 2. *diſceptat.* 21. *à num.* 167.

169 Funerum expenſæ: Quibuſdam veniunt ad pretium dolores, & miſerabili ſorte votorum creſcit Mercantibus de humana morte compendium, ita tamen ut non ſit iniquitas ſub hac occaſione taxata. Ne cogantur miſeri inter acerba luctuum gravia plorare diſpendia facultatum, & nefanda devotione conſtricti, aut negeantur Patrimonia pro Mortuis prodere, aut dilecta Corpora viliſſimis foveis potiùs dolentes abjicere. Sit modus in voluntate poſcentium, quando ipſa moderatio promerentibus facit. Non minùs debet lædi, cui amplius pro pietatis officio videtur imponi, *Caſſiod. Var. lib.* 3. *epiſt.* 19. *in fin.*

170 Funerum occaſione an liberum ſit Capitulo, & Parocho exigere jure compoſitionis Campanæ, & Culcitræ determinatam ſummam, *Congr. Conc. in Cotronen. juris Funerandi* 3. *Septemb.* 1707. de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 12.

171 Funiculus triplex difficilè rumpitur, *Eccl.* 4. 12.

172 Furentes juſta non ſentiunt, quia, dum commoti animo in vindictam ſæviunt, rerum temperantiam non requirunt, *Caſſiod. Var. l.* 4. *epiſt.* 10. *in princ.*

173 Fures rerum privatarum in compedibus vitam agere; publicarum in auro & purpura conſpicuos incedere, *Cato Sentent.*

174 Fures: Durum omninò videtur, ut quos magna impenſa domi alimus ad effectum, ut Bona noſtra cuſtodiant, ipſi illa diripiant, *Bonifac. de Furt. n.* 165. ſequutus *à Raynald. Rer. crim. c.* 14. §. 19. *n.* 301. *tom.* 2.

175 Furibus æquiparantur illi, qui, Authore non citato, eorum labores, tanquam proprios, adducunt, *Corrad. in Prax. Diſpenſ. in epiſt. ad Lector.*

176 Furnus quando poſſit fieri juxta Monialibus ſubtus Cellam alterius Monialis, *Cong. Epiſc. in Comen.* 15. *Maji* 1705. *Ponente Card. S. Clementis*, de qua *in tom.* 2. *part.* 2. *diſcept.* 17.

177 Furnum, quando ſit licitum aperire Eccleſiaſticis pro vendendo Pane ex Frumento, recollecto in propriis Bonis, *Cong. Partic. in Faventina* 20. *Martii* 1695. de qua *in tom.* 1. *p.* 2. *diſcept.* 27.

178 Furnum pro uſu proprio an poſſint retinere Eccleſiaſtici, *Narnien. Cenſurarum* 10. *Martii* 1716. de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 28. Quaſi Futurum cogitemus quidquid fieri poteſt, *Senec. Epiſt. l.* 2. *epiſt.* 24.

179 Futurum: Dalla memoria del preterito, e dalla cognizione del preſente, ſi genera la providenza del futuro, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 18. *c.* 4. *n.* 16.

180 Futurorum dicitur ſpes, præſentium ſenſus, præteritorum memoria, *Ariſtoteles*, ſequutus *à Ricc. in Prax. p.* 1. *reſol.* 255. *num.* 2.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO

Pro reſtituenda, & conſervanda in Religione Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, Reformatorum, Diſcalceatorum, Recollectorum, Tertiariorum, vel quocumque alio nomine nuncupatorum ſub directione Miniſtri Generalis Totius Ordinis viventium antiqua Regulari Diſciplina.

SUMMARIUM.

1 *Præſentis Conſtitutionis motiva.*

2 *Abrogantur omnia & quæcumque privilegia perſonalia, & innovantur Conſtitutiones aliàs edita Gregor. PP. XV. incip. Paſtoralis* 3. *Febr.* 1623. *Urban. PP. VIII. Inter cæteras* 23. *Julii* 1639. *Ejuſdem Militantis* 1. *Jun.* 1640. *Clem. PP. X. Sacroſancti* 7. *Octobris* 1672.

3 *Quod nullus poſſit in poſterum eligere ſibi Conventum, niſi de licentia Superiorum. Ex Reg. S. Franc. c.* 6.

4 *FF. omnes teneantur obedire Guardianis ſuis, nec extra Conventum poſſint exire abſque eorum licentia.*

5 *Regula S. Franc. c.* 10. *& in ejus Teſtamento Clem. PP. VIII. de Reform. Regul. Quod non concedantur per emendicata ſuffragia extra clauſtra officia in Ordine, gradus, & alia. Juxta Conſtitutiones aliàs emanatas, fa: mem: Clem. PP. VIII. de Regul. Refor.* 25. *Jun.* 1599. *Pauli PP. V. Admonemur* 18. *Apr.* 1619. *Urban. PP. VIII. Admonemur* 29. *Julii* 1639.

6 *Quod Patres nullum in poſterum habeant jus nominandi Diffinitores & Guardianos, nec titulo convenientia poſſint Conventus invicem partiri: & confirmantur Conſtitutiones ſuper hac re aliàs publicata: fa: me: Clem. PP. VIII. de Reform. Regul. die ut ſupra. Urban. PP. VIII. Militantis* 1. *Junii* 1640.

7 *Quod in Capitulis, & Congreg. Provinc. præſens Conſtitut. legatur, & Vocales juramentum præſtent &c.*

8 *Familia Conventuum à ſolo Diffinitorio deputentur juxta Conſtit. ſupra citatas.*

9 *Revocantur ſuffragia perpetua in Capitulis, & Congreg. Provincialibus, ſecundùm aliàs editas Conſtitutiones: Rec. m. S. Pii PP. V. Paſtoralis* 28. *Maji* 1571. *Clem. PP. VIII. Seraphicum Ordinem* 10. *April.* 1600. *Gregor. PP. XV. Militantis* 22. *Februar.* 1622.

10 *Idem ſtatuitur in Capitulis, & Congreg. Generalib. pari ratione, & ad formam Conſtitutionum ſupra relat.*

11 *Quomodo in poſterum fieri debeant ſubſtitutiones, & ſubrogationes Patrum.*

12 *Commutatur in privationem officiorum, pœna excommunicationis inflicta in litteris Urbani PP. VIII.*

13 *Clauſularum præſervativarum adjunctio.*

14 *Contrariorum ampla derogatio.*

15 *Ut Superiores in omnibus Provincialibus Capitulis de hujuſmodi Conſtitutionis obſervantia diligenter inquirant.*

BENEDICTUS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

UNiverſalis Eccleſiæ Regimini, nullo licèt meritorum noſtrorum ſuffragio, inſcrutabili Divinæ Providentiæ arcano præſidentes, inter multiplices, ac ſanè graviſſimas Paſtoralis Officii Noſtri ſollicitudines, quibus jugiter premimur, memores ſub ſuavi Religionis Fratrum Prædicatorum jugo à teneris uſque annis Noſmetipſos Deo devoviſſe, illam peculiari quadam ratione curam ſuſcipimus, per quam priſca Regularis diſciplinæ obſervantia in Religioſis Ordinibus conſervetur, atque inſtauretur, & ne ii, qui per emiſſorum in illis votorum ſemitam ad apicem perfectionis contendunt, à recto Inſtitutorum ſuorum tramite deflectant, quæcumque felici eorum regimini, ac providæ Animarum ſuarum directioni impedimento eſſe poſſunt, removere ſtudemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, in Domino ſalubriter expedire conſpicimus.

1 Cùm itaque, ſicut accepimus, ac Nos ipſi, dum in minoribus conſtituti, commiſſo Nobis à ſel. rec. Clemente XI. & Innocentio XIII. Rom. Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris in quibuſdam Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci tum de Obſervantia, tum Reformatorum nuncupatorum Provinciis Viſitatoris Apoſtolici munere fungebamur, experientia didicimus, in Ordine præfato, qui ſuaves, ac uberrimos in Eccleſia Dei fructus omni tempore protulit, & in dies, Eo benedicente, à quo bona cuncta procedunt, proferre non deſiſtit, nonnulli irrepſerint abuſus contra primitivæ illius diſciplinæ formam, ac diſpoſitionem quarumdam Apoſtolic. Conſtitutionum, præſertim rec. mem. Urbani PP. VIII. Prædeceſſoris pariter Noſtri die XXIII. Junii MDCXXXIII. XXVI. Junii MDCXXXIX. ac prima etiam Junii MDCXL. reſpectivè editarum, quarum priore incipiente, *Inter cæteras*, omnia privilegia perſonalia in eodem Ordine perpetuò abrogata fuerant, neque de cætero à quoquam concedi poſſe cautum erat: Altera verò, cujus initium eſt: *Admonemur*, adversùs illius ſuperiores favores extra Ordinem ipſum in conceſſione gratiarum, graduum, officiorum, & dignitatum, ac remiſſione pœnarum attendentes, nec non Fratres ejuſmodi favores conquirentes emanaverat: & tertia demùm, quæ incipit: *Militantis Eccleſiæ*, inter alia Patribus ejuſdem Ordinis jus, arbitrium

Digitized by Google

trium, ac conſuetudinem ſuperintendendi Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliiſque diſpoſitionibus, quæ ſibi ex officiis, quibus functi fuerant, remanſiſſe, ſeu competere prætendebant, adempta, & abolita fuerant: ob minùs accuratam autem harum Conſtitutionum obſervantiam multa, & gravia in dicto Ordine adversùs Regularis obſervantiæ nitorem incommoda oriri dignoſcantur, nec non magnum relaxationi oſtium pandatur, atque ſpiritui Paupertatis, & Humilitatis, quo Seraphicus ille Ordo potiſſimùm innititur, plurimùm detrahatur, non ſine modica etiam religioſæ illius Fratrum pacis, & tranquillitatis perturbatione.

2 Hinc eſt, quòd Nos, qui Regularem diſciplinam ubique vigere, omnemque illius relaxationis viam præcludi ſummoperè exoptamus, hujuſmodi malis, & incommodis de opportuno remedio, quantùm cum Domino poſſumus, providere volentes, antiquis, ac laudabilibus dicti Ordinis Statutis per Sedem Apoſtolicam confirmatis inhærendo, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac Noſtra perpetuò valitura ſanctione confirmantes, & expreſsè innovantes, quæ ab eodem Urbano Prædeceſſore in ternis ejus Conſtitutionibus ſupradictis, & à piæ mem. Clemente PP. X. Prædeceſſore etiam Noſtro per quaſdam ſuas in pari forma Brevis die VII. Octobris MDCLXXII. ſuper nova eorumdem privilegiorum perſonalium abrogatione expeditas litteras diſpoſita, & ordinata fuere; omnia, & quæcumque indulta, ſeu privilegia perſonalia tam Ex-miniſtrorum, Ex-commiſſariorum, ſeu Vice-commiſſariorum, Ex-procuratorum, & Ex-diffinitorum Generalium, quàm Ex-miniſtrorum, Ex-cuſtodum, Ex diffinitorum Provincialium, prout etiam Ex-generalium Prædicatorum, atque Lectorum Theologiæ ſupra numerum, nec non apud Parentes, vel Conſanguineos, aut alibi extra Clauſtra habitu retento degendi, aut in uno Conventu ita determinatè commorandi, ut ſublata ſit Superioribus facultas ad alios Conventos transferendi, & quævis alia hìc non expreſſa, quibuslibet Fratribus de Obſervantia, Reformatis, Diſcalceatis, Recollectis, Tertiariis, vel quocumque alio nomine nuncupatis ſub regimine, ac directione Miniſtri Generalis dicti Ordinis viventibus, cujuſcumque dignitatis, qualitatis, & conditionis exiſtant (Chariſſimorum in Chriſto Filiorum Noſtrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Theologis, Concionatoribus, & Confeſſariis actualibus dumtaxat exceptis) quovis titulo, prætextu, cauſa, & occaſione, & ad cujuſcumque inſtantiam, & ſupplicationem, tam à Nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris, & à quibuſvis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Congregationibus, quàm etiam ab ipſius Sedis Apoſtolicæ Nunciis, aut de Latere Legatis, ac quibuslibet Ordinis hujuſmodi Superioribus hactenùs quoquo modo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti Statuta, & Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa perpetuò revocamus, annullamus, caſſamus, abrogamus, & abolemus, illaque in perpetuum revocata, caſſata, abrogata, & abolita, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, neminique ulteriùs ſuffragari, neque deinceps à quoquam concedi poſſe decernimus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, privationiſque ſuorum officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ pœnis eo ipſo incurrendis, dilectis filiis Miniſtro, & Commiſſario Generalibus, ac Miniſtris Provincialibus, Cuſtodibus, aliiſque ejuſdem Ordinis Superioribus, ut quamprimùm præſentes Noſtræ litteræ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & ſingulos Patres, & Fratres Ordinis hujuſmodi ſimilia indulta, ſeu privilegia habentes, etiamſi à Nobis, vel à Prædeceſſoribus prædictis de non complendo, vel complendo integro tempore officiorum, ex quibus illa deſumere prætendunt, diſpenſationem quoquomodo obtinuiſſent, illis eo ipſo privatos, & ſpoliatos eſſe declarent, nec quemquam eis in poſterum uti ſinant, vel permittant.

3 Fratres verò, quibus per dicti Ordinis Conſtitutiones Conventus, in quibus degant, pro ſuo arbitrio deligere conceſſum eſt, cùm ad præſcriptum Regulæ, quam ſolemniter voverunt, *nec domum, nec locum, nec aliquam rem in hoc Mundo ſibi poſſint appropriare*, ex nunc, & de cætero perpetuis futuris temporibus, omni uſu in contrarium penitùs ſublato, à Superioribus Generalibus, vel Provincialibus de Conventibus eis magis acceptis, ea,

Urſaye Miſcellaneum.

qua decet humilitate ſibi provideri poſtulent; Superiores autem pro ſingulorum meritis, & qualitate eos in Conventibus poſtulatis collocari procurent, ſicut in Domino expedire viderint; exceptis tamen Almæ Urbis noſtræ Conventibus, in quibus utpotè numeroſa familia gravatis, nec ipſos etiam Ordinis Diſcretos, qui non fuerint Patres Romanæ Provinciæ, ſive de Obſervantia, ſive Reformatorum, vel dictæ Sedis ſervitio addicti, volumus de Familia commorari poſſe; ſed expletis eorum officiis, ad proprias Provincias, vel ad Conventus ſibi à dictis

4 Superioribus aſſignandos proficiſci omninò teneantur, in quibus Guardianis ſuis juxta Divi Franciſci Inſtitutoris mentem ita illi, eorumque Socii ſubeſſe debeant, ut extra Clauſtra abſque expreſſa eorumdem Guardianorum qualibet vice obtinenda licentia exire non poſſint.

5 Inſuper ne ad gradus, officia, & dignitates per emendicata ſuffragia ambitioſus pateat acceſſus, & aditus præbeatur vagis, & otioſis Fratribus per alienas Provincias errandi, vel etiam propriæ Provinciæ Conventus circumeundi ob extortas à ſuis Superioribus facultates per conquiſitos extra Ordinem favores, ſimiliter in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna privationis officiorum Noſtro, ac Romanorum Pontificum ſucceſſorum Noſtrorum arbitrio Superioribus Generalibus ejuſdem Ordinis; Provincialibus verò, & reliquis dicti Ordinis Prælatis nunc, & pro tempore exiſtentibus arbitrio ipſorum Superiorum Generalium præcipimus, & mandamus, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcumque Perſonarum, tam Eccleſiaſticarum, quàm Laicarum extra dictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque ſæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis præfati Ordinis Religioſo ullam gratiam impertiri, vel pœnas aliquas remittere, ſeu gradus, honores, dignitates, officia, & adminiſtrationes ejuſdem Ordinis concedere audeant; quinimò Fratres, qui contra præſentium tenorem mediis, & viis hujuſmodi per conquiſitos favores, & ſuffragia extra Ordinem, aliquid ſibi procuraverint, ad talia, & ſimilia, ac etiam majora in eodem Ordine conſequenda perpetuò inhabiles, & incapaces declaramus: Eos verò, qui Perſonarum extra Ordinem favorem, vel auctoritatem interpellaverint ad extorquendas à ſuis Superioribus facultates vagandi, vel de uno in alium Conventum tranſeundi, pœna carceris formalis Superiorum ſuorum Generalium, vel Provincialium pariter arbitrio puniendos eſſe ſtatuimus; ipſiſque Religioſis, & Fratribus dicti Ordinis quibuſcumque ſub eiſdem reſpectivè pœnis præcipimus, & expreſsè interdicimus, ut non ſolùm in præmiſſis omnibus favores ejuſmodi minimè procurare, ſed nec etiam ſpontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & ſimiliter, nec ad hunc effectum munera aliqua prædictis Perſonis exhibere præſumant.

6 Prætereà omne, & quodcumque prætenſum jus, ſeu aſſertam conſuetudinem, quæ potiùs abuſus dici debent, Diffinitores, vel Guardianos in ipſius Ordinis Capitulis Provincialibus, vel Congregationibus Intermediis nominandi, præſentandi, ſeu proponendi, Provinciis, Conventibus, ac Fratrum collocationibus ſuperintendendi, quovis titulo convenientiæ, vel directionis, ſeu alio qualitercumque nuncupato inducta, obtenta, & intruſa in perpetuum ſimiliter caſſamus, & abolemus, ac caſſata, & abolita eſſe, & cenſeri debere, cuicumque in poſterum tales nominationes, præſentationes, & propoſitiones, aliaque præmiſſa faciendi facultate penitùs interdicta ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon inhabilitatis ad officia obtenta, & alia in futurum obtinenda ipſo facto incurrendis pœnis, decernimus, & ordinamus. Declarantes proptereà eos, qui Superiores, vel Diffinitores Generales, Officiales Romanæ Curiæ, Provinciarum Miniſtri, vel qui inter ipſos juxta dicti Ordinis Statuta connumerantur, quique Cuſtodes etiam, aut Diffinitores Provinciarum fuerint, ex officiis, quibus functi ſunt, nullum habere, vel prætendere poſſe jus, arbitrium, ſuperintendentiam, intelligentiam, vel quocumque alio nomine nuncupetur, præeminentiam in Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliiſque diſpoſitionibus, ſed liberum omninò ſit Provincialibus, & Diffinitoribus (nullo ad prædictos Patres habito reſpectu) de Conventibus diſponere, Guardianos inſtituere, Fratres collocare, aliaque exequi, prout communi Provinciarum bono magis convenire cenſuerint. Ipſis etiam Provinciarum Miniſtris, Cuſtodibus, ac Diffinitoribus nunc, &

G

pro tempore exiſtentibus ſub eadem pœna privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo quoque incurrenda diſtrictè inhibemus, ne titulo convenientiæ, vel directionis, ſeu alio quocumque nomine Conventus invicem partiri, in eiſque Guardianos nominare, proponere, & præſentare audeant, cùm intentionis noſtræ ſit, omnes, & quaſcumque ejuſmodi Conventuum diſtributiones, Guardianorum nominationes, & præſentationes penitùs tollere, & abrogare.

7 Præcipientes omnibus, & ſingulis Fratribus dicti Ordinis ſuffragium, & vocem activam habentibus in Capitulis & Congregationibus Provincialibus, ut priuſquàm ad electiones deveniant, has preſentes litteras legi faciant, omneſque, & ſinguli obſervare jurent, quo ſcilicet depoſitis privatis ſtudiis, & affectionibus, nullaque dictorum Patrum habita ratione, eos tantùm in Provinciales, Cuſtodes, Diffinitores, & Guardianos liberè eligere, & approbare valeant, qui juxtà Apoſtolicas, & dicti Ordinis Conſtitutiones eligi debent, quoſque prævia meritorum qualificatione digniores, ac ipſis Provinciis, & Conventibus regendis utiliores, & ad id magis idoneos dijudicaverint.

8 In deputatione autem Familiarum, ſeu deſtinatione Conventuum in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus hujuſmodi facienda, ut juxtà Conventuum exigentiam, & Perſonarum merita Religioſi opportunè collocentur, præcipimus, & mandamus ſub vocis activæ privatione, aliiſque arbitrio Superiorum Generalium infligendis pœnis, ut in iiſdem Capitulis, & Congregationibus Familiæ Fratrum ab integro Diffinitorio deputentur, & Conventus deſtinentur, Fratres verò ſub pœna etiam carceris formalis arbitrio Miniſtri Provincialis ad Conventus ſibi aſſignatos ſe conferre, ibique commorari teneantur, niſi legitima excuſentur cauſa ab ipſo Diffinitorio approbanda, & Guardiani aliquem ſine cauſa reſpuentes, privationis ſui officii pœnam incurrant; at ſi cauſa ſubſit illum rejiciendi, eam Superioribus Provincialibus deferre debeant, quæ ſi legitima, & rationabilis eorum judicio probabitur, tunc Religioſum ſic rejectum ad alium Conventum mittere valeant.

9 Quia tamen in Provinciarum regimine nec abuſus tolli, ſed potiùs augeri, nec omnimodam libertatem in electionibus, & deputationibus familiarum hujuſmodi, prout par eſſet, pluribus ab hinc annis obtineri poſſe non uno experimento compertum habemus, eò quòd Superiores officio functi, ac fermè ſemper iidem Provinciarum Patres Diffinitoria ingrediantur, ibique locum, & votum habeant, pernicioſis hujuſmodi malis occurrere cupientes, neque Provinciarum gubernia juxtà ipſius Ordinis Conſtitutiones ſingulis trienniis ex integro immutentur, & nullatenùs perpetua reddantur, providere volentes, cùm aliquando contingat, ſuffragia perpetua Patrum, quos habituales vocant, votis Diffinitorum actualium æqualia eſſe, immò illa excedere in grave ipſarum Provinciarum præjudicium, quandoquidem ipſis dumtaxat Diffinitoribus jus ſit in Capitulis hujuſmodi pro earumdem Provinciarum majori bono, & felici gubernio Religioſos ad officia eligere, ac proinde in hac parte litteris ſanctæ mem. Pii V., Clementis VIII., & Gregorii XV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum itidem Noſtrorum hac ſuper re emanatis inſiſtentes, omnia, & quæcumque perpetua ſuffragia tàm de jure, quàm de conſuetudine, quoquomodo in Capitulis, Congregationibus, vel Diffinitoriis particularibus Provinciarum, & Cuſtodiarum, tàm de Obſervantia, quàm Reformatorum, Diſcalceatorum, Recollectorum, Tertiariorum, vel alio nomine nuncupatorum, quibusvis Fratribus hactenus quomodolibet competentia, motu, ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine paribus harum ſerie etiam perpetuò revocamus, annullamus, & abrogamus, nulliuſque roboris, & momenti deinceps fore, & eſſe declaramus. Volentes proinde in Capitulis Provincialibus hujuſmodi Guardianos, Diffinitores, Cuſtodes, & Provinciales Miniſtros, ac Præſidentes Capitulares vocem activam pro novo Diffinitorio eligendo, ipſoſque Miniſtros Provinciales ſuo tunc officio functos votum etiam conſultivum, & deciſivum in omnibus actibus Capitularibus unà cum novo Diffinitorio, & Præſidente in futurum dumtaxat habere; in reliquis verò Diffinitoriis particularibus, & Congregationibus intermediis ſolos Provinciales Miniſtros, Cuſtodes, & Diffinitores hujuſmodi voce conſultiva, & deciſiva, uti, & frui debere.

10 Cùmque eadem prorsùs ſit ratio de Capitulis, & Congregationibus generalibus, & ne etiam ob hanc ſuffragiorum perpetuitatem aliqui ex dictis Religioſis ſanctæ, & Seraphicæ humilitatis obliti, ſpiritu ſuperbiæ inflentur, vel diuturnitate gubernandi allecti ſubeſſe dediſcant, & alii eorum exemplo ſimili cupiditate accendantur, priuſquam hujuſmodi ſcandala in Ordinis, & animarum detrimentum invehantur, idipſum quod de Capitulis, & Congregationibus Provincialibus diſpoſuimus, ut præfertur, ad Congregationes etiam, & Capitula Generalia dicti Ordinis extendimus. Inhibentes propterea omnibus, & ſingulis prædicti Ordinis Patribus, ne in Capitulis, & Congregationibus Generalibus præfatis quiſquam eorum in poſterum cujuſcumque habitualitatis, etiam Generalatus prætextu ſuffragium ferre poſſit pro Superioribus Generalibus, vel Diffinitoriis noviter eligendis, ſed illi tantùm inibi votum habeant, qui juxta Ordinis Conſtitutiones de corpore Diffinitorii Generalis fuerint, ita tamen, ut ipſi Superiores Generales officio functi in illis Capitulis, & Congregationibus, in quibus eorum munus expleri, ſeu ceſſare contigerit, votum conſultivum, & deciſivum in omnibus actibus Capitularibus obtineant, quibus abſolutis ſoli Miniſter & Commiſſarius Generales noviter electi cum eorum Officialibus Curiæ, & Diffinitoribus univerſum Ordinem, vel Familiam reſpectivè, ſecluſis quibuſcumque Ordinis Diſcretis valeant, & debeant moderari; ita quòd Superiores Generales hujuſmodi in arduis Ordinis, vel Familiæ negotiis aliquos ex Diſcretis, & Patribus præfatis, quos maluerint, conſulere, & etiam ad ordinarios Congreſſus, ſi id commodè fieri poterit, vocare debeant, prout Religionis bono conducere exiſtimaverint.

11 Porrò quod attinet ad ſubrogationem Patrum in Capitulis, & Congregationibus, ſive particularibus Diffinitoriis, aut Congreſſibus tam Generalibus, quàm Provincialibus, ea omnia ſervari debere mandamus, quæ aliàs per Statuta dicti Ordinis præſcripta reperiuntur, itaut ſecundùm uniuſcujuſque gradum, & dignitatem primò Ordinis, & Familiæ Diſcreti, deinde Ex-officiales Romanæ Curiæ, ac Ex-diffinitores Generales, poſteà Ex-miniſtri, & Provinciæ Patres reſpectivè juxta eorumdem Statutorum diſpoſitionem ſubſtituantur, & ſubrogentur: Volentes tamen, quòd Provinciarum Miniſtri officio functi, & qui inter eos ad præſcriptum Conſtitutionum Ordinis præfati connumerari ſolent, ſive ſint Ex-guardiani Hieruſalem, Ex-ſecretarii, aut Ex-commiſſarii Generales in partibus Indiarum, vel Lectores jubilati de numero, ac alii hujuſmodi inter ſe ita æqualem omninò ordinem de cætero perpetuis futuris temporibus ſervent quoad ſubſtitutiones hujuſmodi, ut illi primo loco ſubrogentur, qui priùs inter Provinciarum Patres, ſeu Ex miniſtros locum fuerunt adepti, quamvis eaindè ipſos Provinciarum Miniſtros, qui reverà officio functi ſunt, poſt alios non anteà Miniſtros contingat ſuffragari, cùm mentis, & intentionis Noſtræ ſit, ut hoc ſubſtituendi, & ſuffragandi jus non in aliquot tantùm, ſed in omnibus Patribus, quibus illud competit, ſuum ſortiatur effectum.

12 Quoniam verò in ſupradictis Urbani Prædeceſſoris Conſtitutionibus, non minùs contra Fratres favores extra Ordinem præfatum attendentes, vel conquirentes, quàm ſuper abolitione prætenſi juris, conſuetudinis, vel arbitrii Patrum ejuſdem Ordinis, qui officiis functi fuerant, editis, pœna excommunicationis adversùs tranſgreſſores ipſo facto incurrenda infligitur; ne ex hoc Religioſorum dicti Ordinis conſcientiæ ſcrupuli ingerantur, ac laquei ſtruantur in gravem animarum ſuarum perniciem; eiſdem Conſtitutionibus, firma remanente in reliquis earum diſpoſitione, in hac parte tantùm derogantes, pœnam excommunicationis hujuſmodi in illam privationis officiorum, ut præfertur, quæ tamen non niſi à Nobis, & Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris relaxari valeat, commutamus.

13 Decernentes eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd Superiores, & Fratres Ordinis præfati, aliique quilibet cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſeu aliàs ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, ſeu ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas ipſæ præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia quali-
bet,

Digitized by Google

bet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, alio ve quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adversùs illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, neque eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta hujuſmodi ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam à Nobis, ac Succeſſoribus præfatis pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, niſi de ipſis litteris, earumque diſpoſitione fiat mentio ſpecialis: ſed ab illis ſemper excepta, & perpetuò valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari, & adimpleri; ſicque, & non aliter in præmiſſis cenſeri, atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

14 Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenùs opus ſit Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, & fel. rec. Gregorii XIII. ac ejuſdem Urbani VIII. & Alexandri VII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, per quas ſuffragia perpetua in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus, & Generalibus Patribus Ordinis, & Provinciarum conceſſa fuerant, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non dicti Ordinis, ejuſque Congregationum, Reformationum, Provinciarum, & Conventuum quorumcumque, aliiſque quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Uſibus, Stylis, & Conſuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini, ejuſque Superioribus, Fratribus, & Perſonis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, ac quantiſcumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

15 Volumus autem, ne ullo umquam tempore hæc in oblivionem, ſeu deſuetudinem abeant, ut Superiores Generales, vel eorum Commiſſarii in Provinciarum viſitatione ſub iiſdem privationis officii, vociſque activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrendis pœnis, quæ nonniſi à Nobis, vel Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris ſimiliter relaxari valeant, de contentorum in hac noſtra ſanctione obſervantia diligenter inquirant, ac tranſgreſ-

Urſaya Miſcellaneum.

ſores in vocis activæ, & paſſivæ privationis pœnam incidiſſe, & ad officia Ordinis inhabiles eo ipſo declarent; utque earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus ex Secretariis Miniſtri Generalis, aut Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Officii ejuſdem Miniſtri, aut Procuratoris Generalis ipſius Ordinis, vel alterius Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſùs fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XVI. Novembris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Loco ✠ Annuli Piſcatoris:

G A

1 GAllia, & Hiſpania ſunt duæ Europæ Lances, quibus cætera Regna penduntur, Angliaque Lingula, ſeu Libripendens, *Klockus de Ærar. l. 1. c. 7. n. 57. fol. 194.*

2 Garzias appellatur Elaboratus Collector, ſed non magnus Doctor, *à Card. de Luc. de Benefic. diſc. 54. in fin.*

3 Gaudere ſi via per unum diem, radas barbam; per ſeptimanam, vade ad Nuptias; per menſem, eme pulchrum Equum; per ſemeſtre, eme pulchram Domum; per annum ducas pulchram Uxorem; ſi ſemper vis eſſe lætus, & gaudens, ſia ſobrius.

4 Generatio: Ut generent unam confuſo ſemine Prolem,
Corrumpunt corpora Vir, Mulierque duo.

4 Il ſecondo. Generare, & naſci &c. fortuitum, nec ultra æſtimatur, *Tacit. l. 1.*

4 Il terzo. Genus, & Proavos, & quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra voco, *Ovid. Metamorph. l. 13.*

5 Gigantes ancora naſcono bambini, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 6. c. 6. n. 5.*

6 Girandola: Concremor, ut ſpectcr, *Votum Anſaldi in Neapolitana Aſſignamenti anni 1712. §. Obliviſcebamur.*

7 Gladiator excellens accenna la ſtoccata al petto di un maggiore di ſe, imperito dell' arte, e poi li perdona il colpo, *Pallav. Iſtor. del Conc. l. 1. c. 2. n. 4.*

8 Gloſſatoris officium eſt obſcura diſſerere, manifeſta perſtringere, & in dubiis immorari, *D. Hieronym. in Proem. l. 2. epiſt. ad Galat.* ſequutus *à Guillalb. in Approvation. lib. Joſeph Moren. de Promovend. ad Sac. Ordines.*

9 Gradus excelſior invidiam generare ſolet, *Rot. in Pampilonen. Manutentionis 10. Maji 1706. §. Utrumque coram Caſſarell.*

10 Graduum computatio facienda eſt juxta jus Canonicum in conferendis ſubſidiis dotalibus, *Cong. Conc. in Eugubina 18. Decembris 1723.*

11 Græcus Sacerdos conjugatus ante Miſſam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abſtineat ab Uxore, *Clem. VIII. conſtit. 34. §. 5. in Bullar. nov. tom. 3.*

12 Græci non comprehenduntur in Apoſtolicis Conſtitutionibus, non facientibus de illis expreſſam mentionem, *Piſana celebrationis Miſſarum*, de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept. 9.*

13 Inter Græcos tolerandus eſt uſus carnium die Sabbathi, ſed inter eos tantùm, & in ipſorum locis, *Clem. VIII. in Bullar. nov. tom. 3. Conſtit. 34. §. 6.*

14 Grammaticæ regulas obſervare non eſt magna laus, eſt tamen maximus defectus illas ignorare, *Chiflet. in Grammat. Gallic. in epiſt. ad Lector.*

15 Grammaticales regulæ attenduntur in interpretatione ultimarum voluntatum, *Rot. dec. 136. n. 10. p. 18. rec.*

16 Grammaticus: Emptis quod Libris tibi Bibliotheca referta eſt.

17 Doctum, & Grammaticum te Philomuſe putas.

18 Hoc genere, & chordas, & plectra, & barbita conde;

19 Mercator hodiè, cras Citharædus eris.

20 Grammatici in tumulo inſcriptio:

21 Grammaticam didici multos, docuique per annos,

22 Declinare tamen non potui tumulum.

23 Grammatici potiùs me reprehendant, quàm non intelligant Populi, *S. Auguſt.* ſequutus *à Solorzan de Jur. Indiar. tom. 1. in epiſt. ad Lector.*

24 Gratia: Plus acquiſivimus, qui plus perdidimus, quia beatiores nos facit Dei gratia, quam noſtra innocentia.

25 Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia namque

Digitized by Google

26 Cùm fieri properat Gratia grata magis, *Auſon.*

27 Gratia ſtat in lingua Principis, in ſcriptura teſtimonium, & in exequutione commodum, *Ric. dec. 2. n. 5. p. 2.*

28 Gratia dignus non eſt, qui Canonum conditorem contemnit, illique Injuriam facit, *Clem. VII. apud Corrad. in Prax. Diſpenſation. l. 8. c. 3. ſub n. 11.*

29 ſine Gratia la Giuſtizia è la miſera condizione dell' Inferno, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 4. c. 5. n. 11.*

30 Gratiarum conceſſiones *in Roma vanno lentamente col piede di piombo, e per ciò ſi ſigillano con l' impronto di piombo, Creſcent. de Nobilitat. part. 2. fol.* 587. relatus *à Carthar. in Syllab. Advocat. Conſiſtorial in Vita Bernardini Scotti fol.* 208.

31 Gratiam, in commune ſparſam, ab omnibus accipi, reddi à nemine, *Strad. de Bell. Belgic. anno 1559. lib. 1. fol. 33.*

32 Gratiarum expeditionis negativam difficile eſt invenire ante annum 1600. ex deficientia aliquorum Librorum: in quibus regiſtrari ſolebant, *Rodulphin. alleg. 180. n. 49.*

33 Gratiarum actiones ſono una moneta di cui hanno i Principi miniera ineſauſta nella penna, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. l. 1. c. 25. num. 4.*

34 Gratias agendo, & injurias ferendo, quietam vitam uſque ad ſenectutem procuraſſe, refert *Lipſius.*

35 Gratianus ſicuti felix fuit in ordinando alienos labores, ita infelix in iis quæ fuerunt proprii ingenii, *Card. de Luc. de Uſur. diſc. 29. num. 11. & de Fideicomm. diſc. 43. num. 20.*

36 Gratitudo: Decet quidem cunctos Patriæ ſuæ augmenta cogitare, ſed eos maximè, quos Reſpublica ſibi ſummis honoribus obligavit; quia ratio rerum eſt, ut eum neceſſe ſit plus debere, qui viſus eſt, majora ſuſcipere, *Caſſiod. Var. l. 4. epiſt. 30. in princ.*

37 Gratitudo: In officiis charitatis primo loco illis tenemur obnoxii, à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe, *cap. Cùm in officiis de Teſtam.*

38 Gratum quod voles eſſe, rarò efficе, *Senec. de Benefic. l. 1. c. 14.*

39 Gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel, *Senec. de Benefic. l. 3. c. 6.*

40 Gratius multò venit, quod facili, quàm quod plena manu datur; exiguum eſt, quod in me contulit, ſed amplius non potuit, *Senec. de Benef. l. 1. c. 7.*

41 Gravamen ſe conqueruntur accepiſſe, unde expectabant levamen, *S. Ivo epiſt. 183.* citatus *in Religion. Regn. Neapolitani vindicat. fol. 70.*

42 Gregorii IX. reſponſio Friderico Imperatori hæc impiè aſſerenti:

43 *Fata docent, Stellæque monent, Aviumque volatus,*

44 *Quod Federicus ego malleus Orbis ero.*

45 *Roma diu titubans variis erroribus acta*

46 *Corruet, & Mundi deſinet eſſe caput.*

47 *Paris in Hiſt. Angl.* ſequutus *à Bernin. nell' Hiſtor. dell' Ereſ. ſect. 13. cap. 3. de Gregor. IX. tom. 3. ubi refert ſequentem reſponſionem ejuſdem Gregor. IX.*

48 *Fama refert, ſcriptura docet, peccata loquuntur,*

49 *Quod tibi vita brevis, pœna perennis erit.*

50 Guardianorum appellatione in Confraternitatibus ſecularibus non venit Primicerius, & Prior earumdem, *Romana in tom. 2. p. 1. diſcept. 2.*

51 Gubernatio. Vide Sanctitas.

52 ad Gubernationem externam non poteſt Confeſſarius uti ſcientia in Confeſſione habita, *Inſtit. crim. lib. 1. tit. 10. §. 2. n. 151.*

53 Gubernator ubi non eſt, Populus corruet; ſalus autem ubi multa conſilia, *Proverb. 11. 14.*

54 Gula multò plures occidit, quam gladius, *Card. Bona in Manud. ad Cal. c. 4. §. 1. in fin.*

55 Gulæ pone metas, ut ſit tibi longior ætas.

56 Gutta cavat lapidem, non vi, ſed ſæpè cadendo;
Sic homo fit doctus, non vi, ſed ſæpè ſtudendo.

H A

1 HAbet, quod vult, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt, *Senec. epiſt. l. 19. epiſt. 109.*

2 Habita ſit, ut potius laudetur Dominus, quàm Domus, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt Oper. Senec.*

3 Habitare: Si continentiæ ſtudes, habita, non amenè, ſed ſalubriter, nec Dominum eſſe velis notum à Domo, ſed Domum à Domino, *Senec. de Quat. virt. tit. de Continent.*

4 Habitus parvi an benedici debeant à Parochis, vel à Religioſis, poſteà introductis in eadem Parochia, *Cong. Epiſc. in Mediolanen. Confraternitatis 1. Martii* 1708. *Ponente Card. Corſino*, de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept. 24.*

5 Hebræa Mulier, Viro relicto, Chriſtianam Fidem amplexa fuit, permanſitque innupta, ſperans ejus Virum Catholicam Religionem amplexurum, qui ducta alia Muliere Hebræa in uxorem, poſt multos annos unà cum ipſa Catholicam Fidem amplexi fuerunt. Ipſa autem repetente Virum, *Cong. Conc. in Florentina Matrimonii 1. Julii* 1679. reſpondit, referendum Sanctiſſimo ejus Votum, ſcilicet debere Virum redire ad primam, *Lib. 30. Decr. fol. 352. à tergo.*

6 Hebræa Mulier, à Marito repudiata poſt amplexam Catholicam Fidem, an poſſit matrimonium cum Chriſtiano contrahere, cum, vel ſine interpellatione Mariti, *Congr. Conc. in Florentina 17. Januarii* 1722.

7 Hebræi: Non eſt iraſcendum contra Hebræos, qui Chriſtum mortuum irrident; ſed contra Chriſtianos, à quibus Deus vivens irridetur, *S. Auguſt.*

8 Hæreditas major venit unicuique à legibus, quàm ab iis à quibus illa bona relicta ſunt; nam, ut perveniat ad nos fundus, teſtamento alicujus fieri poteſt; ut retineamus, quod noſtrum factum eſt, ſine lege non poteſt, *Cicer.* ſequutus *in Synod. Benevent. p. 1. fol. 139.*

9 Hæres inſtitutus ſub conditione, ne Mulierem inhoneſtam in Uxorem ducat, hæreditatem amittit, ſi idem præceptum non ſervat, *Cong. Conc. in Nullius 19. Decembris 1626. lib. 13. Decr. fol. 162.*

10 Hæres: Quæ malè quæſieris, malè dilabentur, & hæres tertius has rarò diſfluet inter opes, *Cat. min. lib. 1.*

11 Hæredis qualitas ex quibus dicatur inducta, *Rot. in Nullius &c. 2. Decembris 1705. coram Kaunitz.*

12 Hæredem qui vult facere Eccleſiam, Conſanguineis exhæredatis, alium quærat, quàm Auguſtinum; imò Deo propitio, neminem inveniet, *S. Auguſt. ſerm. 52. de Vit. cleric.* relatus *in can. Quicumque 17. q. 4.*

13 Hæreſes ad ſuam originem duxiſſe, confutaſſe eſt, *S. Hieronym.*

14 Henricus VIII. Conjugium tibi Rex fœcundet Numina longo ſemine, nec ſterilis ſit tibi progenies. Qui verſus ſi legantur ordine inverſo ſignificant oppoſitum, de facto ex juſto Dei judicio verificatum.

15 de Hermaphrodito: Cùm mea me Genitrix gravida geſtaret in alvo,
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt, Phœbus ait, Mars fœmina, Junoque neutrum:
Cùmque forem natus, Hermaphroditus eram,
Quærenti lætbum; Dea ſic ait, occidet armis,
Mars cruce, Phæbus aquis, ſors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis,
Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper.
Pes hæſit ramis, caput incidit amne, tulique
Fœmina, Vir, Neutrum, Flumina, Tela, Crucem, *Epigram. ſelect. var. fol. 150.*

16 Hermaphrodita Mulier, recepta in aliquo Monaſterio, non eſt admittenda ad Profeſſionem, etiamſi ſexus fœmininus prævaleat, *Congr. Conc. in Dub. Profeſſionis 6. Decembris* 1721.

17 Hermaphrodita, ſi fiat Monialis, Profeſſio irrita eſt, *Cong. Conc. in Spoletana 14. Martii* 1722.
Quo caſu reſtituenda eſt ei dos, *Sac. Congr. dict. die ad 2. dubium.*

18 Hieroſolymitano Equiti, neque de jure competit, nec concedenda eſt ex gratia facultas ſibi arrogandi Filios, *Cong. Conc. in Placentina Arrogationis 4. Maji 1697. & Bertacchin. vot. deciſ. 177.*

19 Hilarem fac vultum tuum in omni dato, *Eccleſiaſt. 35. 12.*

20 S. Hilarius, vocatus Gallus, reſpondit, *Ego non ſum Gallus, ſed Epiſcopali munere fungor in Gallia*, referente *Franc. de Eccl. Cath. cap. 33. n. 19.*

21 Hiſpaniarum Cleri. Vide Cleri Hiſpaniarum.

22 Hircus cum Pueris, Puer unus, Sponſa, Maritus,
Cultello, limphis, fune, dolore cadunt.

23 Hirudo: Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo, *Horat. de Art. poetic.*

24 Hiſtoria eſt veriſſima diſciplina, exercitatioque ad res civiles, *Polib. lib. 1.*

25 Hiſtoria, quò antiquior, eò præſtantior in veritate, *Baronius*, ſequutus *à Sarnell. in epiſt. circa Corpus S. Barthol. fol. 46.*

26 Hiſtoria antiquitatis eſt nuncia, *Cic.* relatus *in Dedicator. Joſeph. Antiq. Judaic. Francofurt. impreſſarum anno* 1580.

27 Hi-

27 Hiſtoria dicitur veritatis lux, & vitæ magiſtra, *Cicer. lib.2. de Orat.*

28 Hiſtoricorum numero non conſuevimus æſtimare veritatem Hiſtoriæ, ſed quanta fide polleat primus dictor cujuslibet aſſertionis; nam reliquos primum ſequi Authorem, & ejus veſtigiis inhærere, frequentiori uſu in more poſitum reperimus, *Baron. ad ann.1125.n.12.*

29 Hodie mihi, cras tibi, *Rota in Romana Redditionis Rationis 14. Decembris* 1708. *§.fin. coram Anſald.*

30 Homicidii crimen eſt, in hominis ſalute peccare, *Caſſiod. var.l.6. epiſt.19.poſt med.*

31 Homo manè dicitur quadrupes, quia Infans incedit manibus, & pedibus: Meridiè bipes, quia Vir factus ſolis pedibus ambulat: Veſperè tripes, quia ſenex ſcipionis auxilio procedit, *Rot.dec.117.n.15.par.15.rec.*

32 Homo longus, rarò ſapiens, ſeu, *El grande ae cuerpo no es mas Hombre*, *Gratian. Criticon. par.1. critic.7.*

33 Homo: Conſideraverim cum lacrymis, de quo factus ſit Homo; quid faciat Homo; quid facturus ſit Homo ſanè formatus de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam; agit prava, quæ non licent, turpia, quæ non decent, vana, quæ non expediunt; fit cibus ignis, eſca vermium, & maſſa putredinis, *Innocent. III.*

34 Homo: Cornu Bos capitur, voce ligatur Homo.

35 Homo pejor in Mundo reperiri non poteſt, quàm qui aliter vivit, quàm vivendum eſſe præcipit, *S. Auguſt.*

36 Homo: Unde ſuperbit homo, cujus conceptio culpa,
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori?

37 Homo non conſiderans ſuum ſtatum: Filius Dei comparitur, & plorat: Et Filius Hominis paritur, & ridet.

38 Homo naſcitur ad laborem, & Avis ad volatum, *Job 5.7.*

39 Homo doctus: Non unius loci vir debet dici, à quo multa videntur impleri, *Caſſiod. Var.l.4.epiſt.4.poſt med.*

40 Hominis fervidioris, ac minùs accurati ingenii hoc vitium eſt, ut plus mente concipiant, quàm cernant oculis, eaque omnia Adverſariis tribuant, quæ ipſi præpropera nimis, ac indiligenti lectione animo imbiberunt, *Anaſt. Germon. de Veter. rer. Flancor. diplom. c.5. fol.* 207.

41 Homini probo ad rogandum os obruit, & rubor in faciem ſuffunditur; & proinde, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus, *Senec. de Benef. l.2. c.1.*

42 Hominem non peccare in multis, difficile eſt, vel penitùs ignorando, vel malè judicando, vel negligentiùs conſcribendo, *Caſtell. in Lexic. medic. in epiſt. ad Lector.*

43 Homines aliquando non vulneris vi, ſed Chirurgorum opera interiiſſe obſervavimus, *Manget.*

44 Homines otioſi eſſe non ſolent in iis, quæ proprium commodum reſpiciunt, *Ninot. dec.71.n.6.*

45 Homines plus credunt in rebus ſuis habere, quàm effectivè habeant, *Anſald. in Vot. Neapolit. Aſſignamenti* 3. *Junii* 1712. *§. Poſt hæc.*

46 Homines illis ferè laborant vitiis, quæ ardentiſſimè accuſant, *Anonym. in Brev. cap. Noſce alios fol.6.*

47 Hominum puſillæ ſtaturæ è proprio l'alzarſi in punta di piedi, *Pallav. nell'Iſtor. del Conc. l.6. c.6. n.2.*

48 Homines formidoloſi ea timent, quæ nulla digna ſunt ſuſpicione, *lege final. §.1. Codice de jure deliberand.*

49 Homines imperiti ſola forma differunt à beſtiis.

50 Homines quoſdam ut venena naſci, qui nullum aliud abominati ſpiritus præmium novere, quàm odiſſe omnia, *Juſt. Lipſ. in Orat. ad Calum.*

51 Hominum aliquorum qualitates: Sunt aliqui judicio tam ſtulto, & pertinaci, ut nihil benè actum contendant, niſi quod ipſis placet; ſunt alii, iis multò pejores, qui quæ Domi privatim in angulis, in ſeceſſu, atteſtante conſcientia, optima judicant, foris in ſuggeſto, in publico inter Homines ubique damnant, & vituperant, *Gloſſ. in proem. 6. Decret. §. Prioribus illis.*

52 Hominum litteratorum fatum eſſe videtur, ut quæ magnis ſudoribus acquiſiverunt, brevi tempore ab eorum Hæredibus diſſipentur, *Card. de Luc. de ſervit. diſc.74. n.1.* loquens de Adv. Ronconio.

53 Hominum ſapientiſſimorum humanitate, & familiaritate perfrui poſſe, Dei donum eſt, *Card. Celſ. in epiſt. nuncup. ad Deciſ. ad Clem. IX.*

54 Honeſtum ei vile eſt, cui corpus nimis charum eſt, *Sen. l.1. epiſt.14.*

55 Honeſtum omne in arduo eſt, *Senec. de Benefic. lib.2. cap.18.*

56 Honeſta fac, etiam ſi nullam tibi allatura ſint gloriam; Vulgus enim malus rectè factorum arbiter eſt.

57 Honeſta omnes faciliùs probamus, quàm ſequimur, *Senec. Epiſt.20.*

58 Honeſtè cedit, qui tempori cedit, *Lipſius.*

59 Honor verus non in ſplendore titulorum, ſed in judiciis Hominum reponitur, *Plin. in Panegiric. Trajan.*

60 Honor da gl'animi nobili non par, che mal ſi compri con la vita, *Pallav. nell'Iſtor. del Conc. l.3. c.17. n.4.*

61 Honor eſt, qui ſeparat ſe à contentionibus. *Prov.20.3.*

62 Honorarium duplex debetur Advocato, quando adimplet etiam partes Procuratoris, *Coſtantin. ad Statut. Urb. adnot.63. art.1. n.63.*

63 Honoris æmulatio pro neceſſitate erat, *Tacit. in Vita Agricolæ.*

64 Honori totum datur, ſanctitati nihil, aut parum: abſit, inquiunt, non decet, tempori non congruit, majeſtati non convenit, quam geras Perſonam attendito: de placito Dei ultima mentio eſt, *S. Bernard. de Conſid. ad Eugen. l.4. c.3.*

65 Honores: Il tempo della concorrenza alli onori, è come l'aria ſottile, che ſcuopre tutti i mali, *Pallav. nell'Iſtor. del Conc. lib.15. c.6. n.5.*

66 Honores conſequi, ſæpè fortuna eſt, mereri ſemper virtutis.

67 Honoribus majoribus functos, ad minores revocari rationis non eſt, *leg. Majoribus Codic. Quemadm. civil. mun. indicant lib.*10. ubi *Gloſ. verb. Majoribus*, quod honores aſcendendo, non deſcendendo conferendi ſunt, *Gonzal. ad regul.8. Cancellar. gloſſ.*33. *n.*20.

68 Hora fugit, celeri properat Mors improba greſſu,
Et tegitur Cœlo quidquid acerba rapit.

69 Horologium arenarium, & Clepſydra:
Temporis hic index tenui qui pulvere manat,
Jamdudum Græcis Clepſydra fluxit aquis.
Humor humus factus, nos certè, & noſtra figurat,
Dum vita eſt, lacrymæ, dum morimur, cineres.

70 Horrea citò expenduntur, quæ aſſidua non fuerint additione fulcita: Theſaurus ipſe quam facilè profunditur, ſi nullis iterum pecuniis compleatur, *Caſſiod. Var. l.11. in præfat. ante fin.*

71 Hortus dicitur ab ortu, quia ibi ſemper aliquid oritur.

72 Hoſpes turpiùs ejicitur, quàm non admittitur, *c. Quemadmodum de jurejur.*

73 Hoſpitalis Cappellano quæ functiones competant in concurſu Parochi, *Congr. Epiſc. in Foroliviem. 2. Julii* 1719. *Ponente Cardin. Corſino*, de qua *in tom.4. par.2. diſcept.17.*

74 in Hoſpitii publici fundatione quando adminiſtrari debent Sacramenta, ſervandæ ſunt Conſtitutiones Apoſtolicæ, *Rota deciſ.124. num.27. par.12. & deciſ.231. num.11. & 12. par.13. recent.*

75 Hoſpitii translationi locus eſt, juſta accedente cauſa, *Congr. Epiſc. in Novarien. 24. Julii* 1711. de qua *in tom.1. p.2. diſcept.7.*

76 Hoſpitium privatum facilè concedi ſolet Religioſis, *Cong. Epiſc. in Mantuana Hoſpitii Roverbelli 8. Auguſti* 1710. *Ponente Cardin. Gozzadino*, de qua *in tom.1. par.2. diſcept.8.*

77 Hoſtem unum qui ſponte ſuſcipit, multos invitus invenit, *Paul. Emil. l.1.*

78 Humanæ res feliciores eſſent, ſi omnia Regna eſſent parva, & concordi vicinitate lætantia, *S. Auguſt. de Civ. Dei lib.4.*

79 Humanæ malignitatis vitio vetera ſunt in laude, præſentia in faſtidio, *Quintilian.*

80 Humanæ infirmitatis hæc eſt natura, ut ea omnibus accidentibus graviſſimum putet quiſque quod patitur. Aliena enim cogitatione, noſtra dolore tractantur, *Quintilian.* ſequutus à *P. Segn. Prodic.27. num.10.*

81 Humani ſaltem, ſi non Chriſtiani paululum pudoris habe, & quod me mones, ipſe facito, *S. Hieronym. adverſus Rufin. lib.3.*

82 Humano judicio ita benè vix quidquam providenter ſanciri poteſt, quin uſus ſæpè aperiat, doceatque, id quod ſalubre fore credebatur, minus experiendo prodeſſe, *Gregor. XIII. Conſt.85. in princ.*

83 Humani incertitudo judicii ſic in futurorum eventibus fallitur, ut quod conjectura pollicetur, damnoſum aliquando contingat, *Extravag. Quia in futurum de Torneam. & Rota in Firmana Immiſſionis 13. Maji 1715. in fin. coram Card. Falconer.*

84 Humilis: Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum, *Claudian.*

85 Humilibus nihil arduum eſt, & nihil aſperum mitibus; & facilè omnia præcepta veniunt ad effectum, quando & gratia prætendit auxilium, & obedientia mollit imperium, *S. Leo ſerm. 1. de Epiphan. Dom.* ſequutus *à Cherubin. in Compend. Bullar. ad Conſt. 56. Paul. V. ſchol. 2.*

86 Humilitas illa ante Dei oculos vera eſt, quæ ad reſpuendum hoc, quod utiliter ſubire præcipitur, pertinax non eſt, *Div. Gregor.* ſequutus *à Clem. XI. epiſt. ſelect. tom. 2. fol. 758.*

87 Humilitas totum, quod contemnit, adipiſcitur, *S. Ambroſ. in Luc. lib. 7.*

88 Humilitas: Perit omne quod agitur, ſi non in humilitate cuſtoditur, *S. Greg. lib. 8. moral.*

89 Hypocriſis: Non alloggia, ſe non nella Patria della virtù ſincera, *Pallavic. nell' Hiſtor. del Concil. lib. 1. cap. 25. num. 14.*

J A

1 EſT Januenſis, ergo Mercator, valet conſequentia, *Gobb. conſult. 136. num. 31. & Capon. diſcept. 399. ſub num. 22.*

2 Jaſonem recuſaſſe Cardinalatum, teſtis eſt *Caſſaneus*, relatus *à Capon. diſcept. 161. num. 24.*

3 Ibis, redibis non, morieris in bello, ſequutus *à Rot. in Bononien. Fideicommiſſi 14. Januarii 1709. §. Neque deinde coram Anſaldo.*

Idoneus: Satis enim incongruum eſt, ſi cùm unum ex his præſul magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad utrumque videatur idoneus, *Can. Presbyteros 16. q. 1.*

4 Jejunantis abſtinentia fiat pauperis refectio, *S. Leo hom. 3. Advent. & ſerm. 2. de jejun.*

5 Jejunare ſi benè volumus à cibis, ante omnis jejunemus à vitiis, *S. Auguſt. ſerm. 64. de Tempor. tom. 10.*

6 Jejunare: Quid prodeſt, ſi abſtineamus ab his, quæ aliquando licent, & faciamus illa, quæ numquam licent? *S. Auguſt. ſerm. 64. de Tempor. tom. 10.*

7 Jejunium: Qui à Paradiſi gaudiis per cibum cecidimus, ad hæc in quantum poſſumus per abſtinentiam reſurgamus, *S. Gregor.*

8 Jejunium illud Deus approbat, ſi hoc, quod tibi ſubtraxeris, alteri largiatis, ut unde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur, *S. Gregor. homil. 16. in Evangel.*

9 Jejunium ſiccum, uti ſuperſtitioſum, rigoroſè prohibetur *in Nona Synod. Benevent. cap. 3.* Illud ita explicatur: *Stulta Puella non niſi poſt mediam noctem bibebant, ineptè ſperantes, fore ut eadem nocte in ſomniis appareat is, qui ſic jejunam, & inſulſam ſit uxorem ducturus*, de qua *in Additam. Synodic. fol. 213.*

10 Jejunium: Plenus venter facilè de jejuniis diſputat, *Can. Gloria 12. quaſt. 2.*

11 Jejunium, uno die demandatum, poteſt ab Epiſcopo ex cauſa transferri ad alium diem, *Pignatell. conſult. 14. tom. 3.*

12 Jejunus venter non audit verba libenter.

13 Jeſuitæ an ſit capaces Penſionum Eccleſiaſticarum, *Faventina Penſionis*, de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept. 1u.*

14 Jeſuitarum ſolertia in cauſis defendendis explicatur *à Fattinell. reſponſ. 37. ſub n. 1. tom. 1.* & patet *ex Inſtitut. crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. n. 10.*

15 Ignaviæ culpa non eſt, quam excuſat miſeranda calamitas, *Caſſiod. var. lib. 5. epiſt. 6. circa med.*

16 Ignis, quò clarior fulſit, eò citiùs extinguitur; vivacior eſt, qui cum lenta, difficilique materia commiſſus ex ſordido lucet, *Senec. de Conſolat. ad Mart. cap. 23.*

17 Ignis: Res tua nunc agitur, paries cum proximus ardet, *Horatius.*

18 Ignis: Nutritur vento, vento reſtinguitur ignis:
Levis alit flammas, grandior aura necat.

19 Ignis, amor, tuſſis ſeſe indice produnt, *Nevizan. in Sylv. nuptial. fol. 365.*

20 Ignis aurum probat, miſeria fortes viros, *Senec. de Provid. §. 3.*

21 Ignominia: Nos dignos duxit, quos ſua honoraret ignominia, *S. Gregor. Nazianzen. & Baſil. de Julian. apoſt.*

22 Ignorantia: Vi ſono alcuni, che ſotto un virtuoſo ſilenzio naſcondono, e palliano una molto craſſa ignoranza, *Boccalin. ne' Ragnagli di Parnaſ. cent. 1. ragnag. 36.*

23 Ignorantia fidelis melior eſt, quàm temeraria ſcientia, meliuſque eſt neſcire, quàm errare, *S. Auguſtinus ſerm. 22. de Verb. Apoſtol.* relatus *à Column. in Comment. in Regn. Corſic. fol. 56. num. 5.*

24 Ignorantia: Nihil enim gravius, quàm ſi id, quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & defendat, verum eſſe, quod falſum eſt, *S. Clem. I. epiſt. 2. fol. 154.*

25 Ignorantia maxima injuſtitia eſt, & plerumque calamitas innocentiæ, *Pellegrin. in Prax. Vicar. par. 4. proœm. ante ſect. 1. num. 5.*

26 Ignorantibus *Pater Noſter, & Ave Maria*, non poteſt impediri contractus matrimonii, *Ricc. in Prax. par. 1. reſolut. 586. per tot.*

27 Ignorare: Solemus mala domus noſtræ ſcire noviſſimi, & Liberorum, & Conjugis vitia, vicinis canentibus ignorare, *S. Hieron. epiſt. 3. ad Sabin.*

28 Ignoſcere omnibus, æqualis crudelitas eſt, quàm nulli, *Senec. de Clem. lib. 1. cap. 2.*

29 Ignotum omne pro magnifico eſt, *Tacit. in Vit. Agric.*

30 Ignotum quod eſt, nec confutari, nec approbari poteſt, vel debet, *Anton. Quiring. de Scient. med. cap. 1. fol. 1*

31 Illiteratus: Magne Pater clamans, Occidit littera, in ore
Hoc unum ſemper, Littera occidit, habes.
Caviſti benè tu, ne te ulla occidere poſſit
Littera, nam nulla eſt littera nota tibi, *Thom. mor. apud Gonzal. in cap. Cùm in cunctis num. 13. de elect.*

32 Illuſtratio: Debet enim, quod illuſtrandæ alterius rei gratia aſſumitur, ipſum eſſe clarius eo, quod illuminat, *Quintil. lib. 8. cap. 13.*

33 Imaginativa Parentum ſolet eſſe cauſa ſimilitudinis filiorum, *Rot. in Romana Filiationis 5. Maji 1719. in fin. coram Falconer.* ubi quod quædam pudica Matrona liberata fuit à ſuſpicione adulterii ob picturam ſimilem filio, quæ erat in ejus cubiculo.

34 Imitatores habuit plurimos, parem neminem, proximos, ſed longo intervallo, unum, aut alterum.

35 Immemorabile tempus facit verum omne poſſibile, efficitque ut omnia præſumantur interveniſſe, etiamſi mille qualitatum concurſus fuiſſet neceſſarius, *Vaſquez l. 2. controv. illuſtr. cap. 81. num. 17. Manent. de Poteſt. juriſdict. p. 6. cap. 10. num. 15.*

36 Immemorabilis quomodo probanda ſit, an de primo, vel de ſecundo auditu à Majoribus: Vide *Rot. in Trajana Delationis Crucis 10. Decembris 1708. §. Sublato coram Aldobrand.*

37 Immemorabilis non cenſetur ſublata per Cæremoniale Romanum, *Rot. in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Februarii 1700. §. Sed dato coram Olmo.*

38 Immenſum eſt, quod ſine termino ſequitur, & parvum quidquid finitur.

39 Immodica nuſquam regi poſſunt, nec diu durare quidquid regi non poteſt, *Senec. de benef. lib. 6. cap. 31.*

40 Immunitate Eccleſiaſtica non gaudent blandis verbis ab Eccleſiis extracti, *Cong. Part. ſub die 22. Dec. 1716. approbata à Clemente XI.* de qua *in tom. 2. par. 2. diſcept. 10. num. 56.*

41 Immunitatem Eccleſiaſticam in multis caſibus reſtrinxit, & locum non habere declaravit Sanctiſsimus D. N. Benedictus XIII. mediante ejus Conſtit. quæ incipit, *Ex quo divina*, emanata die 8. Junii 1725. quam vide *in fine hujus litera I.*

42 Immunitate Eccleſiaſtica gaudet Clericus homicida, *Congr. Immun. in Salernitana, ſeu Trajana Clericatus 30. Decembris 1711. Ponente Mareſuſco*, de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept. 11.*

43 Impatientia: Non ſine juridica impatientia audiri poteſt, *D. Piton. de Controv. Patron. alleg. 56. num. 40.*

44 Impedimentum juſtitiæ publicæ honeſtatis, oriens ex matrimonio nullo, quando excedat primum gradum, vel potiùs extendatur ad quartum, *Cong. Conc. in Dub. Matrimonii 5. Decembris 1702.*

45 Impedimentorum matrimonialium accuſationes frequenter procedunt ex malevolentia, & per falſos teſtes probantur, *D. Thom. in 4. ſentent. diſt. 41. quaſt. 1. art. 5. ad 3.*

46 Imperare: Nihil eſt difficilius, quàm benè imperare: colligunt ſe quatuor, vel quinque, atque unum conſilium ad capiendum imperatorem capiunt; Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit, cogitur hoc tantùm ſcire, quod illi loquuntur, facit Judices, quos non oportet, amovet à Republica, quos debet obtinere. Quid multa? Optimus venditur Imperator, *Caracc. in vit. Pauli IV. fol. 60.*

47 Imperfecta: Ad finem debet perducere, quæ prudentum intentio viſa eſt ſuſcepiſſe; quia, ſicuti perfectam laudem pariunt, ita & vituperationem generant, quæ in mediis conatibus ægra deſeruntur, *Caſſiodor. var. lib. 4. epiſt. 31. in princ.*

Digitized by Google

48 Imperit conſervatio: Non Legiones, non Claſſes perinde Imperii firma munimenta, quàm numerus Liberorum, *Tacitus.*

49 Imperio dignus, ſi non imperaſſet, *Tacit. de Galb.*

50 Imperium cupientibus nihil medium inter ſumma, aut præcipitia, *Tacit.*

51 Imperantibus quædam nocitura ſunt, itaut, non dare, ſed negare beneficium ſit, *Senec. de Benefic. l. 2. epiſt. 14.*

52 Impinguare: Nutrir, & impinguat Triticum, Lac, Caſeus inſals,
Maturæ ficus, Uvæque recentes.

53 Impreſſio aliquorum reſcriptorum poſt ſcripturas Advocatorum ſolet aliquando Clientibus diſplicere, juxta id, quod notat *Card. de Luc. de Juriſd. diſc.* 104. *n.* 1.

54 Impreſſor, etiam abſque pacto, debet dare tot corpora Librorum Authori, quot ſufficiunt pro ejus amicis, & ei, cui fuit dicatus, *Marzar. conſil.* 73. ſeqnutus *à Capon. diſcept.* 161. *num.* 85.

55 Impreſſores Librorum ſolent ſequentis anni notam imprimere, ne ſcilicet cùm in oculos hominum incurrant ob tempus jam elapſum, gratiam omnem novitatis amittant, *Bibliograph. Pariſ. anni 1643. in epiſt. ad Lector. impreſſa à Ludov. Jacob. Carmelit.*

56 Improbitas numquam in eodem gradu ſiſtit, ſed, cùm ſemel incipit labi, ruit in præceps, *Ricciull. Var. lucubrat. lib. 2. titul. de Epiſc. titul. cap. 6. n. 4.*

57 Impudica verba: Præparet ſe Lector audire caſtè, quod pro caſtitatis cognitione neceſſitas audire cogit, *Joann. Gerſenus*, ſequutus *à Marchant. in Tribunal. Sacram. in in admonit. general. ad Lector. in fin. tom. 3. fol. 149.*

58 Impudica facta denotant ſuæ turpitudinis, non verba noſtræ neceſſitatis, in quibus mihi faciliimè pudicus, & religioſus Lector, vel Auditor ignoſcet. Legit enim hæc ſine offenſione, qui non eaborret Apoſtolum, horrenda Fœminarum flagitia reprehendentem, *S. Auguſt. de Civ. Dei lib. 14. c. 23.*

59 Impugnatio Si danno alcune milantarie, che ſono facili a dirſi, perchè ſono difficili ad impugnarſi, *P. Segner. nella Pred. 36. n. 3.*

60 Impugnatur ut noxius, cùm ſit in confeſſione laudabilis, *S. Ambroſ. in Pſalm.* 18.

61 Impunitè non patimur, quod nolumus eſſe permiſſum, *Caſſiod. variar. l. 4. epiſt. 10. in fin.*

62 Impura corpora, quò magis aluntur, eò magis læduntur, *Galenus* relatus *à Card. Bena in Manuduct. ad Cal. c. 1. §. 4. in princ.*

63 Incertum eſt, quo te loco mors expectet; itaque tu illam omni loco expecta, *Senec. epiſt. lib. 3. epiſt. 26.*

64 Incipere: Alacriter incumbendum eſt inchoatis, cùm jam vicinitas perfectionis arriſerit, quando ſpes effectus tædium laboris excludit, & magnum genus incitamenti, credere deſiderata compleri, *Caſſiodor. Var. lib. 5. epiſt. 17. in princ.*

65 Incivile, atque inuſitatum eſt, quod poſtulas, *leg.* 2. *Cod. de Rei vindicat.*

66 Incontinentia. Vide *Seneca.*

67 Inculpabile judicandum eſt, quod neceſſitas intulit, *can. Ad limina* 30. *q.* 1.

68 Index: Con l'uſo dell'Indice ſi è agevolato da moderni il viaggio letterario, quanto il marittimo col Buſſolo, *Pallavic. nell' Indroduz. all' Iſtor. del Conc. c. 13. nu. 4.*

69 Index bonus Librorum maximè utilis eſt, *Paſchell. de Diſtant. cap. 6. membr. 7. n. 9.*

70 Individuum: Forma, Figura, Locus, Tempus, cum Nomine ſanguis,
Patria, ſunt ſeptem, quæ non habet unus, & alter.

71 Indoctus: Minus malum eſt indoctum eſſe, quàm indocilem, *D. Auguſt.*

72 Indocti ſurgunt, & rapiunt Cœlum; nos autem cum doctrinis noſtris rapimur in profundum, *S. Auguſt.*

73 Indulgentiam perpetuam conceſſit Benedictus XIII. recitantibus ter ſalutationem Angelicam in meridie, & hora 24. cujuslibet diei, quam vide in fine hujus litteræ.

74 Indulgentiæ ſeptem Altarium, Orationis quadraginta horarum, & illæ, quæ unica vice conceduntur, non comprehenduntur ſub clauſula: *Volumus autem, ut, ſi in dicta Eccleſia alia reperiatur Indulgentia, præſentes Litteræ nullæ ſint, Congreg. indulg. in Camerac. 23. Junii 1676. & 18. Martii 1677. apud Synod. Fulginaten. Baptiſtell. in Append. fol. 143.*

75 Indulgentiæ Portiunculæ an poſſint pluries lucrari, *Cong. Conc. in Ordinis S. Franciſci 4. Decemb. 1723.*

76 Indulgentiæ publicari non poſſunt ſine licentia Epiſcopi, *Rot. coram Benincaſ. deciſ. 214. n. 7.*

77 de Indulgentiis, deque Altaribus privilegiatis multæ reſolutiones *Congr. Indulg.* reſeruntur *in tom. 3. par. 2. diſcept.* 24. Vide etiam *Bordon. Oper. Var. tom. 2. tractat. 7. de Altar. privileg.*

78 Indultum conſecrandi Eccleſias, noviter ædificatas, non debet concedi Abbati regulari, non habenti juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nec Territorium ſeparatum, *Cong. Rit. in Pragen. pratenſi Indulti* 31. *Auguſti* 1715. de qua *in tom. 1. p. 1. diſcept.* 10.

79 Indultum tollit contemptus, crimen, abuſus,
Oppoſitum factum, damnum, corpus variatum.

80 Indultum habens non reſidendi ex cauſa legitima cum clauſula: *Dimiſſa tertia parte fructuum*, ſi Beneficium gravatum ſit annua Penſione, tertia pars intelligitur, deducta priùs dicta Penſione, *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 13. form. 2. n. 79.*

81 Ineptiæ: Miror, doctiſſimum Theologum ad has ineptias, & vana ſophiſmata tranſiviſſe, *Anton. Quiring. de Scient. med. c. 6. fol. 16.*
circa Ineptias aliquorum Doctorum, vide *Matt. de Canonizz. Sanct. p. 4. c. 14. n. 9.*

82 Inertia: Si danno alcuni Uomini, quibus inertia pro ſapientia eſt, *Boccalin. ne Raguagl. di Parnaſ. cent. 1. raguagl. 35.*
Inexpertus: Cùm grave ſit inexpertos hominum obſequiis ſociare, quis poſſit dicere quantum ſit gravius ad Dei ſervitium improbos applicare, *Can. Monaſteriis 19. q. 3.*

83 Infamare: Quid, neglecto vulnere proprio, alios niteris Infamare? *S. Hieronym. epiſt. 3. ad Sabin.*

84 ne Infameris ab Infamibus, dementia magna eſt vereri, *Senec. Epiſt. l. 14. epiſt. 92.*

85 Infamiam dicitur incurrere ſupplicans, & retractetur ſententia, quæ tranſivit in judicatum, *Gloſſ. in leg. Qui licitam Cod. Ut Lit. pendent.*

86 de Infante, nondum nato, Matre moriente:
Hic Tumulus Matrem, Natum tegit illa, Sepulchrum
Terra tibi eſt, Mater; Nate ſed illa tibi.
Mortuus in Tumulo eſt, quo vixit molliter ante,
Eſtque tibi Tumulus, qui fuit ante Domus.
Sic Tumuluſque, Domuſque fuit tibi Mater, & ante
Quàm poteras natus eſſe, ſepultus eras, *Epigr. ſelect. Var. fol. 160.*

87 Infauſta: Gl'Uomini ſaggi hanno in ſommo orrore di eſſere li primi apportatori di nuove infelici, *Boccalin. ne' Ragnagli di Parnaſo cent. 1. rag. 35.*

88 Infelicitas aſſidua hoc boni habet, quòd quos ſæpè vexat, noviſſimè indurat, *Senec. de Conſolat. ad Albin. cap. 2.*

89 Infelix: Ideò infelices, quia ſuam non agnoſcunt infelicitatem, *Card. Bena in Manud. ad Cal. cap. 1. §. 1. in fin.*

90 Infelicius nihil videri poteſt eo, cui nihil nmquam aliquid eveniat adverſi, *Senec. de Divin. provid. cap. 3.*

91 Infima ſpreta jacent, fortunæ obnoxia ſumma,
Quæ medio ſita ſunt, firma manere ſolent.

92 Infirmitas corporalis aliquando ex peccatis originem trahit, *Cap. Cùm infirmitas de Pænit. & remiſſion. S. Joan. Chryſoſt. hom. 38. in cap. 8. Matth.*

93 non Informantibus Curialibus, Sac. Congregationes ſolent reſcribere: *Partes informent*, ut practicavit *Congr. Conc. in Caputaq. Cappellania* 19. *Maji* 1708.

94 Informatio in voce: Tempore Creſcentii orta fuit lis inter Advocatos, & Procuratores circa præcedentiam in informando, & Rota mandavit, ut nemo eorum informaret in voce, ut videre eſt *in deciſ. 17. de Procurat. coram eod. Creſcent.* de qua facit mentionem *in Romana Juris honorifici 24. Martii* 1702. §. 20. *coram Molin.* Verùm ambo Litigantes inter ſe concordarunt, quia nemini expediebat amittere honoraria informationis in voce.

95 Infortiatum: Sum Liber fortis, diſponens prælia mortis,
Et clauſis portis me diſcat Lector in hortis.

96 Infortunii infeliciſſimi genus eſt, ſe meminiſſe felicem.

97 Infortunii præſentis argumentum memoria præteritæ felicitatis eſt, *S. Laurent. Juſtin. de caſt. connub. cap.* 12.

98 Ingenium magnum nullum ſine mixtura dementiæ fuit, *Senec. de Tranquill. vit. cap.* 15.

99 Ingenia, quò illuſtriora, eò breviora ſunt; nam ubi incremento locus non eſt, vicinus occaſus eſt, *Senec. de Conſolat. ad Mart. cap.* 23.

100 In-

Digitized by Google

100 Ingenia acuta novandis potiùs quàm gerendis rebus aptiora.

101 in Ingenio verificatur idem, quod in Pomis, quæ dura, & acerba naſcuntur, & poſteà fiunt mitia, & jucunda; & quæ ſtatim gignuntur viridia, & mollia, non matura mox fiunt, ſed putrida, *Paul. Gell. Noct. Atticar. lib. 13. cap. 2.* ſequutus *à Rot. in Bononien. Immiſſionis* 20. *Martii* 1709. §. *Verùm coram Criſpo.*

102 Ingenuitas: Chi ſvela tutto il ſuo cuore, getta il dono, che gli ha fatto la natura in darglielo imperſcrutabile, e fa communi tutte le ſue Armi all' Avverſario, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 2. c. 7. n. 11.*

103 Ingratitudo eſt ventus urens, exſiccans fontem pietatis, & venam charitatis.

104 Ingratitudinis adorat ſimulacrum, qui collati ſibi beneficii memoriam vel extinguit improbus, vel negligit indevotus, *Stephan. Epiſc. Tornacen. epiſt.* 178.

105 Ingratus: Erunt Homicidæ, Tyrannij, Fures, Adulteri, Raptores, Sacrilegi, Proditores, inſtà iſta omnia Ingratus eſt, *Senec. de benef. lib. 1. cap.* 10.

106 Ingratus eſt ille, qui nimis citò cupit ſolvere, quod debet, *Senec. de benef. lib. 4. cap.* 139.

107 Ingratus labor, quem præmia nulla ſequuntur.

108 Ingratus eſt, qui remotis arbitris gratias agit, *Senec. de benef. lib. 2. cap.* 18.

109 Ingrati animi vitio nullum eſt frequentius, *Senec. de benef. lib. 1. cap. 1. in princ.*

110 Ingrato homini terra nihil pejus creat, *Menander* ſequutus *à Damhouder. in Patrocin. pupillor. fol.* 413. *n.* 5.

111 Ingratos multos experimur, plures facimus, *Senec. de benef. lib. 1. cap. 1. in princ.*

112 Inimicitia: Non ſi deve mai eſercitare l' inimicizia sì fattamente, che non ſi laſci luogo di poter eſſere amico, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 2. c. 16. n.* 15.

113 Inimicitia: Quando è capitale, e paleſe, il temporegiare non vale ad altro, che per dare agio all' Inimico di fortificarſi, e di prevenire, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 1. c. 25. num.* 27.

114 Inimicitias tardè ſuſcipe, Amicitias moderatè exerce, *Senec. Moral. lib.* 2.

115 Inimicus vicinus: In caſa dell' Inimico, quando è vicino ſi deſidera bensì la febbre, ma non la peſte, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 1. cap. 25. num.* 28.

116 Inimicus nnnc eadem objiciens, quæ tunc amicus laudaverat, *S. Hieronym. ad Ruffin. l. 1. c. 1. in princ.*

117 Inter Inimicos malle ſe judicare, quàm inter Amicos:
Ex Inimicis enim alterum futurum amicum;
Ex Amicis alterum inimicum, *Bians*, ſequutus *à Bernin. de Sac. Rot. in epiſt. ad Lector.*

118 Iniquum eſſe cenſemus, ut potiùs cuſtodes chartarum, quàm defenſores rerum creditarum judicemus, *Can. In canonibus* 16. *quæſt.* 1.

119 Initiis in ipſis comprimendus exceſſus eſt, ne fœda imitatio, quaſi turpis ſcabies, paoiatim teliquos comprehendat, *Caſſiodor. var. lib. 4. epiſt. 14. circa med.*

120 Injuria illa graviter dolet, quæ contigerit inſperata, & ſic inde proveniat dolus, unde credebatur auxilium, *Caſſiodor. var. lib. 5. epiſt. 43. in fin.*

121 Injuria: Apud Chriſtianos, non is qui injuriam patitur, ſed qui facit, miſer eſt, *S. Hieronym.* ſequutus *à Clement. XI. in tom. 2. Brev. ſelect. fol.* 357.

122 Injuria: Neſſuna rieſce più acerba, che quando ſi vede ſpreggiato dall' altezza dell' Avverſario, chi li ſi è abbaſſato per corteſia, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 8. c. 7. n.* 12.

123 Injuria non eſt pari, quod prior feceris, *Senec. de Ira lib. 2. cap.* 30.

124 Injuria: Il vederſi far torto è la più miſerabile coſa del Mondo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 21. c. 9. n.* 2.

125 Injuriæ factæ maxima pœna eſt feciſſe, nec quiſquam graviùs afficitur, quàm qui ad ſupplicium pœnitentiæ trahitur, *Senec. de Ira lib. 3. cap.* 26.

126 Injuriam inferre malorum hominum dicitur eſſe proprium, *Ariſtot. 1. Ethic.*

127 Injuriam, ſi non remiſit, factam negavit Cato, cùm illi os percuſſum eſſet, *Senec. de Tranquillit. vit. cap.* 15.

128 Injuriam ſæpè vindicare non expedit; imò nec fateri quidem, *Senec. de Ira lib. 2. cap.* 33.

129 Injuriam veterem ferendo, invitas novam, *Publius.*

130 Injuriam glorioſius eſt tacendo fugere, quàm vindicando ſnperare, *S. Gregor.*

131 Injuriæ ſpretæ exoleſcunt; ſi iraſcare, agnitæ videntur, *Tacit. Annal. lib.* 4.

132 Injuriæ potentiorum hilari vultu, non patienter tantùm ferendæ ſunt, *Senec. de Ira l. 2. c.* 33.

133 Injuriæ multæ nos tranſeant, ex quibus pleraſque non accipit, qui neſcit, *Senec. de Ira l. 3. c.* 11.

134 Injuriæ: Sì come gli Uomini, così le ingiurie hanno la loro gioventù, e vecchiezza, e perciò le nuove ſono maggiori delle antiche ad irritare l' ira, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 5. cap. 4. num.* 23.

135 Injuriarum, ſi quæ factæ ſunt, ſemper eſt memoria, & quidquid offendit, ægrè eximitur, aut obliteratur, & beneficiorum unà cum ipſo fructu, uſuque memoria perit, *Herodian. in Orat. ad Pertinac.*

136 Injuriarum remedium eſſet, ſi non intelligerentur, *Tacit. Annal. lib.* 1.

137 Injuriarum numquam obliviſcitur, qui ſuis exuitur bonis, *Pertin. apud Herodot.*

138 ad Injurias tunc proſiliunt, cùm ſe ſnperatos turpiter erubeſcunt, *Caſſiod. var. lib. 1. epiſt. 27. in fin.*

139 Injuſtos ideò Deus permittit, ut virtus ſit pretioſior, *Lactant. de ira Dei.*

140 Innocentem quiſque ſe dicit, reſpiciens teſtem, non conſcientiam, *Senec. lib. 2. epiſt.* 43.

141 Innocentes aliquando pereunt, nocentes ſæpiùs, *Senec. epiſt. lib. 2. epiſt.* 14.

142 Innocentia: Sanctitatis veſtræ animus non gravetur, nec ſe fallacibus verbis doleat accuſatum, quia multò major eſt opinio purgata, quàm ſi deſinentibus querelis non fuerit imperita, *Caſſiodor. var. lib. 4. epiſt.* 44.

143 Innocentia: Plures reperi, qui innocentiam ſervaverint, quàm qui rectè pœnitentiam egerint, *S. Ambroſius.*

144 Innocentiam præſtare poteſt, ſed quid homines de illa loquantur præſtare non poteſt, *S. Joan. Chryſoſt.* ſequutus à *Bernin. de Sac. Rot. in epiſt. ad Lector.*

145 Innocentiana Taxa, per extenſum impreſſa apud *Paſcucc. tom. 1. fol.* 259. ſervanda eſt etiam in alienationibus, quæ fiunt per viam permutationis, *Congr. Concil. in Forolev.* 30. *Decembris* 1684. de qua *in Lib. 34. Decret. fol.* 327.

146 Innocentius IV. Pater juris, & Organum veritatis appellatur *à Fagnan. in cap. Quæ in Eccleſiarum de Conſtit.*

147 Innocentius Papa undecimus: Unà cum Sanctis piè ponendus: Anagramma.

148 Innocentius XI. Innocens vixit: Anagramma.

149 Innocentii XII. Bulla circa Miſſarum celebrationem explicatur *in tom. 3. p. 1. diſcept.* 3.

150 Innocuos audet vel Mus mordere, Nocentes
Tangere non audet territus ipſe Draco.

151 Inobediens: Nihil injuſtius, vel inhoneſtius eſt, quàm Filios Patribus rebelles, aut Clericos, vel Laicos Doctoribus, ſeu Diſcipulos Magiſtris inobedientes, vel protervos exiſtere, *S. Clem. I. epiſt. 2. fol.* 152.

152 Inopia delictorum Mater eſt, *Caſſiod. lib. 9. cap.* 13.

153 Inopiæ multa deſunt, Avaritiæ omnia, *Senec. Epiſt. lib. 19. epiſt.* 109.

154 Inquilinatus jus non tranſit in Subconductorem, *Rot. dec. 2. n. 4. apud Paciechell. de Diſtant.*

155 Inquilini, & Subinquilini par debet eſſe conditio, *Mantic. deciſ. 18. n.* 11.

ab Inſano ſaltator in hoc diſcrepat, quòd iſte dum ſaltat, ille dum vivit, inſanus eſt, dictum *Alphonſi Regis Aragonia* apud *Lagun. de Fruct. p. 1. c. 34. §. unic. n.* 93.

156 Inſcitiam alienam dum aliqui volunt coarguere, ſuam produnt, *S. Hieronym. epiſt. 101. ad Pammach.*

157 Inſervire ſub ſpe remunerationis, & deinde illam non conſequi, Romæ frequentiſſimum ſimul, & fallaciſſimum eſt, *Pacion. de Locat. c. 35. num.* 131. *Rota coram Seraphin. deciſ. 65. num.* 2. *& in Romana Pecuniaria* 15. *Januar.* 1723. §. *Quave coram Calcagnin.* ubi, quod hoc eſt memorabiliſſimum.

158 Inſidiæ: Chi ſoſpetta d'inſidie, non uſa di mangiar cibo donatoli da Uomo incerto, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 6. c. 15. n.* 4.

159 Inſidiarum remedium eſſet, ſi non intelligerentur, *Tacit. Annal. l.* 14.

160 Inſitio: Miraturque novas frondes, & non ſua poma, *Virgil. in Georgic.*

161 Inſontes invitat ad culpam, qui ſontes præterit impunitos.

162 Intellectus: Agl' intelletti nobili, non ſolo più giova, ma più aggrada il ſapere le caggioni, che il rimirare gli effetti, *Pallavic. nell' Introduzz. all' Iſtor. del Conc. cap. 4. num.* 1.

163 In-

163 Intelligere: Quæ intellexi, proba ſunt; credo etiam ea, quæ non intellexi, *Socrates apud Gratian. diſcept.* 800. *in fin.*

164 Intelligere ſi non vis, aut ſi te fingis non intelligere noli obſtrepere volentibus & valentibus intelligere, *S. Auguſt. contra Julian. l. 4. Oper. imperf. n. 46.*

165 Interitus: Ad æternum ducit interitum quidquid ab ultimo fine abducit, *Card. Bona in Manud. ad Cœl. cap. 1. §. 2. in fin.*

166 Intima per mores cognoſcimus exteriores.

167 Introitus unus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus, *Sapient. 7. 6.*

168 Introitum unum nobis Lex æterna fecit ad vitam, ad exitum multos, *Senec. epiſt. lib. 8. epiſt. 71.*

169 Invenire: Sæpè abiectus quiſpiam, & vilis invenit, quod magnus, & ſapiens Vir præterit, *S. Joan. Chryſoſt.*

170 Invenitur facilius, quod à pluribus quæritur, *Pignatell. tom. 10. conſult. 54. num. 12. Inſtitut. crimin. lib. 3. titul. 9. num. 169.*

171 Inventum quid prodeſt, ſi non fuiſſet jugiter cuſtoditum? *Caſſiod. Var. lib. 6. epiſt. 23. poſt princ.*

172 Inventum ſimul, & perfectum nihil eſt, *Cicero.*

173 Invidia eſt dolor, qui ex alieno bono proficiſcitur.

174 Invidia in occulto, adulatio in aperto erat, *Tacit. Annal. lib.* 20.

175 ex Invidia quidquid auditur dictum, facilè toleratur, quia veritas non putatur, *Caſſiod. var. l. 2. epiſt.* 33.

176 Invidia præſentia, præterita veneratione proſequimur, *Piazz. in Proem. Hierarch. Cardinal.*

177 Invidus alterius macreſcit rebus opimis, *Juvenal.*

178 Joannes Andreas contra conſuetudinem Hominum noſtri temporis, quamvis Uxoris eſſet vinculis alligatus, incredibile tamen ſtudium litteris impendit, ut nihil illi dulcius, quàm ſcribere aliquid ad Poſteritatis ædificationem eſſe potuerit, *Trithem. in Cathal. Script.* celatus *poſt ultim. Clem. de Verb. ſignif.*

179 Ira vitanda eſt, non moderationis cauſa, ſed ſanitatis; ingentis enim iræ exitus furor eſt, *Senec. Epiſt. l. 2. epiſt.* 18.

180 Ira parat rixas, rixæ vertuntur in enſem,
Enſis dat vulnus, vulnera ſæpè necem.

181 Ira: Impedit ira animum, ne poſſis cernere verum, *Cato.*

182 Ira: Qui non iraſcitur pro quibus oportet, cùm oportet, & in quos oportet, procul dubio fatuus, & ſtupidus eſt, *Ariſtotel. Ethic. lib. 4. cap. 6.* ſequutus *à Rodriq. quæſt. canon. tom.* 2. *qu. 1. artic. 4.*

183 Iræ maximum remedium eſt mora, *Senec. de Ira lib.* 2. *cap.* 29.

184 Iræ nihil magis præſtandum eſt, quàm ne Pecorum ritu ſequamur antecedentem Gregem, pergentes, non quò eundum eſt, ſed quò itur, *Senec. de Vit. beat., cap.* 1.

185 per Iram ſapientia perditur, ut quid, quove ordine faciendum ſit, neſciatur, *S. Greg. Moral. lib.* 5.

186 per Iram verba non proferamus, ſed verbis iram compeſcamus, *Ariſtippus*, ſequutus *à Plaz. in Epitom. Delict. l. 1. c. 1. ſub n.* 1.

187 in Ira furere muliebre eſt, *Senec. de Clem. l. 1. c. 6.*

188 Iracundia hoc habet mali, non vult regi, *Senec. de Ira cap.* 16.

189 Iraſci noſtro non debes, Cerdo, Libello:
Ars tua, non vita, eſt carmine læſa meo.
Innocuos permitte ſales, cur ludere nobis
Non liceat, licuit ſi jugulare tibi? *Martial. ad Cerdon. lib. 3. epigr.* 57.

190 Iraſci: Spreta exoleſcunt; ſi iraſcare, agnita videntur, *Tacit. lib. 4.*

191 Iraſci nullus omnino debet adverſus eum, qui neminem nominat, niſi qui de ſe ipſo priùs confiteri velit, *D. Ambroſ. epiſt.* 83. *& Salvian. de Gubern. Dei lib. 4. num.* 98. ſequutus *à Capon. diſcept. 1. in fin.*

192 Iraſcenti nulli ſua ira videtur injuſta, *S. Auguſtinus epiſt.* 49.

193 Iratus ad pœnam qui accedit, numquam mediocritatem illam tenebit, quæ eſt in nimium, & parvum, *Cicer. l. 1. de Offic.*

194 Iratus: Ogni ragione che ſi porga a chi è riſcaldato nella conteſa, è come il cibo, dato nell' acceſſione della febbre, che non riſtorando il calore naturale, accreſce il febbrile, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 18. c. 16. n.* 2.

195 Irregularis quando eſt Parochus, obtenta gratia diſpenſationis celebrandi, non indiget nova gratia ad effectum *Urſaye Miſcellaneum.* exercitii Curæ, *Cong. Conc. in Aquilana Irregularitatis* 23. *Febr.* 1715. de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept.* 6.

196 Irregularis an ſit Sacerdos, damnatus ad triremes, alligatus remo, ſed non remigans, vide reſolutionem *Cong. Conc. in Comen. 4. Martii* 1671. in qua inclinavit pro negativa, & in *Panormitana 4. Februarii* 1702. quando denegavit gratiam, de quibus *in tom. 2. part. 2. diſcept. 22. à num.* 29.

197 Irregularis non eſt deſcendens per rectam lineam à Mahomettanis, *Cong. Conc. in Hiſpalen. 7. Maji* 1701. de qua *in tom. 2. p. 2. diſcept. 22. à n.* 25.

198 Irregularis quando fiat occidens aliquem ad ſui defenſionem, *Tridentina Irregularitatis 2. Aprilis* 1719. de qua *in tom. 3. p. 2. diſcept.* 7.

199 Irregularis non fit violans cenſuras nullas, *Cong. Conc. in Herbipolen. 19. Julii* 1704. ſequuta *à Monacell. in Formul. tom. 4. fol. 90. n. 13. & in Caſertana 11. Septemb.* 1717. de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 33. à n.* 49.

200 Irregularis eſt Clericus, confeſſus, & condemnatus de crimine adulterii, *Cong. Conc. in Dubio Irregularitatis 5. Maji* 1657. *lib. 20. Decret. fol.* 233.

Irregularitas incurritur ab eo, qui leviter percuſſit lethaliter vulneratum, itaut ex dictis levibus percuſſionibus accelerata fuerit mors vulnerati, *Cong. Conc. in Caputaquen. 24. Martii* 1725. quando denegavit etiam gratiam diſpenſationis.

201 Irregularis non eſt læſus in calcaneo, & licèt claudus, ambulans ſine baculo, *Cong. Conc. in Aleſſanen. 27. Aprilis* 1686. *lib. 36. Decret. fol.* 126.

202 Irregularis non eſt Pharmacopola, citè & fideliter ſuam profeſſionem exercens, *Congr. Conc. in S. Marci 5. Junii* 1688. *lib. 38. Decret. fol.* 253.

203 Irregularis non eſt miniſtrans in Ordine ſuſcepto poſt quam appellavit à ſententia excommunicationis, contra ipſum lata, *Cong. Conc. in Dubio Irregularitatis 15. Septembris* 1625. *lib. 12. Decret. fol.* 329.

204 Irregularis fit projiciens cultrum contra aliquem, etiam ſine animo offendendi, ſequuta offenſione, *Pignatell. conſult. 110. num. 14. tom.* 10.

205 Irregularitas non incurritur ob homicidium caſuale, *Cong. Conc. in Aquilana Irregularitatis 1. Aprilis* 1713. de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 6. & in qua reſcripſit: *Pro Gratia diſpenſationis.*

206 Irregularitas non incurritur ex offenſione facta mediante inſtrumento non apto ad occidendum, *Cong. Conc. in Nuſcana Irregularitatis 12. Aprilis* 1710. quando fuit reſponſum: *Pro Gratia diſpenſationis, peractis exercitiis ſpiritualibus per menſem*, de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 5.

207 Irregularitas quando dicatur incurſa à Viro, reperto cum Uxore, quæ fuit à Marito occiſa, *Congr. Conc. in Nullius Provinciæ Compoſtellana 2. Octobris* 1723.

208 de Irregularitate ob homicidium quando dicatur conſtare, *Cong. Conc. in Cajacen. Irregularitatis 23. Maji* 1722.

209 ab Irregularitate incurſa propter homicidium ad ſui defenſionem ſolet concedi diſpenſatio, *Cong. Conc. in Placentina 30. Septembris* 1724.

210 pro Irregularitate in dubio reſpondendum eſt, *cap. Ad audientiam, & cap. Significaſti il 2. de homic.*

211 ab Irregularitate contracta propter homicidium voluntarium difficilè datur diſpenſatio, *Cherub. ad Conſtit. 62. Pii IV. ſchol. 2.* Limita quando effluxum eſt longum tempus à die patrati homicidii, & occiſor incœpit, & perſeveravit cum ædificatione proximi bonam vitam, *Cong. Conc. in Placentina 30. Septembris* 1724. *cum aliis citatis in Inſtit. crim. juxta Venetam impreſſionem lib. 2. tit. 5. à n.* 360.

212 Irriſus: Tum intellecto Barbarorum irriſu, qui peterent quod eripuerant, *Tacit. lib. 15. Annal. poſt princ.*

213 S. Iſidorus *à Donjat in Prænot. canon. lib. 3. cap. 19. fol.* 455. appellatur ſui ſæculi Doctor egregius, Eccleſiæ Catholicæ noviſſimum decus, præcedentibus ætatibus poſtremus, doctrinæ comparatione non infimus.

214 Iter nullum eſt ſine exitu, *Senec. epiſt. lib. 11. epiſt.* 78.

215 Iter veſtrum tale ſit, quale decet eſſe, qui laborant pro ſalute cunctorum, *Caſſiodor. var. l. 5. epiſt. 11. in fin.*

216 Jubilandi conſuetudo an ſit favorabilis, vel abuſiva, *Raynal. vot. deciſ.* 180.

217 Jubilatio quando concedenda ſit, non obſtante parvo numero Canonicorum, *Congr. Conc. in Feltren. Jubilationis 11. Januarii* 1721.

218 Jubilationum multa dubia, à Sac. Congregationibus reſoluta, referuntur *in tom. 3. p. 2. diſcept. 4. à num.* 111.

219 Judex: Numquid proderit Judicem aliis eſſe perſpicuum,

Digitized by Google

ſi ſibi potiùs reddatur obſcurus? *Caſſiodor. variar. lib.* 11. *epiſt.* 3. *poſt princ.*

220 Judex innocens eſt facilis perſuaſor recti, ſub cujus prædicabili converſatione potet mores probabiles non habere, *Caſſiod. var. lib.* 1. *epiſt.* 4. *poſt princ.*

221 Judex tamdiu dicitur, quamdiu juſtus putatur, quia nomen, quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur, *Caſſiod. var. l.* 3. *epiſt.* 27. *poſt med.*

222 Judex benignus ſui nemo eſt, *Senec. de benefic. lib.* 2. *epiſt.* 26.

223 . Judex optimus ille eſt, qui citò intelligit, & tardè judicat, *Sylveſter Prierias.*

224 Judex non debet exiſtimare, ſe per Advocatum lædi, *Larrea deciſ.* 1. *in fin.*

225 Judex judicare non debet ex motivo proprio, niſi illud Partibus communicet, *Pius IV. Conſtit.* 44. §. 8.

226 Judex: Non vi è meſtiere tra gl' Uomini più arriſchiato di quello de' Giudici, *P. Segner. nel Criſt. Inſtr. par.* 1. *ragion.* 28. *num.* 1.

227 Judex ſupplere poteſt ea, quæ conſiſtunt in jure, non ea, quæ deſunt in facto, *Rota in Romana Dotis* 4. *Apr.* 1707. §. *Eòque magis coram Anſaldo.*

228 Judex pronunciare poteſt, ſicuti Partes inter ſe convenerunt, *Rot. dec.* 235. *n.* 1. *par.* 17. *recent.*

229 Judex, condemnans ultra petita, vocatur ſtultus, *in leg. final. Cod. de Fideicom.*

230 Judex ille ex pluribus componentibus Congregationem, qui fuit diverſæ opinionis, tenetur ſe ſubſcribere ſententiæ, ex majoritate votorum captæ, *Conſtantin. ad Stat. Urb. tom.* 1. *adnot.* 10. *n.* 20. & 21.

231 Judex in propria Cauſa: Valdè inconveniens, & à jure alienum eſt, quòd quis in concernentibus proprium commodum ſuum ſe Judicem conſtituat, *Pius IV. Conſtitut.* 87. §. 54.

232 Judicare: Malle ſe inter Inimicos, quàm inter Amicos ſententiam ferre; nam ex inimicis alterum amicum, ex amicis alterum Inimicum futurum, *Nevizan. in Sylv. nuptial. fol.* 627.

233 Judicare: Humanæ aures talia verba noſtra judicant, qualia foris ſonant; divina verò judicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, *Can. Humanæ aures* 2. *quaſt.* 5.

234 Judicare: Solemne eſt, ut de aliis malè judicent, qui de ſe ipſis ejuſdem ſceleris conſcii ſunt, *Pellegrin. in Matth. fol.* 7. relatus *à Paulett. fer.* 3. *Dom.* 4. *Quadr. fol.* 414.

235 Judicare: Tuum eſt de pulmentia judicare, non dogmata divina decoquere, *S. Baſilius* ad Coquum Imperat. volentem diſcurrere de Theologia, relatus *à Dandin. de ſuſpect. de hæreſ. fol.* 323. *n.* 38.

236 Judicis ignorantia calamitas eſt innocentis, *Maſtrill. de Magiſtr. l.* 2. *c.* 3. *n.* 5.

237 Judicis partes difficiliores ſunt partibus Advocatorum, *Card. de Luc. de ſucceſſ. diſc.* 3. *n.* 3.

238 Judicis partes non ſunt per Advocatos explendæ, rationibus adductis *à Card. de Luc.* loquens de ſe ipſo *in diſc.* 3. *num.* 3. *de ſucceſſ.*

239 Judices: Non trovanſi ne' fatti de' Grandi il più animoſi Giudici, che quelli, a' quali è ignoto tutto il Proceſſo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 22. *c.* 10. *n.* 6.

240 Judices: Li ſavii Giudici non pongono le ragioni nelle ſentenze, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. lib.* 18. *cap.* 1. *num.* 6.

241 Judices: E' ſolito di chi ha il torto deſiderare Giudici ignoranti, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. lib.* 18. *cap.* 10. *num.* 2.

242 Judices boni opinionum Advocatorum non ſunt amor cauſæ, & defenſionis calor, *D. Piton. diſcept.* 27. *n.* 1.

243 Judices: Aliquando oportet ſudor ſanguinis, vel mortis ad reddendum capaces Judices de æquivocis, cum quibus procedunt, teſte *Card. de Luc. de cred. diſc.* 70. *n.* 8.

244 Judicibus fas non eſt Summorum Pontificum ſententiis adverſari, cùm partes obſequentiſſimi filii ſint Patris placita reverenter amplecti, *D. Thom.* 2. 2. *art.* 12. *q.* 21. & *Rot. in Legionen. Parochialis* 11. *Novembris* 1693. §. *Non obſtante coram Pio.*

245 Judicium: Peccare quis audet, cùm ſupra cervices ſuas diſtrictionem cognoverit imminere? *Caſſiodor. var. lib.* 6. *epiſt.* 31. *poſt princ.*

246 Judicium: In forenſibus Judiciis poſt confeſſionem reſtat mors; apud Tribunal autem Domini datur Corona.

247 Judicium illud integrum eſt, quod plurimorum ſententiis confirmatur, *Pignatell. tom.* 10. *conſult.* 54. *n.* 12. *Inſtit. crim. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 169.

248 Judicium maturum, abſque diſputationis trutina, numquam poteſt benè formari, *Card. de Luca de Alienat. diſc.* 58. *num.* 16.

249 Judicium refugiens dicitur diffidere de juſtitia cauſæ, *Can. Chriſtianis* 11. *q.* 1. & *Rot. in Tudent. Parochialis* 11. *Martii* 1709. *in fin. coram Card. Polignac.*

250 Judicium congruum pro veritate, quare dari non poſſit in illis caſibus, in quibus ſimplex Notula de Partibus tranſmittitur, egregiè aperit *Card. de Luca de Fideicomm. diſc.* 167. *num.* 2.

251 Juramentum de obſervanda vita communi, non poteſt à ſubditis exigi à Superioribus Generalibus, *Cong. Epiſcop. in Ordinis Carmelitarum* 19. *Junii* 1705. *Ponente Card. Colloredo*, de qua *in tom.* 2. *par.* 2. *diſcept.* 23.

252 Juramentum Monachorum ſunt verba, *Crede mihi, Gloſſ. in leg. Quæ ſub conditione, verb. Ad ſuperſtitionem, ff. de condit. inſtit.*

253 Juramenti uſus de veritate dicenda, quod dari ſolet reis abolendus non eſt, *Congr. Conc. in Dubio Abolitionis Juramenti* 6. *Julii* 1697. de qua *in tom.* 4. *par.* 2. *diſcept.* 1.

254 Jureconſultum non poſſe reprehendi impoſſibile eſt, *Monacell. in formul. tom.* 4. *in epiſt. ad Lector. in fin.*

255 Juriſconſulti domus Oraculum eſt Civitatis, *Cicer. de Orat. lib.* 2.

256 Juriſconſultorum idem ſtatus, ac Medicorum,
Damna quibus licito ſunt aliena lucro.

257 Hi morbis Ægrorum, Agrorum litibus illi,
Dant patienter opem, dum potiantur opes.

258 Juriſdictio non cenſetur ei conceſſa, cui fuit commendata protectio, ſed dumtaxat defenſio ab oppreſſionibus, *Salgad. de Reg. protect. in epiſt. Proem.*

259 Juriſdictio ſervanda cuilibet eſt: Murmur loquor, & querimoniam Eccleſiarum, truncari ſe clamitant, & demembrari, vel nullæ, vel paucæ admodum ſunt, quæ plagam iſtam, aut non doleant, aut non timeant: quæris quam? ſubtrahuntur Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Archiepiſcopi Patriarchis, ſive Primatibus. Bonane ſpecies hæc? mirum ſi excuſari queat vel opus, *S. Bernard. de Conſtit. ad Eugen. l.* 2. *c.* 8.

260 Juriſtæ ignorantes in quadam quæſtione vocantur *à D. Thom.* 2. 2. *qu.* 88. *art.* 11. relatus *à Capizuec. in Controv. de Vot. ſolemn. fol.* 269.

261 Juſſum: Juſtè in illos pietatis noſtræ ira conſurgit, qui benigna juſſa in truculenta miniſteria mutaverunt: Nam quæ erunt refugia ſupplicantibus, ſi & noſtra beneficia vulnerabunt? *Caſſiod. Var. lib.* 4. *epiſt.* 27. *poſt med.*

262 Juſtitiam ſic ſequimur, ſi bonis Hæredibus Parentum præmia non negemus, *Caſſiod. Var. lib.* 10. *epiſt.* 11. *poſt princip.*

263 Juſtitia amota, quid ſunt regna? niſi aperta latrocinia: Et juſtitia poſita, quid ſunt tyrannides? niſi juſta regna, *D. Auguſt. de Civit. Dei l.* 4.

264 Juvenis citò mori poteſt; ſed ſenex diu vivere non poteſt, *Seneca.*

265 Juvenis mors:
Ver erat ætatis, virtutum advenerat æſtas,
Sed florem, & fructum mors inopina tulit;
Attamen haud raptam properato funere credas,
Nam ſat maturè, qui benè vixit, obit.

266 Juvenis: Memineris, Juvenis, quòd aliquando ſenex eris, *Martialis.*

INDULGENZE PERPETUE, ET UNIVERSALI.

Conceſſe dalla Santità di Noſtro Signore Papa BENEDETTO XIII. a tutti li Fedeli Criſtiani, i quali nel ſuono dell' Ave Maria tanto la mattina, che a mezzo giorno, o la ſera reciteranno in ginocchioni la ſolita Orazione *Angelus Domini &c.* e tre volte *l' Ave Maria &c.*

FABRIZIO per la miſericordia di Dio Veſcovo di Porto della S. R. C. Card. Paulucci della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale &c.

ESſendo ſtato commeſſo alla ſuprema Apoſtolica autorità del Sommo Pontefice Vicario di Noſtro Signore GESUCRISTO in terra il diſpenſare i Teſori de' doni celeſti, e conſiderando la Santità di BENEDETTO XIII. che ſia un potente motivo per diſtribuire liberalmente i detti Teſori, quando ſi riconoſce, che ſiano per eſſere

molto

Digitized by Google

molto profittevoli per accreſcere la venerazione all' Augnſtiſſima Regina de' Cieli Maria, ſempre Vergine, Madre di Dio, per eccitare, e mantenere la divozione verſo la medeſima, e per la ſalute delle Anime: Quindi è, che la Saotità Sua confidata nella miſericordia dell' Onnipotente Iddio, e oell' autorità de' *SS.* Apoſtoli Pietro, e Paolo concede Indulgenza plenaria, e temiſſione di tutti li peccati univerſalmente, & in perpetuo a tutti li Fedeli, li quali veramente penitiì, confeſſati e communicati in uo giorno di ciaſchedun meſe a loro elezzione reciteranno in ginocchi divotamente al ſuooo della Campana la mattina, o a mezzo giorno, ovvero la ſera la ſolita Orazione *Angelus Domini nunciavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto: Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundùm verbum tuum: Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in Nobis*, e con la detta Orazione tre volte *Ave Maria &c.* E pregheranno il Signore per la pace, e concordia trà Principi Criſtiani, eſtirpazione dell' Ereſie, e per l' eſſaltazione della Santa Madre Chieſa.

Nelli altri giorni poi dell' anno concede la Santità di Noſtro Signore parimenti in perpetuo alli Fedeli, i quali veramente contriti diranno l' Orazione come ſopra, ogni volta che ciò faranno, cento giorni d' Indulgenxa; come più diffuſamente ſi legge nel Breve Apoſtolico ſpedito il dì 14. Settembre 1724. Dato dalla nuſtra ſolita Reſidenza queſto dì 26. Settembre 1724.

F. Card. Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segr.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII. CONSTITUTIO

Qua ſan. mem. Gregorii Papa XIV. Littera Apoſtolica certa excipientes delicta, & caſus, in quibus Inquiſiti Laici Eccleſiaſtica Immunitate gaudere non debent, confirmantur, & ad alia etiam delicta, & caſus extenduntur, ac ampliantur: Necnon Curiis Eccleſiaſticis forma in eorumdem Inquiſitorum extractione à locis immunibus obſervanda praſcribitur, cum aliis ordinationibus, & clauſulis, ac derogationibus opportunis.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo, divioa diſponente clementia, ad ſupremum univerſi Chriſtiani populi regimen aſſumpti fuimus, conſiderantes debitum, quo obſtringebamur, Eccleſiarum, ſacrorumque locorum immunitatem ſartamtectam, inviolatamque ubique cuſtodiendi inter graviores ſuſcepti Apoſtolici Mioiſterii curas meritò recenſeri: diu, multùmque, rationes, ac media Nobiſcum expendere non omiſimus, quibus ipſa Immunitas in priſtinum venerationis, & reverentiæ locum reſtitui poſſet, ac in omnibus Orbis Catbolici regiooibus ita obſervaretur, quemadmodum priſca illa Majorum Noſtrorum diſciplina, & vetus Canonicarum Sanctionum norma præſcripſit. Dum hæc ſolicito animo revolveremus, in oculos primùm incurrit celebris illa Conſtitutio à fel. rec. Gregorio Papa XIV. Prædeceſſore noſtro edita, quæ incipit: *Cum alias*, qua quidem Conſtitutione idem Gregorius Prædeceſſor pro Paſtorali zelo ſuo hunc ipſum in ſcopum intendens, facultates, & indulta à quibuſdam Romanis Pontificibus, ac præſertim à S. Pio V. & Sixto etiam V. Prædeceſſoribus itidem noſtris, tunc ſuis, conceſſa aliquibus Principibus, eorumque Officialibus, & Magiſtratibus extrahendi, ac abducendi ab Eccleſiis, aliiſque locis immunibus certorum criminum reos, & delinquentes, reformavit, moderatuſque fuit: Simul autem delictorum frequentiæ, unde publica tranquillitas maximè perturbatur, occurrere volens, ac impedire, quantum licebat, ne aliqua graviora à pravis hominibus patrarentur ſub certa impunitatis ſpe, quam ex confugio ad loca immunia ſibi parabant, nonnulla expreſſit, & explicavit crimina, & caſus, in quibus laicos delinquentes Eccleſiaſtica Immunitate nequaquam gaudere voluit, & decrevit; ac inſuper Judices conſtituit, qui in occurrentibus caſibus, an delictum eſſet, nec ne in eadem Gregoriana Conſtitutione exceptum, cognoſcere, & declarare deberent; certamque demùm formam in extractione prædictorum delinquentium à locis immunibus obſervandam ſtabilivit, & inviolabiliter ab omnibus perpetuò obſervari mandavit, quemadmodum in prædicta Conſtitutione anno Incarnationis Dominicæ 1591. nono Kal. Junii promulgata uberiùs continetur.

Quoniam verò poſt editam hujuſmodi Conſtitutionem ob varias Doctorum eam interpretantium ſententias, & variam itidem Curiarum Eccleſiaſticarum in illius executione praxim, multiplices contentiones ſuper vero, rectoque ejus ſenſu inter Eccleſiaſtica, & Sæcularia Tribunalia exortæ fuerunt; quamplures Romani Pontifices, ac præſertim piæ memor. Clemens IX. Clemens X. & Clemens XI. Prædeceſſores ſimiliter noſtri de præfatis contentionibus dilucida caſuum exceptorum explicatione ſubmovendis non ſemel, ſicut accepimus, deliberarunt, faciilioremque inſuper eos probandi, & declarandi methodum, ut ejuſdem Gregorii Prædeceſſoris mens pleniùs executioni demandaretur, Curiis Eccleſiaſticis præſcribere cogitabant; ſed ab aliis diſtracti curis, ac interim morte præventi, deſtinata perficere nequiverunt. Hinc igitur eſt, quod Nos omninò expedire arbitrantes, ut ejuſmodi controverſiis finis aliquando imponatur, eorumdemque Prædeceſſorum pio, atque ſalubri propoſito inhærentes, Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, in primis providam memorati Gregorii Prædeceſſoris Conſtitutionem cum omnibus, & ſingulis in ea contentis, atque diſpoſitis ampliſſimè confirmamus, approbamus, & innovamus, & quatenùs opus ſit, criminum in illa exceptorum reis, & delinquentibus immunitatem Eccleſiaſticam ſuffragari nequaquam debere iterùm, ac de novo decernimus, & declaramus. Præterea non abſque gravi animi noſtri dolore animadvertentes ob auctam, atque in dies invaleſcentem perverſorum hominum malitiam ſæpè, ac ſæpiùs nonnulla alia gravia crimina perpetrari, quæ non minùs, quàm illa in Gregoriana Conſtitutione, ut præfertur, excepta, publicam quietem perturbant, proinde ad delinquentium audaciam, ac ejuſmodi delictorum frequentiam, quantum fieri poterit, coercendam, pro Apoſtolici muneris noſtri debito ea, quæ inferiùs explicabuntur, ſtatuenda cenſuimus.

Cùm itaque prædicta Gregoriana Conſtitutione cautum ſit, ut publicis Latrooibus, viarumque Graſſatoribus, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, aut viatores ex inſidiis aggrediuntur, immunitas Eccleſiaſtica minimè ſuffragetur; non levis autem inter Doctores emerſerit controverſia, an quis ex unico actu publicus Latro, & Graſſator dici poſſit, vel plures ad id actus requirantur: Nos ejuſmodi controverſiam dirimere intendentes, unicam tantùm graſſationem in via publica, aut vicinali admiſſam ſufficere ad hoc, ut quis publicus Latro, & Graſſator dici valeat, dummodò tamen graſſati mors, aut membrorum mutilatio ſecuta fuerit, tenore præſentium definimus, & declaramus.

Inſuper ab Eccleſiaſticæ Immunitatis beneficio excludimus, atque repellimus, & pro excluſis, atque repulſis haberi volumus nedùm eos, qui homicidia, aut mutilationes membrorum in Eccleſiis, earumve Cœmeteriis committere audent, quemadmodum in Gregoriana Conſtitutione ſancitum eſt: verùm etiam eos, qui ſtantes in Eccleſia, vel Cœmeterio, interficiunt ſtantes extra Eccleſiam, vel Cœmeterium, aut ipſi membrum mutilant: Necnon eos, qui ſtantes extra Eccleſiam, aut Cœmeterium, occidunt ſtantes intra Eccleſiam, vel Cœmeterium, aut iis membrum mutilant; ac eos tandem, qui Confugientibus vim inferunt, atque ipſos ab Eccleſia, aliove loco immuni violenter extrahunt, & abducunt: Declarantes in quatuor præmiſſis caſibus ejuſmodi Reos non illius tantùm Eccleſiæ, quam violarunt, ſed cujuſcumque etiam alterius Eccleſiæ immunitate gaudere nequaquam poſſe, aut debere.

Ad hæc in crimine Aſſaſſinii non modò Mandatarios, qui in ipſamet Gregoriana Conſtitutione apertè excipiuntur, ſed etiam Mandantes, qui certum præmium, aut mercedem ſive in pecunia, ſive in aliis rebus tradiderint,

aut promiſerint, quamvis promiſſio nullum habuerit effectum, dummodò Aſſaſſinium re ipſa patratum fuerit, ab Eccleſiaſticæ Immunitatis beneficio excludimus, ac pro excluſis perpetuò haberi volumus, & mandamus.

Excludimus pariter, repellimus, atque privamus ejuſdem Immunitatis privilegio Interficientes Proximum ſuum animo præmeditato, ac deliberato; Falſificantes Litteras Apoſtolicas: Miniſtros Montis Pietatis, vel alterius publici Telonii, aut Banci pro depoſitis Principis, privatarumque perſonarum deſtinati, furtum, aut falſitatem in prædictis locis committentes, cujus ratione Arca pecuniaria ita minuatur, ut pœnæ ordinariæ locus ſit: Conflantes, adulterantes, vel tondentes quaſcumque Monetas aureas, vel argenteas, etiam Principum exterorum, quæ ubicumque in loco, aut provincia, ubi crimen admittitur, liberum habeant uſum, & commercium: vel ipſas monetas conflatas, adulteratas, aut detonſas ſcienter ita expendere, & erogare præſumentes, ut fraudis conſcii, atque participes cenſeri poſſint: Illos demùm, qui ſub nomine Curiæ ſeſe introducunt in alienas domos animo ibidem perpetrandi rapinas, eaſque re ipſa committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum alicujus ex domeſticis earumdem ædium, vel etiam extranei, quem ibi fortè reperiri contigerit, dummodò homicidium, vel membrorum mutilatio ſequatur.

Cæterùm cum diuturna experientia compertum fuerit Curias Eccleſiaſticas in caſibus, qui hactenùs evenerunt, difficulter probare, & cõſequenter declarare potuiſſe delictum, pro quo quis ad Eccleſiam confugerat, fuiſſe comprehenſum in numero exceptorum, propter variam earumdem Curiarum praxim, & varias pariter opiniones Doctorum, qui antedicti Gregorii Prædeceſſoris mentem quoad normam ab ipſo præſcriptam recipiendi probationes, & procedendi ad declarationem criminum exceptorum, interpretari voluerunt: ſtatuimus, præcipimus, & mandamus nullam in hoc de cætero haberi rationem cujuſcumque interpretationis ejuſdem Gregorianæ Conſtitutionis, quæ à quocumque Doctore prodierit, neque praxis à quibuslibet Curiis, aut Tribunalibus invectæ, imò nec quarumcumque declarationum, quæ ab hujus Almæ Urbis noſtræ Tribunalibus, ſive etiam à Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Immunitati Eccleſiaſticæ præpoſitorum emanaverint, quatenus præſenti noſtræ Conſtitutioni adverſentur: ſed in occurrentibus caſibus normam hìc à Nobis præſcribendam inviolabiliter ab omnibus obſervari volumus, & ſancimus.

Quotieſcumque igitur Curia Eccleſiaſtica à Curia Seculari fuerit requiſita, ut Laicum aliquem delinquentem è loco immuni extrahi, ac illi conſignari faciat, eaque ſuper delicti excepti qualitate, ac perſonæ reitate ſubminiſtrata, vel acquiſita ſint indicia, quæ ad capturam decernendam ſufficere videantur; tunc Curia Eccleſiaſtica ad ejuſdem Delinquentis extractionem ab Eccleſia, aliiſve locis immunibus, ope, ac medio ſuorum Executorum, implorato etiam, quatenùs opus ſit, brachii ſecularis auxilio, & cum interventu Perſonæ Eccleſiaſticæ ab Epiſcopo deputandæ, procedere teneatur, extractumque ad ſuos Carceres aſportari, ac ibi ſub tuta cuſtodia detineri curet, & faciat. Ubi verò ex Proceſſu informativo deſuper conficiendo conſtet de crimine excepto, ac inſuper adversùs eumdem Extractum talia reſultent indicia, ut crimen ab eo fuiſſe patratum moraliter credi poſſit (quæ quidem indicia juxta regulas juris vocantur ultra torturam) eo tandem caſu præfatum Extractum Miniſtris, & Officialibus Curiæ Secularis tradere, & conſignare poſſit, ac debeat, exacta tamen, receptaque priùs ab ipſis obligatione in forma juris valida reſtituendi Extractum Eccleſiæ ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Nobis, ac pro tempore exiſtenti Romano Pontifici reſervatæ, quatenùs idem Extractus indicia contra ipſum acquiſita in ſuis defenſionibus purget, ac diluat. Quod ſi ea minimè purgaverit, & verè delinquens repertus fuerit, Curiæ Seculari in ipſum tali caſu, ut juris eſſe cenſuerit, agere, atque procedere liceat.

Prætereà conſiderantes ſæpedictum Gregorium Prædeceſſorem in ſua Conſtitutione optimo quidem jure ſanxiſſe, ut ſoli Epiſcopi, & non alii Epiſcopis inferiores, etiamſi locorum Ordinarii ſint, aut nullius Diœceſis, aut Conſervatores à Sede Apoſtolica ſpecialiter, vel generaliter deputati, cognoſcere, & declarare valeant, an delicta, pro quibus Inquiſiti ad loca immunia confugerunt, & in eis ſe receperunt, ſint, necne de genere, ac numero exceptorum: Nos providam ejuſmodi diſpoſitionem approbantes, & confirmantes, eique inhærentes, Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, tenore præſentium, quibuſcumque Magiſtratibus, Officialibus, & Miniſtris Secularibus, nec non quibuſvis aliis perſonis cujuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, etiamſi Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis mundana dignitate, aut auctoritate præfulgeant, diſtrictè interdicimus, ac inhibemus, ne hujuſmodi cauſis vel conficiendo proceſſus, vel inquiſitos extrahendo à locis immunibus, vel declarando crimina ab eis admiſſa eſſe de exceptis in Gregoriana, aut in præſenti noſtra Conſtitutione, ullo pacto ſeſe ingerant, aut immiſceant. Quod ſi ſecùs quidquam attentare præſumpſerint, ex nunc omnia in contrarium præmiſſorum gerenda irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti perpetuò fore, ipſoſque Attentantes in Cenſuras & alias pœnas à Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis adversùs eos, qui juriſdictionem Eccleſiaſticam quoquo modo lædunt, ac violant, inflictas incurrere decernimus, & declaramus: volentes, intendentes, ac expreſsè mandantes, quod omnimoda cognitio, atque judicium de criminibus in Gregoriana Conſtitutione exceptis, & à Nobis ſuperiùs explicatis, tum etiam de aliis, quæ in præſenti noſtra Conſtitutione adjicienda, & firmiter excipienda duximus, quemadmodùm, ut præfertur, adjecimus, & excepimus, ad Epiſcopos tantùm, privativè quoad omnes alios, perpetuò ſpectet, atque ſpectare debeat; & donec ipſi in occurrentibus caſibus declaraverint delictum eſſe de exceptis, & cætera omnia à Nobis ſuperiùs conſtituta adimpleverint, Inquiſitos Eccleſiæ, vel alterius loci ſacri, ad quem confugerunt, immunitate gaudere tutò debere, ac in ea conſervandos, & manutenendos eſſe ſtatuimus, præcipimus, & mandamus.

Univerſos demùm, & ſingulos Venerabiles Fratres Noſtros Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quos hujus noſtræ Conſtitutionis Executores deputamus, in viſceribus Domini Noſtri Jeſu Chriſti hortamur, & paterna charitate admonemus, ut quanti momenti ſit hoc negotium, ſeriò cogitantes, in occurrentibus caſibus qualitatem teſtium, & probationum pondus ſummo ſtudio, ac vigilantia ſcrutentur, omnemque fraudem, & dolum procul arceri ſatagant; quin etiam Sacerdotali pectore, quotieſcumque opus fuerit, iis omnibus obſiſtant, qui ejuſdem præſentis Conſtitutionis executionem, ac obſervantiam quomodocumque temerario auſu impedire præſumerent. In reliquis porrò caſibus tam in hac noſtra, quàm in Gregoriana Conſtitutione non exceptis, memores quàm acriter ſemper, & qua eximia, ac prorsùs ſingulari animi fortitudine majores noſtri pro Eccleſiaſtica libertate, ac immunitate pugnaverint, nihil de illa imminui permittant, neque ſacris juribus labem ullam irrogari patiantur, ſed ea pari ſanè zelo, atque conſtantia tueri curent: ab omni tamen tumultu, ac perturbatione caventes, ne jactantiæ cauſa potiùs, quàm miſerationis, & juſtitiæ titulo, Eccleſiaſtica Privilegia aſſerere velle videantur.

Decernentes eaſdem præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque ſemper valida, firma, & efficacia exiſtere, ac fore, ſuoſque integros, atque plenarios effectus ubique ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quavis præeminentia, & poteſtate fungentes, ac functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus quibuſcumque Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ Regulis, nec non quorumcumque Prædeceſſorum noſtrorum Litteris Apoſtolicis, Privilegiis, Indultis, & Facultatibus quibuſvis Perſonis etiam ſpeciali mentione dignis, & quavis quantumcumque ſublimi dignitate, & authoritate fulgentibus, & ex quibuſvis etiam gravibus, ac urgentiſſimis cauſis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoria-

rum

rum derogatotiis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & ioſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialitet, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovasis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, oon autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio ſcienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ac ſervatis reſpectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut autem præſentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonalitet intimatæ fuiſſent: otque ipſarum præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplia etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munisis, eadem prorsùs fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtræ voluntatis, ſanctionis, declarationis, confirmationis, præcepti, decreti, mandati, prohibitiona, & derogationis infringere, vel ei auſu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto ſexto Idus Junii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

P. M. Card. Prodat.

F. Card. Olivetius.

Viſa de Curia J. C. Archiepiſcopus Amaſenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Regiſtrata in Secretaria Breviam.

Anno à Nativ. D. milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto Indictione tertia, die verò 15. menſis Junii, Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. BENEDICTI Divina Providentia Papæ XIII. Anno Primo, ſupradicta Littera Apoſtolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Baſilicarum Lateranenſis, Principis Apoſtolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis per me Franciſcum Baldum Apoſt. Curſ.

Antonius Pellicia Mag. Curſ.

L A

1 Labor ille nulli facit tædium, qui ſumitur pro delectatione cunctorum, *Caſſiod. Var. lib. 5. epiſt. 38. in fin.*

2 Laborem non ſefugit, qui virtutis gloriam concupiſcit, *Caſſiod. var. l. 1. epiſt. 24. in princ.*

3 Laborem ſequatur cibus, cibum ſomnus, ſomnum c. *Bonet. in Medic. ſeptentr. l. 3. ſect. 33. c. 11.*

4 Lacrymæ: Fieri non poteſt, ut Filius tot lacrymarum pereat, Verba *S. Ambroſ. Matri D. Auguſt.*

5 Læſio nulla removetur, cujus origo non tollitur, *Caſſiod. Var. l. 7. epiſt. 6. ante fin.*

6 Læſio: Proprium eſt odiſſe, quem læſeris.

7 Laicalis Poteſtas: Qui laicalis poteſtatis attentata repellere debuiſſes, & ipſe, & omni quidem ope, ac ſtudio, promovendam ſuſceperis, *Clemens XI. tom. 2. epiſt. fol. 299.*

8 Laicales Confraternitates non tenentur propriis ſumptibus contribuere expenſis illarum Eccleſiaſticarum functionum, quæ fiunt à Cleris Eccleſiarum, in quibus erectæ ſunt, *Cong. Viſit. Apoſt. 24. Maji 1712. Ponente Card. de Abdua*, de qua *in tom. 1. par. 1. diſcept. 16.*

9 Lapidis appoſitionem cum ejus reſolutionibus, in judicio obtentis, & expoſitis in loco publico, noluit approbare *Cong. Conc. in Theatina 10. Aprilis 1717.* In decretis tamen Congr. Viſit. Apoſt. anno 1710. contrarium fuit practicatum, ut videre eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Planctu Urbis.

10 Lapſus: Tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant.

11 Largitio: Libenter omnibus modis præbemus aſſenſum, quoties vox eſt juſta poſcentium, quia nec decet eſſe difficilè beneficium, quod largitate non patitur detrimentum, *Caſſiod. var. lib. 1. epiſt. 14. in princ.*

12 Latenila, ſicuti cum laude ſunt prodita, ita inventa cum vituperatione videntur eſſe neglecta, *Caſſiodor. var. lib. 4. epiſt. 34. in fin.*

13 Latere: Non tam cœpit ille eſſe quod erat, quàm prodidit quod latebat, *S. Eucher. in hom. de S. Maximo.*

14 Latina mulier validè contrahit matrimonium coram Parocho Græco Catholico, *Congr. Conc. in Nullius 6. Junii 1600. lib. 9. Decr. fol. 87. à terge.*

15 Latitans. Vide Decoctus.

16 Latus Chriſti dicitur apertum, non vulneratum, quoniam vulnus præterquam in vivo corpore fieri nequit.

17 Lavare: Lumina mane manus gelida lavet aqua:
Si fore vis ſanus, ablue ſæpè manus.

18 Lauda parcè, vitupera parciùs, *Senec. de Quat. virt. tit. de Prudent.*

19 Laudantium peſſimum inimicorum genus, *Tacit. in Vit. Agricol.*

20 Laudare: Nec te laudaveris, nec te culpaveris ipſe, *Cato.*

21 Laus: Nec te collaudes, nec te culpaveris ipſe,
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

22 Laudare: Quiſquis iſta non videt, cæcus; quiſquis videt, & non laudat, ingratus; quiſquis laudanti reluctatur, inſanus eſt, *S. Auguſt. de Civ. Dei l. 1. c. 7.*

23 Laudare poteſt ſe aliquis ſecundùm Gregorium, quando provocatur opprobriis, & conculcatur, *D. Thom. ad Corint. 2. c. 10. lect. 2.*

Laudare: Quæ nobis laudi ſunt, non modò ipſi taceamus, verùm etiam aliis prædicare non permittamus, *S. Joan. Chryſoſt. ex cap. 9. Matth. hom. 33. fol. 268. impreſſionis Pariſienſis ann. 1581.*

24 Laudari: Placuit ille mihi, qui non tantùm laudari ſe lætatur, ſed addit etiam à laudato viro, *Cicer. epiſt. 69. lib. 5.*

25 Laudari: Qui neceſſitate cogente, vera de ſe bona loquitur, tantò magis humilitati jungitur, quantò veritati ſociatur, *S. Greg. l. 26. mor. cap. 3.*

26 Laudari inter eruditos nobilitate, inter nobiles eruditione, inter utroſque pietate, & humanitate Principem, *Anonimus.*

27 Laudari eſt malis diſplicere, *Senec. de remed. fortuitor. §. Malè de te.*

28 Laudari: Qui à malis laudatur, timeat, ne aliquid mali fecerit, *Lactantius*, relatus *à Petro Paul. Serigoff. in epiſt. grav. fol. 459. num. 224.*

29 Laudari ob turpia, vel laudari à turpibus, paria ſunt, *Seneca*, ſequutus *à Petr. Paul. Serigoff. in epiſt. grav. fol. 459. num. 224.*

30 Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua, *Prov. 27. 2.*

31 Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Ordine inverſo:

32 Eximium decus hoc fecit te ſcandere, rerum
Copia, non virtus, fraus tua, non tua laus.

33 Laus: Dum juga montis Aper, fluvium dum Piſcis amabit,
Dum thimo paſcentur Apes, dum rore Cicadæ,
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt, *Mantuan. eglog. 5.* ſequutus *à Milazz. aſſert. 2. n. 36.*

34 Laus æqua eſt à viris laudatis laudari, quàm ab improbis improbari, *Saluſt.*

35 Lau-

35 Laudes amittere multò deformius eſt, quàm non aſſequi laudem, *Plin. jun. lib. 8. epiſt. ult.*

36 Laudibus materia nunquam deficit, quia nunquam deficit copia laudatoribus, *S. Leo de' Nativ. ſerm. nov.*

37 per Lectionis exercitium reperitur ſcientiæ margarita, *cap. Poſt translationem de Renunc.*

38 Lector, qui legit per annos viginti, poteſt per ſubſtitutum ſuo muneri ſatisfacere, *Zacch. de Salar. q. 74. n. 49.*

39 Lector, legens per annos viginti, meretur dignitatem Comitis Palatini, quam obtinuit *Caponus*, ut teſtatur *in diſcept. 60.* ubi latè explicat privilegia ejuſdem dignitatis.

40 Lectores univerſitatum pro quo tempore gaudeant vacationibus, explicat *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 16. form. 9. n. 6.*

41 Lectores moderni cum damnabili abuſu in Inſtitutionibus Deciſionibus, & practicis Concluſionibus Tyrones imbuere ſtudent, quo nihil damnabilius, *Card. de Luc. de Hered. diſc. 1. n. 4.*

42 Lectoris munus in Romana Sapientia antiquis temporibus compatibile erat cum Advocatione Conſiſtoriali, ut patet ex *decíſ. 447. in princ. coram Merlin.*

43 Lectura juris Civilis non poteſt obtineri à Sacerdote ſine Apoſtolica diſpenſatione, *Cong. Conc. in Neapolitana 19. Martii 1644. lib. 17. Decret. fol. 296.*

44 Lædens, aut te potentior eſt, aut imbecillior. Si imbecillior; parce illi: Si potentior; parce tibi, *Senec. de Ira lib. 3. cap. 6.*

45 Legatum magnæ quantitatis Miſſarum, una vice celebrandarum, converti non poteſt in erectionem Cappellaniæ perpetuæ, *Congr. Conc. in Bononien. Legati Miſſarum 7. Decembris 1697. 9. Auguſti 1698. & 9. Septembris 1702.* de quibus *in tom. 3. par. 2. diſcept. 18.*

46 Legatum pro Anima, quando ſit perpetuum, vel temporaneum, *Congr. Concil. in Camerinen. Legatorum 14. Julii 1721.*

47 Legata cauſa ſtudii facta, quando non debeantur Legatario. Vide *Rotam in Romana, ſeu Reatina 1. Julii 1709. coram Molin.*

Legata pro celebratione Miſſarum nunquam patiuntur diminutionem, *Rot. in Romana Redditionis Rationis 20. Januarii 1708. §. Etenim coram Caffarell.*

48 Legatio ad Tractum Rheni, & Provincias inferiores Germaniæ, laudabiliter exercita à Petro Aloyſio Caraffa, deinde S. R. E. Cardinali, ſtylo æquè eleganti, ac erudito deſcripta ab eodem fuit, & Typis Leodienſibus evulgata anno 1634. Cujus exemplaria cùm nimis rara ſint, per extenſum reimprimitur *in fine hujus litt. L. §. 4.* Promotus fuit ad Purpuram idem digniſſimus Cardinalis die 6. Martii 1645. vitamque cum morte in Urbe commutavit in Interregno Pontificio per obitum ſan. mem. Innocentii X. die 15. Februarii 1655. fuitque ſepultus in Eccleſia Nomini Jeſu dicata cum ſequenti Inſcriptione: *Petro Aloyſio Caraffa SS. Silveſtri, & Martini in Montibus, titulo Equitii S. R. E. Presbytero Cardinali, Sac. Congregationis Concilii Præfecto, 15. Kalendas Martii anno 1655. ætatis ſuæ 74. in ipſis Vaticanis Comitiis è vivis erepto. Franciſcus Belvederis Princeps, Patruo magno poſuit.*

49 Legatus de Latere ſine ſpeciali Privilegio Apoſtolico non poteſt cognoſcere cauſas in prima inſtantia, *Cong. Concil. in Nullius 24. Auguſti 1640. l. 16. Decr. fol. 417. & in Piſaurien. 14. Martii 1648. & 12. Auguſti ejuſdem ann. lib. 18. fol. 453. & 474.*

50 Legatus de Latere: Nonnè alterius ſæculi res eſt, rediiſſe Legatum de terra auri ſine auro? Tranſiiſſe per terram argenti, & neſciſſe argentum? *S. Bernard. de Conſider. ad Eugen. lib. 4. cap. 7.*

51 Legere cùm non poſſis quantum habueris, ſat eſt habere, quantum legas, *Senec. epiſt. lib. 1. epiſt. 2.*

52 Legere neſciens, eſt oculis laudator, mente non cognitor, *S. Aug. ſerm. 44. de Verb. Domin.*

53 Legens poterit eſſe Judex in cauſa, *Quiring. de ſcient. med. fol. 36.*

54 Lex: Ultra poſſe ſuum, nullum Lex juſta coegit, nec putat eſſe reum, qui toto poſſe peregit, *Gloſſ. in leg. Impoſſibilium, ff. de reg. jur.*

55 Lex nova non extenditur ad præterita, ſed ad futura ſolùm vires porrigit, etiamſi caſus præteritus perfectionem expectet à futuro, *Rot. in Romana Cambiorum 26. Junii 1697. §. Nec deficit coram Urſin.*

56 Legis Factores juſtificabuntur apud Deum, non autem Legis Auditores tantùm, *S. Greg. hom. 23. in Evang.*

57 Legis caſus ubi adeſt, non eſt recurrendum ad Doctorum authoritates, *Gratian. deciſ. Marcb. 85. n. 16.*

58 Leges juſtiſſimæ, ut bonis aperiunt, ita claudunt malis moribus actionem, *Caſſiodor. variar. lib. 9. epiſt. 15. ante med.*

59 Leges: Sono come le ſpade, che ricevono tutto il vigore da chi le maneggia, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 9. cap. 9. num. 1.*

60 Leges plurimas condens id agit, ut quis aliquam earum facilè offendat; multitudo ſiquidem Legum potiùs illaqueat, quàm devincat, *Alexand. Turamen. lib. 1. ſingul. de Leg. c. 7. n. 17. & prat. reſponſ. crim. 40. ſub n. 49.*

61 Legiſta: Dat Galenus opes, dat Juſtinianus honores,
Ex aliis Paleas, ex iſtis collige Grana.

62 Legiſti, ſed non intellexiſti; Si enim intellexiſſes, non improbaſſes, *Moſchen. nelle Lettere miſſiv. e reſponſ. delle Beſt. lett. 4. obſerv. 1. num. 4.*

63 Leo: Proculcant Lepores extincti membra Leonis; *Thom. Mor.*

64 Leviora ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ præmeditatò inferuntur.

65 Libellus: Quis, quid, coram Quo, quo jure petatur, & à Quo,
Rectè compoſitus quiſque Libellus erit.

66 Liber memoriarum concurrentibus conjecturis probat etiam pro ſcribente, vide diſcurſum impreſſum in fine hujus Litteræ L. §. 1.

67 Liber nullus tam malus eſt, quin aliquid boni habeat, *Plin. l. 3. epiſt. 5.*

68 Libertas: Non benè pro toto libertas venditur auro.

69 Libri: Utile eſt plures à pluribus fieri Libros, diverſo ſtylo, etiam de quæſtionibus iiſdem, ut ad plurimos res ipſa perveniat, ad alios ſic, ad alios autem ſic, *S. Auguſt. de Trinit. l. 1. c. 3.*

70 Libri impreſſi devono con l'eſperienza riuſcire, o li Lodatori, o li Biaſimatori di ſe medeſimi, *Giovan. Caſon nella Lett. al Lettor. dell' Iſtor. del Concil. di Pallav.*

71 Libri aliqui, ſi non haberent annexas Deciſiones, eſſent nimis parvi, & ad inſtar Corvi aliorum pennis indui ſolent, *Anſald. deciſ. 9. ſub n. 50.*

72 Libri, non ſtudiorum inſtrumenta, ſed cænationum ornamenta ſunt, *Senec. de Tranquill. vit. c. 9.*

73 Libri omnes per impreſſionem non recipiunt æqualem authoritatem, *Fagnan. in cap. Cùm veniſſent num. 74. verſ. Altera ratio de Judic.*

74 Libri, non impreſſi, allegari non ſolent, *Sal. de Leg. tract. 14. quæſt. 97. diſput. 21. ſect. 11. verſ. Nec obſtat.*

75 Librorum multitudo diſtrahit, cùmque legere non poſſis quantum habueris, ſatis eſt habere quantum legas, *Sen.*

76 Librorum editio: Cùm tua non edas, carpis mea carmina Leli:
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua, *Martial. epigr. 49.*

77 Librorum editio: Non omnia quæ ab omnibus conſcribuntur, in omnium manus veniunt: & fieri poteſt, ut nonnulli, qui hæc noſtra etiam intelligere valent, illos planiores non invenientes Libros, in iſtos ſaltem incidant; ideoque utile eſt plures à pluribus fieri diverſo ſtylo, non diverſa fide, etiam de quæſtionibus eiſdem, ut ad plurimos res ipſa perveniat, ad alios ſic, ad alios autem ſic. *S. Aug. l. 1. de Trinit. cap. 3.*

Librorum Impreſſor, etiam abſque pacto, tenetur tot Copias dare Authori, quot ſufficiant pro ejus Amicis, *Capon. diſcept. 161. n. 85.*

78 Librorum exhibitioni quando ſit locus, latè *Rot. in Faventina 17. Martii 1706. coram Caffarell.*

79 Libris legatis, non continentur ſcantiæ, ubi illi repoſiti ſunt, *l. Librorum §. Libris autem ff. de Legat. 3.*

80 Libros componere: Sicut triſte eſt de vita diſcedere ſine Hærede, ita miſerrimum nihil Poſteris ſcriptum relinquere, *Fel. de Sol. in proem. tract. de Cenſ. & Lauret. de Matt. in proem. Bibl. Fontan.*

81 Liberalis, magnique animi non eſt, qui de alieno dat: ſed ille, qui, quod alteri donat, ſibi detrahit, *Senec. de Clem. lib. 1. c. 20.*

82 Liberalitatis materiam animus invenit etiam inter anguſtias paupertatis, *Senec. de benef. lib. 1. cap. 9.*

83 Libidini dum ſervitur, facta eſt conſuetudo; & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, *S. Aug. lib. 8. Confeſſ. cap. 5.* relatus *à P. Segn. nel Criſt. Inſtr. par. 3. raggion. 18. n. 12.*

84 Licent omnia, ſed non omnia expediunt, neque ædificant, *S. Paul. 1. ad Corinth. 6. 10.*

85 Li-

Digitized by Google

85 Licere: Cùm, Deo præſtante, poſſimus omnia, ſola nobis licere credimus laudanda, *Caſſiod. var. lib. 10. epiſt. 16. in princ.*

86 Licentia minora, quæ non videmus agimus, & quamvis non minor ſit atrocitas, facinoris formido minor eſt, *Senec. Controv. lib. 1. contr. 5.*

87 Liga: Non ſi trovano Collegati più ſicuri, che quelli li quali ſi ſono congionti col vincolo di commune intereſſe, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 3. c. 9. n. 6.*

88 Ligone proprio qui ſe percutit, ſibi id imputare debet, *Rot. deciſ. 24. n. 126. apud Proſper. de Terr. ſepar.*

89 Limitationem alleganti dicere poteſt habens pro ſe regulam: *Da mihi Textum, hoc dicentem, Rocc. Selectar. interpret. c. 191. n. 66.*

90 Lingua, licèt mollis, frangere dura poteſt.

91 Lingua modicum membrum eſt, & magna exaltat, *S. Jacob. epiſt. 3. 6.*

92 Linguam nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero, *S. Jacob. epiſt. 3. n. 8.*

93 Linguæ impeditioris, & tardioris ſum, *Exod. 4. 10.*

94 Lingua deſrænatur inter epulas, *S. Joan. Chriſoſt.*

95 Lingua: Nella lingua Franceſe è di meſtieri fare cinque fatiche per apprenderla, Parlare, Leggere, Scrivere, Intendere, e Pronunziare, *Segretar. di Apoll. Letter. a Franceſ. fol. 177.*

96 Lingua materna: Dulciùs ab unaquoque ſuſcipitur, quod patrio ſermone narratur, *Caſſiod.* relatus *à Fabr. in Hiſtor. Ravennaten. in epiſt. ad Lector.*

97 Lis: In immenſum trahi non decet finita Litigia, quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententiis acquieſcitur? *Caſſiod. Var. l. 1. epiſt. 5. in princ.*

98 Lis genuit Legem, Legum Lis Filia; Vivi
Non ſine Lite ſolet, nec ſine Lege poteſt.

99 Litis expenſæ ſolent aliquando ſuperare valorem rei, in litem deductæ, *Rot. deciſ. 548. in princ. coram Emer. jun. & deciſ. 122. in princ. part. 15. recent.*

100 Litis expenſæ non debentur, quando ſententia expedita fuit poſt illius renunciationem, *Innocent. XII. Conſtit. 34.* Dummodo illa fiat cum legitimo Mandato Procuræ, *Rot. in Majoricen. 21. Januarii 1709. §. Nec taxatio coram Criſpo.*

101 Litis impenſæ taliter aliquando defatigare ſolent Litigantes, ut in illius proſequutione relinquant Advocatum, *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 33. n. 2. in fin.*

102 Litis expenſæ debentur Religioſo, recurrenti adverſus ſuam profeſſionem, etiamſi in prima inſtantia ſuccubuerit, *Card. Petr. ad Conſtit. Apoſt. tom. 2. ad Conſt. 7. Innocent. III. n. 16. fol. 258. & tom. 4. p. 1. diſcept. 1. §. 11. n. 50.* Vide *Rot. dec. 1003. coram Emer. jun.*

103 Lite aliquando major eſt quæſtio, & de modico non modicè dubitatur, *Rot. deciſ. 22. in princ. p. 15. recent. & deciſ. 584. in princ. coram. Emer. jun.*

104 Lites in Urbe non ſine magno diſpendio agitantur, *Rot. deciſ. 625. n. 11. p. 14. & deciſ. 479. n. 17. p. 19. recent.*

105 Lites Procuratoribus, & Advocatis ſunt cibaria dulciſſima, ipſis tamen partibus ſunt valdè amara, *Gallerat. de Renunc. centur. 1. renunc. 18. ſub n. 4. & Rebuff. in Regul. de ſubrog. gloſſ. 1. fol. 151.*

106 Lites inextricabiles oriri ſæpè ſolent circa Teſtamenta doctiſſimorum Hominum, *Rot. in Romana Pecuniaria 23. Junii 1698. §. Iſta verò coram Lancett.*

107 Lites: Chi attacca molte Liti in un tempo, non è riputato, che abbia raggione in veruna, *Pallavic. nell' Hiſtor. del Concil. l. 23. c. 3. n. 33.*

108 Lites, propter diſpendia, & moleſtias, faciunt multas noctes ducere inſomnes, *Rot. deciſ. 803. num. 7. & ſeqq. p. 18. recent.*

109 Lites, quæ divino cultui detrahunt, quàm citiſſimè terminandæ ſunt, *Priol. deciſ. 33. n. 2.*

110 Lites tenaciter hærent menti Litigantium, ita ut propter illas multoties ducant noctes inſomnes, *Rota deciſ. 803. n. 8. part. 18. recent.*

111 Lites qui habent, Judices quærunt juſtos, ſapientes, & propitios, *Petr. Caſtell. de Abuſ. Phlebotom. in Dedicat. ad Jul. Mancin. Medic. Urban. VIII.*

112 Lites debent celeriter terminari, *Rota in Tyburtina Fideicomm. 2. Martii 1705. §. Hodieque coram Anſald.*

113 Litium nullum fore finem, ubi à tranſactionibus facilè diſcedatur, *Rot. in Farfen. Pecuniaria 31. Januarii 1718. in princ. coram Card. Falconer.*

114 à Litibus, quatenus liceat, abſtinendum eſt, cùm ſit non modò liberale paululùm, nonnunquam de jure ſuo decedere, ſed interdum etiam fructuoſum, *Cicer. de Offic. lib. 2.*

115 Literati Viri, quando ſcribunt res magni momenti, non ſolent advertere ad majuſculas, puncta, lineas &c. *Card. de Luc. de Succeſſ. diſc. 17. ſub n. 7.*

116 Literati: Speſſo avviene, che gl'intelletti più valoroſi per la dottrina, ſiano accoppiati a corpi più deboli per la compleſſione, e più logori dall'età, e fatiche, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 6. c. 1. nu. 2.*

117 Literati Homines: Berſaglio per altro di tutte quelle ſciagure, che ſono fatali agl'Uomini letterati, *Caracc. nella Traged. del Corradin. nella dedic. a Monſignor Spinol. poi Card. S. Ceſareo.*

118 Literatorum Hominum fatum eſſe videtur, ut ea, quæ ab eis magnis ſudoribus & laboribus acquiſita ſunt, ab eorum Hæredibus brevi diſſipentur, *Card. de Luc. de Servit. diſc. 74. n. 1.*

119 Litigare non expedit, *de Rub. in Diſcurſ. impreſſ. in princ. p. 7. recent. num. 299.* ibi: *Quare, bone Deus, Litigantes in hoc exemplum non ſumunt a Juriſconſultis, qui rarò litigant?* ſequiturque illud *Caton. min. lib. 2.*
Juriſconſultus rarò cur litigat, aut cur
Qui mihi multa dedit pharmaca, nulla bibit?
Quæ omnia laudat, & ſequitur etiam *Clericat. Miſcell. deciſion. deciſ. 54. n. 16.*

120 Litigator: Vox omnium malorum Litigatorum eſt, cùm fuerint etiam manifeſtiſſima veritate ſuperati, conqueri, *S. Auguſt. epiſt. 162.*

121 Litigator debet eſſe liberalis, & honorarii magnitudine diligentiam Advocati provocare, *Alciat. lib. 12. Parerg. c. 12. ante med.*

122 Litigantes providi ſolent apud ſe retinere copias illarum ſcripturarum, quas exhibent in Actis, *Bich. deciſ. 308. in princ.*

123 Litigantes, Ægrotorum ad inſtar, mutare ſolent defenſores, & eodem modo, quo Ægroti, Medicis potiùs, quàm morbis vitium attribuunt, *Card. de Luc. de Servit. diſc. 110. n. 1. in fin.*

124 Litigantes Hiſpani, ut plurimùm initio Cauſæ audiunt ſenſum plurium Advocatorum, eoque habito, ad parcendum expenſis, cum aliquibus tantùm defenſoribus Cauſas proſequuntur, *Card. de Luc. de Decim. diſc. 17. n. 2.*

125 Litigantes: E' uſo de' Litiganti condannati, ſempre querelarſi, che il Giudice non li ha uditi, perchè non averebbero voluto mai, che ſi proferiſſe la deciſione, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 1. c. 9. n. 14.*

126 Litiget, ædificet, qui vult citò pauper haberi.

127 Livella Monialium adminiſtrari non poſſunt à ſe ipſis, juxta Oraculum *Clem. XI. 28. Julii 1708. & 26. Januar. 1709.* de quo *in Synod. Fulginaten. Baptiſtell. in Append. fol. 181. & 182.*

228 Livella quomodò adminiſtrari poſſint à Regularibus, latè *in Neapolitana Livellorum*, de qua *in tom. 3. par. 2. diſcept. 1.* Vide etiam *Rot. in Neapolitana Livellorum anni 1715. coram Criſpo, & anni 1720. coram Corio.*

129 Loca Montium quando tranſeant libera in Emptorem, vide *Rot. in Romana Locorum Montium 12. Januarii 1705. coram Kaunitz.*

130 Locorum Montium Strena. Vide Strena.

231 In Locis Montium Cameralibus obligatus aliquam ſummam inveſtire, ſuæ obligationi ſatisfacit, emendo Loca Montis Communitatis, *Conſtantin. ad Statut. Urb. tom. 1. fol. 563. à n. 22. & Rot. in part. 18. recent. deciſ.* .....

132 Locationis verus contractus non verificatur inter Advocatum, & Clientem, ſed Honorarium, *leg. 1. ubi Gloſſ. verb. Honorarium ff. Si Menſor falſ. dix. & Ubald. deciſ. 478. num. 4.*

133 Longum nihil eſt, quod finem habeat, *S. Hieronym. l. 1. epiſt. 34.*

134 Longum iter per præcepta, breve & efficax per exempla, *Seneca.*

135 Loquacitas eſt reſoluta ſine ratione intemperantia, *Plato.*

136 Loqui nobis communiter datum eſt, ſolus ornatus eſt, qui diſcernit indoctos, *Caſſiodor. variar. lib. 1. in Præfat. in princip.*

137 Loqui benè neſcientes: Faciunt, non quod merentur, ſed quod ſolent; quibuſdam enim Canibus ſic innatum eſt, ut non pro feritate, ſed pro conſuetudine mordeant, *Seneca.*

138 Loqui neſcit pœnitenda, qui proferenda priùs ſuo tradit examini, *Caſſiodor. variar. lib. 1. epiſt. 4. poſt med.*

139 Lo-

Digitized by Google

139 Loqui: Sæpè etiam eſt olitor valdè opportuna loquutus, *Ovid. lib.1.*

140 Loqui: Quid de te alii loquantur, ipſi videant; ſed loquentur tamen, *Cicer. de ſomn. Scipion.*

141 Loqui: Non curantes, quod os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus à tramite veritatis, *cap. Magnæ de vot. & voti redemption.*

142 Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus,
Quis tulerit Gracchos, de ſeditione querentes? *Juvenal. Satyr.2.*

143 Lotterii duo filii lauream Doctoris in tenera ætate fuerunt conſequuti, primus in 14. & ſecundus in 13. anno, teſte eorum Patre *in Tract. de Benefic. l. 3. q. 7. n. 191.*

144 Lotti contractus nullus eſt, ſtante enormiſſima læſione, *Gobb. conſult. 143. in fin. & Card. de Luc. de Uſur. diſc. 36. num. 11.*

145 Lotti Ludos nimis præjudiciales eſſe, experientia teſte, latè oſtenſum fuit *in Inſtit. crim. lib. 3. tit. 10. à n. 171.* Quod confirmavit ſan. mem. Innocentius XIII. in Chirographo, ſignato die 11. Auguſti 1721. ſequentibus verbis: *Noſtri Sudditi già che vogliono ingolfarſi in ſimili Giuochi, per altro pregiudiziali alle loro ſoſtanze, e Famiglie.* Ex quo motivo, aliiſque magnis inconvenientibus, indicatis *in dict. Inſtit. crim. cit. lib. 3. tit. 10. num. 239. & ſeqq.* ſan. mem. Alexander VII. mediantibus ſpiritualibus pœnis, eumdem ludum eradicavit ab Hiſpaniarum Regnis, ut videre eſt in ejus Breve, regiſtrato *in fine hujus lit. L. §. 2.* Simili pariter medio uſus fuit anno 1704. ſan. mem. Clemens XI. pro tollendo abuſu ejuſdem Ludi à Civitate, & Diœceſi Lucenſi, mediante epiſtola regiſtrata *in fine hujus lit. L. §. 3.*

146 Card. de Luca acceſſit ad Urbem trigenario major, ipſo teſte *de Alienat. diſc. 32. num. 5. in fin.* Anno 1648. Advocati munus exercere cœpit in Curia, ut teſtatur *in diſc. 118. num. 1. de Regal.* Idque facere cœpit, quaſi ex caſu, ut teſtatur *in Tract. de Locat. diſc. 7. ſub num. 3.* In cauſis extra Curiam quando ſcribebat favore Clientum, in folio ad Partes ſolitus erat illis proprium ſenſum apetire, ut teſtatur *in diſc. 4. ſub num. 4. de Credit.* Citando aliquas authoritates *in Tract. de Regal. diſc. 42. num. 7.* aſſerit, illas inventas fuiſſe à Principalibus, quia ipſe ex genio non erat ſolitus tempus conſummare ad illas inveniendas. Compoſuit *il Dottor volgare* ex impulſu Card. *Gibberti Borromei*, ut teſtatur *in diſc. 103. n. 1. de Juriſdict.* Dozuenam exercuit in Urbe in principio ſuæ Advocationis, ut teſtatur *in diſc. 65. in princip. de Dot.* Fuit Diſcipulus Arias de Meſas, ut teſtatur *in diſc. 13. num. 6. de Canonic.* Habitabat ab annis 34. in Urbe anno 1677. & ſic ad illam acceſſit anno 1643. ut colligitur *ex diſc. 48. num. 4. Miſcell. Eccleſ.* Inculcabat ſemper, quod quæſtiones ut plurimum conſiſtunt in facto, eodem modo quo S. Jo. Evangel. inculcabat proximi dilectionem, *& Rot. in Tarentina Immiſſionis 11. Decembris 1705. in princip. coram Anſald.* Juris noſtri illuſtrator appellatur *à Rot. in Calien. 7. Junii 1709. §. Etenim coram Aldobrand.* Quando loquitur ſine lege, & authoritate, attendendus non eſt, *Rot. in Melevitana 29. Januarii 1706. §. fin. coram Caſſarell.* Omniſcius, ingeniorum Fenix, præiens hujus ævi prodigium, & decus Oſtri Romani vocatur *à Boſcul. reſponſ. 2. num. 29. apud Torr. de Primog. Ital. tom. 2.* Scholaris in Civitate Neapolis erat anno 1631. ut teſtatur *in diſc. 10. de Juriſdict. ſub num. 9.* Scripſit pro muliere gratis, ut teſtatur *in diſc. 13. de Matrim.* Solitus non erat reſpondere illis, qui ſuos diſcurſus impugnabant, ut aſſerit *in Tract. de Fideicom. diſc. 202. num. 7. & 8.* Studium magnum fecit in collectione reſolutionum Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, ab anno 1605. uſque ad annum 1653. ut patet *ex diſc. 21. num. 3. de Servitut.* & teſtatur *in diſc. 20. num. 7. eodem tit.* Vota multa compoſuit ad petitionem cujuſdam Card. quem non nominat *in diſc. 1. tr. 4. de Præeminent.* quæ ex prudentialibus motivis non impreſſit. Dicitur civis, & domeſticus juriſprudentiæ, non autem hoſpes, & advena juris, *à Rota in deciſ. 222. num. 2. par. 15. recent.* Vicarius Generalis, & Capitularis fuit in Patria, ut teſtatur *in diſc. 30. num. 9. de Juriſdict. & diſc. 17. num. 6. de Canon.*

147 Lucani Epiſcopi jus habent deferendi Crucem, etiam in Eccleſiis exemptis eorum Diœceſis, *Congr. Conc. in Lucana 8. Auguſti 1726.* de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept. 1.*

148 Lucrum nullum eſt, ubi ſalutis eſt damnum, *Card. Bona in Manuduct. ad Cœl. cap. 1. in fin.*

149 Ludens ad paria & imparia divinanda, ſi in manibus habeat nummos falſos, & veros, falſi non numerantur, & illis ſubductis, videndum eſt, an reſiduales monetæ ſint pares, vel impares, *Barboſ. appellat. 156. num. 3. in fin.*

150 Ludere: Nullus ubique poteſt felici ludere dextra.

151 Ludit in humanis divina potentia rebus.

152 Ludus ſcaccorum non multùm convenit litteratis hominibus, eo quia mentem, jam litterarum ſtudiis fatigatam, novo meditationis labore onerat, *Barboſ. de Paroch. p. 1. c. 6. n. 30. Inſtit. crim. lib. 3. tit. 10. n. 48.*

153 Luſor: Il Giuocator, quando è ridotto al verde,
Giuoca per riſcattarſi, e ſempre perde.

154 Lux: Quàm multi indigni luce ſunt? Et tamen eis dies oritur, *Senec. de benef. lib. 1. c. 1. ante fin.*

155 Lux multa eſt contra perſonas inſignes, omnium in iſtas converſi ſunt oculi, *Senec. de Clem. lib. 1. cap. 8.*

156 Luxuria in Regibus, quò liberior, eò caſtigatior, *S. Auguſtin.*

157 Luxuria omni ætati turpiſſima, ſenectuti fœdiſſima eſt.

158 Luxurioſus adoleſcens peccat, ſenex luxurioſus inſanit, *Senec. lib. 2. Controv. declam. 6.*

§. PRIMUS.

SECTIO PRIMA.

1 ANno 1702. N.N. moram faciens inter Alumnos Seminarii Romani, erubeſcens inter alios Conſocios exire per Urbem cum proprio habitu, expertus compaſſionem, quam in ſimilibus caſibus ei habuerat Abbas N.N. ipſum enixè rogavit, ut ei mutuaret ſcuta decem, attento quod invenerat alium habitum, ſed ad dict. effectum indigebat eadem ſumma, juxta præciſa verba ejuſdem, in epiſt. ſer. ſet. recognita, ibi: *Non ſolo per il paſſato mi ha beneficato, ma vedo, che per il preſente va tuttavia ſommergendomi ne' beneficii, &* ibi: *La prego per quanto ſo, e poſſo, anzi proſtrato avanti li ſuoi piedi, a non volermi mancare di queſto, e giuro a V. S. che ſono due giorni, che non eſco di Caſa per queſt' effetto.* Fuitque voti compos effectus, mediante ſubminiſtratione d. ſummæ, ut patet ex ſequentibus verbis, regiſtratis in calce ejuſdem epiſtolæ, proprio charactere ejuſdem N.N. *Li furono mandati Scudi dieci, che domandava in due volte.* Quæ reperiit in oculo ejuſdem Epiſtolæ, ibi: *Sig. N.N. &c. ha avuto ſcudi dieci in due volte.*

2 Anno verò 1704. eo tempore, quo reperiebatur in ſtatu proximo deſperationi, juxta ejuſdem præciſam aſſertionem, ibi: *Già che il mio animo è in procinto di darſi in preda della diſperazione, oſtimato meglio, che piuttoſto ſi dimoſtri ardito, che cadere in una tale miſeria, &c.* mediante alia Epiſtola, rogavit eundem pro ſimili mutuo aliorum ſcutorum decem, ad hoc ut poſſet emere calceamenta pro ſe ipſo, nec non alium habitum, pro quo dederat cuidam Hebræo pro Arrha ſcuta tria, quæ ſine dict. mutuo ſc. 10. irremiſſibiliter amiſiſſet, terminans dict. Epiſtolam: *Ah non manchi, &c. la ſupplico per le cinque Piaghe di Gieſù Criſto di farmi una tale grazia.* Fuitque pariter voti compos in hac etiam parte effectus, ut patet ex alia adnotatione, charactere ejuſdem N.N. in fine dict. Epiſtolæ, ibi: *Sig. N. N. ebbe ſcudi ſei li 8. Maggio 1704. E li 15. detto li mandai altri ſcudi quattro per le mani del Sig. N. N. ſuo Padre.*

3 Attenta autem ſpirituali affinitate inter dd. N. N. & N. N. proceſſum fuit inter eoſdem cum illa civilitate, quæ practicari ſolet inter ſpirituali vinculo junctos, & propterea toto tempore vitæ ejuſdem N. N. eidem non niſi ſummam ſcutorum quatuor reſtituit d. N. remanſitque proinde debitor in ſcutis ſexdecim, ut ſolito candore proprio charactere expreſſit d. N.N. tam in Libro familiari, in quo deſcripta leguntur alia ipſius Credita, ibi: *Reſto creditore del Sig. N. N. del denaro, preſtatoli in virtù delle controſcritte Lettere, ſcrittemi da eſſo, le quali conſervo appreſſo di me, per dovermi far pagare detto denaro preſtatogli:* Et in Teſtamento, ejus manuſcripto, & ſubſcripto paucis diebus ante ejus obitum, hoc eſt die 23. Aprilis 1723. ibi: *Dichiaro, che devo conſeguire dal Sig. N. N. mio Compare, ſcudi ſedeci moneta. Per ſcudi dieci tengo Lettera originale del medemo delli 16. Giugno 1702. che me li mandò a chiedere, mentre ſtava in Seminario Romano per Alunno: E per li reſtanti ſcudi ſei tengo altra Lettera del medemo delli 8. Maggio 1704. &c. E que-*

ſta

ſti ſcudi 16. li devo conſeguire, oltre gli altri ſcudi ſeſſanta, preſtati a d. N. N. ſuo Padre, ed à Lui unitamente, che me ne fecere due Pagarò per altretanti, quali furono da me girati alli Signori Mercanti &c.

4 Poſt obitum ejuſdem, ſequutum de menſe Maji 1723. ab N.N. ejus germano Fratre, & hærede idem N.N. cum omni civilitate interpellatus fuit pro ſolutione d. reſidui; eiqoe non ſine admiratione reſponſum dedit, ſerena fronte negando dict. debitum, & in omnem caſum aſſerendo, quod cùm ipſe eſſet in minori ætate conſtitutus dd. annis 1702. & 1704. non ſubſiſtebat ejus obligatio; ac ſi ageretur de mutuo ad effectum ludendi, vel in ſimiles cauſas erogandi ſummam, mutuò acceptam, non autem ad hoc, ut poſſet comparere inter ſuos Condiſcipulos, utque poſſet exire à Domo cum habitu decenti, emendo calceamenta, atque ſolvendo Hebræo ſcutatria, eidem promiſſa, neque deveniret ad illum actum deſperationis, quem ipſemet expreſſit in ſecunda Epiſtola.

5 Cæterum poſt inutile experimentum multarum aliarum civilium operationum, coactus fuit idem hæres recurrere ad legale remedium, ipſum conveniendo coram D. Secundo Collaterale per Acta Parchetti Notarii Capitolini, per quæ rogatum fuerat Teſtamentum d. ejus Fratris. Ad protrahendam verò debiti ſolutionem, procuratum fuit exadverſo, ut Cauſa remitteretur ad Viceſgerentem, titulo ejus Clericatus, coram quo proinde ſupplices porrectæ fuerunt preces pro relaxatione Mandati pro d. ſumma ſc. 16. ex ſequentibus motivis.

6 De Credito dubitari non poteſt, attentis dd. Epiſtolis Adverſarii, cum adnotatione in fine earumdem, propria manu ejuſdem N.N. nec non præ oculis habendo d. duplicem deſcriptionem, factam in ejus Libro Familiari, & in Teſtamento ejuſdem, ſcripto paucis diebus ante ejus obitum; non eſt enim præſumendum, quod idem digniſſimus Sacerdos in actu adeo ſerio, quando mortem ante oculos habebat, rotundè mentiri voluerit, & non ad proprium commodum, ſed ad hæredis utilitatem, ſe facere Creditorem Adverſarii, ſi revera talis non fuiſſet, juxta ea, quæ notant adducti in *deciſ.* 321. *nu.*8. *& ſeq. & deciſ.* 692. *n.* 17. *cor. Merlin. & dec.* 8. *n.* 43. *&* 44. *coram Arguell. & dec.* 822. *nu.* 9. *coram Cerr. & dec.* 119. *n.* 15. *p.* 12. *recent. & in Romana, ſeu Aſculana Cambii* 12. *Decembris* 1710. §. *Nam cum cor. Reverendiſs. Criſp.* & alibi paſſim, cùm ſit præſumptio, ſolo naturali lumine nota, & in quolibet Chriſtiano ſupponenda, multòque magis reſpectu dicti Sacerdotis, in Urbe ſatis noti, & cujus pietas, & gratuita largitio in Domo adverſarii notior eſt, ut ipſemet fatetur in dictis Epiſtolis.

7 Et ad præciſum effectum probandi inſigne creditum ſc. 21685. ex Libro privato poſt mortem, Scribentis, egregiè *Rot. dec.* 225. *n.* 3. *&* 4. *p.* 10. *rec.* ibi: *Licèt Liber privatus favore Scribentis non probet &c. locum non habet hujuſmodi concluſio, quando, prout in præſenti caſu, concurrunt adminicula, ex quibus illius fides remanet corroborata &c. Adminicula autem, & conjectura in hoc caſu ſumuntur ex morte Scribentis, quæ multum facit pro veritate Scripturæ &c. Quia non eſt veriſimile, quod fuerit immemor ſuæ ſalutis &c.* Fortiùs quia agitur cum Adverſario, ſolito ab eodem pecunias mutuo habere, ut reſpectu alterius ſummæ ſcutorum triginta, ei mutuatæ die 14. Aprilis 1698. paret ex *lit. D.* Et reſpectu alterius ſummæ aliorum ſc. 30. eidem mutuo datæ die 30. Junii 1700. paret ex *lit. E.* Solitum enim Debitoris, illiuſque indigentia, in noſtro caſu notoria ex propria confeſſione, in dd. Epiſtolis facta, nedum nimis veriſimilem, ſed innegabilem reddit dictam veritatem mutui, pro cauſa adeo propria, adeoque veriſimili, ut ſcilicet Adverſarius inter ſuos Condiſcipulos comparere poſſet cum decenti habitu, neque propter iſtius defectum obligatus eſſet ſemper domi manere, vel deſperationi ſe dare, ut in terminis alterius mutui inter Amicos, probati ex ſimili Epiſtola, firmavit *Rot. deciſ.* 191. *num.* 7. *&* 8. *part.* 12. *recent.* ibi: *Sive ex amicitia vinculo, inter Joannem Lucam cum Angelino antea contracto, hujus potiſſime perſpecta conſuetudine tradendi pecuniam mutuo.*

8 Nec attendi meretur prætenſa minor ætas Adverſarii; ſi enim ipſe validè ſe obligavit, & debitum ſolvit, ab eo contractum dictis annis 1698. & 1700. & ſic annis 4. & 6. reſpectivè ante obligationes, de quibus eſt quæſtio, ut patet ex dictis *lit. D. & E.* multò minùs effugere poteſt ſolutionem dictæ reſidualis ſummæ, quarum obligationes contraxit longè poſtea, & pro dictis cauſis, adeo urgenti-

bus, adeoque privilegiatis, ut vix urgentiores, & magis privilegiatæ dari poſſint, quàm ne deveniret ad actus deſperationis, utque exire poſſet à domo, & per Urbem cum decenti habitu incedere, & pretium calceamentorum calceolario ſolvere dictis *lit. A. & B.*

9 Minorem meretur animadverſionem ſecundus pretextus, quòd ex lapſu longi temporis eadem reſidualis ſumma præſumatur ſatisfacta.

10 Aut enim loquimur de jure; & non eſt elapſum tempus triginta annorum, habile ad id præſcribendum ab anno 1704. uſque ad præſens, ex adductis per *Gabriel. comm. concl. tit. de Præſcript. concl.* 3. *n.* 1. *& ſeq. & Rot. cor. Celſ. dec.* 63. *n.* 9. *& in p.* 17. *rec. dec.* 379. *n.* 2.

11 Aut verò loquimur ſecundum diſpoſitionem Statuti Urbis, & contrarius prætextus ex multis capitibus proſus inſubſiſtens eſt.

12 Primò, quia illud non comprehendit Clericos, & Perſonas Eccleſiaſticas, qualis erat Creditor, & qualis eſt Adverſarius, qui ex hoc titulo obtinuit remitti Cauſam ad Judicem Eccleſiaſticum, ut articulo funditus diſcuſſo, & materiam ſuo more doctiſſimè enucleando, probat *Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.* 2. *annot.* 48. *artic.* 1. *à nu.* 63. *uſque ad finem*, & habemus in hac parte certam, & inconcuſſam opinionem Sacræ Rotæ, latiſſimè comprobatam in *deciſ.* 5. *per tot. apud Fenzon. ad Statut. Urb. & deciſ.* 1951. *n.* 27. *coram Coccin. & deciſ.* 272. *n.* 4. *& ſeq. coram Bich. & dec.* 641. *num.* 14. *&* 15. *coram Dunozzett. jun. & dec.* 39. *eiſdem num. p.* 11. *recent.* In quibus reſpondetur argumento, quod idem Statutum Urbis confirmatum fuit à Summo Pontifice, obſervando id nullatenus importare Clericorum comprehenſionem ex defectu poteſtatis, & voluntatis Statuentium, quas nullatenus extendit Papa, nihil aliud faciendo, quàm robur dare iis, quæ inter ſuos Subditos dd. Laici Statuentes determinaverant.

13 Quanti enim in Urbe æſtimentur Sac. Rot. Deciſiones, de ſe notum eſt, & obſervat *ead. Rot. in Romana Juris tumulandi* 5. *Martii* 1703. *in princ. cor. bo. m. Card. Priol.* ubi, quod Rotæ deciſiones præbent normam judicandi inferioribus Tribunalibus Urbis. Quodque illius opinio præferenda ſit opinioni omnium Doctorum, firmavit *ead. Rot. in Perusina Penſionis* 11. *Maji* 1716. §. *Nec controverſa coram Reverendiſs. Herrer.* cum aliis apud *D. Pithon. de Controv. Patronor. alleg.* 56. *n.* 40. ubi, quòd Rotæ authoritas regular totam Curiam, & inferiora Subſellia illi obſecundari, & famulari ſolent.

14 Secundò, quia eadem præſcriptio millies interrupta fuit per extrajudiciales petitiones ejuſdem Crediti, & per effectivam ſolutionem ſcutorum quatuor in illius cauſam, eò quia Creditum in ſua origine erat ſc. 20. & per dictam ſolutionem ſc. 4. remanſit in ſolis ſc. 16. ut de interruptione præſcriptionis per ſolutionem partis debiti obſervant citati per *Zacch. de Salar. qu.* 105. *n.* 55. *Pacien. de Locat. cap.* 52. *n.* 81. *& Conſtantin. ad Stat. Urb. tom.* 2. *adnot.* 49. *artic.* 3. *n.* 193. & firmavit *Rot. dec.* 758. *nu.* 6. *&* 7. *coram Ubald.* Et de interruptione per ſolas extrajudiciales interpellationes idem *Pacion. de Locat. cap.* 52. *n.* 80. *Conſtantin. ubi ſupra n.* 182. *Rot. cor. Cerr. dec.* 147. *nu.* 9. *& in part.* 18. *recent. deciſ.* 285. *n.* 18. *& deciſ.* 591. *n.* 16.

15 Tertiò, quia, cùm d. præſumptio fundetur in facultatibus Debitoris, quando de iſtis non conſtat, imò apparet de contrario, ex ſupra animadverſis, eadem præſumptio prorſus ceſſat, ex adductis *per Conſtantin. d. adnot.* 48. *art.* 2. *nu.* 79. & firmatis *per Rot. dec.* 672. *num.* 13. *& dec.* 758. *num.* 9. *cor. Ubald.*

16 Quòd autem N.N. in tali eſſet ſtatu in præteritum, ut ſolvere de facili non potuerit d. Debitum, ictu oculi deſumitur ex eo, quòd neque etiam ſolvere potuit aliud longè privilegiatum Creditum, conſtans ex duobus *Pagarò*, ab ipſo confectis, de quibus infra *lit. C. & D.* pro quibus opus fuit Giratario ipſum judicialiter convenire, & ſolutionem minutatim obtinere poſt multas, repetitaſque dilationes, primò à Judice, & deinde à Creditore ex miſericordia, & compaſſione obtentas, quod uti notorium non credimus exadverſo eſſe in dubium revocandum, & patet ex receptis, ei factis à dictis Mercatoribus, quibus iidem *Pagarò* girati fuerunt. Una ſc. 10. ſub die 9. Februarii 1718. Alia ſc. 5. ſub die 20. Martii ejuſdem anni. Alia ſc. 10. ſub die 1. Maji ejuſdem anni. Alia ſub die 18. Junii ejuſdem anni ſc. 10. Alia ſub die 7. Auguſti ejuſdem anni ſc. 10. Alia ſub die 2. Februarii 1720. ſc. 10.

17 Nemo enim poterit ſibi ſuadere, quòd ſi habuiſſet modum aliquid ſolvendi dict. Creditori, voluiſſet po-

tiùs ſolvere in cauſam minùs duram, minùſque privilegiatam, qualis eſt illa Crediti, reſultantis ex Epiſtolis, in concurſu privilegiatiſſimi Crediti, probati ex ſola recognitione, & exhibitione *Pagarò*, quod non potuit ſolvere, quamvis judicialiter pulſatus, niſi cum dilatione duorum annorum. Eſt enim propoſitio, uno ore à Doctoribus admiſſa, quòd obligatus ex duplici cauſa, præſumitur ſolvere in cauſam duriorem, & pro qua celeriùs adſtringi poterat, quàm in aliam minùs duram, & majores admittentem juridicas dilationes, ad *Text. in leg. 1. ff. de ſolutionib.* & animadverſa per *Surd. dec. 186. n. 7. & Rot. divers. deciſ. 92. n. 5. par. 1. & coram Priol. dec. 220. n. 1.*

18 Quartò, quia cum Adverſarius ſerena fronte ſuum debitum negaverit, dict. Statutaria præſcriptione juvari non poteſt, ex bonis illis rationibus, & congruentiis, quas adducit *Conſtantin. ad Statut. Urb. adnot. 48. art. 2. num. 95.* & concordant *Card. de Luc. de Cred. diſc. 129. num. 19. & Rot. deciſ. 849. in fin. coram Dunozett. jun. & dec. 717. num. 13. par. 18. recent.*

19 Videntur hæc ſuperabundare, præcipuè ſi habeatur reſpectus ad tenuitatem ſummæ, & ad probitatem dict. Sacerdotis, qui erat ſolitus multas eleemoſynas, & gratuitas largitiones facere, tam Adverſario, ut teſtatur in Epiſtola *dict. lit. A.* quàm ejus Conſanguineis, inter quas reperta fuit inter ejus Scripturas quædam parva Pagella, ſcripta à ſorore Adverſarii, ſequentis tenoris: *Sig. Compare ſono a pregarla di una carità, perchè eſſendomi fatto un Abito mi mancano due ſcudi, che prega V. S. di farmi queſta carità di darmi queſti due ſcudi, e glie ne reſtarò con obligo, e pregarò Iddio per V. S.* cum addito in fine ejuſdem, charactere ejuſdem N. N. in dorſo *Ha avuti due ſcudi:* Nec non reperta fuit alia adnotatio, ejuſdem manu confecta, ſimilis donationis ſcutorum quinque factæ in duabus vicibus eidem ſorori Adverſarii his verbis: *Donati a Coſtanza Mazzucchelli, tenuta da me al Batteſimo.*

20 Et tamen, quando etiam aliquod in hac parte remaneret dubium, quod non credimus, in hoc ſemper eſſet inclinandum pro excluſione dictæ Statutariæ præſcriptionis, quæ uti reſtringens præſcriptionem juris communis, extenſam ad annos 30. nedum dicitur odioſa, ſed iniquiſſimum præſidium, & in dubio ſemper excludenda, egregiè *Conſtantin. ad Stat. Urb. tom. 2. adnot. 48. art. 1. num. 6.* ubi innumeros citat Concordantes, & meliùs *Rot. deciſ. 758. n. 3. coram Ubald. & dec. 480. n. 4. coram Merlin. & dec. 100. n. 10. coram Dunozett. ſen.*

SECTIO SECUNDA.

Lit. A. 1 MOlto Illuſtre, e molto Rev. Sig. Non ſaprei in vero, come mai incominciare a ſcrivere, mentre sò certo dell'ardire, che uſo verſo V. S. Ma però fidatomi di quel proverbio, in cui contengono tali parole, *Neceſſitas non habet legem*, e dalla volontà di proſeguire li Studii, vengo per mezzo di queſto Foglio a raccomandarmi alla benignità di V. S. la quale con ragione può dirſi, non ſolo ſia grande, ma grandiſſima: Io però ſcrivo, ma con braccio vacillante, quaſi che la vergogna, di cui è ricoperto il mio volto, mi venga a vietare ciò, che mi è di brama farli intendere: Si che per non tenerlo più ſoſpeſo nel dire, e per non attediarlo così preſto nel leggere, vengo a manifeſtare la cagione, per la quale ſcrivo a V. S. e ſe V. S. non mi aveſſe detto, che non veniſſi più a trovarlo fin tanto, che N. S. non ſia venuto al Quirinale, ſarei venoto per queſto negozio a parlare a V. S. e per non traſgredire li ſuoi comandi, ò ſtimato bene ſcriverli.

2 La cagione, per cui ſcrivo a V. S. ſi è, che giunto l'Eſtate, la Scolareſca del Collegio Romano ha cangiato altri Arneſi, quali richiede queſta ſtagione: Io, che vedo le coſe andar molto male, mentre il Sig. Padre non sò ſe ſi muterà, per non ritruvarſi pronti li denari: Vengo a ſupplicare V. S. ſe voleſſe favorirmi di darmi in preſtito dieci ſcudi ſoli, che già il veſtito l'ho trovato buono aſſai, e quaſi nuovo, anzi noovo aſſolutamente: Io poi lo prego quanto sò, e poſſo, anzi proſtrato avanti li ſuoi piedi a non volermi mancare di queſto; e giuro a V. S. che ſono due giorni, che non eſco di caſa per queſto effetto, perchè vedo tutti mutari. Che io debba comparire in Collegio veſtito di panno, non ſarà mai vero: Più toſto ſono per laſciare la Logica queſt'anno, che comparirci in tal guiſa: Per tanto per l'amor di Dio di nuovo la prego a volermi uſare primieramente perdono, ſecondo queſto favore: Sò, che l'ardire è ſommo, ma ſono troppo neceſſitato; mentre ſe laſciaſſi in queſt'anno la Logica, dovrei conſeguentemente abbandonare il reſto: Il Sig. Padre però aveva intenzione di farmelo, e voleva vedere in qualche maniera, ſe poteva farmelo, ma quando me lo ſignificò, io li diſſi: A punto queſta mattina ſono ſtato *dal Sig. N. N. e non ſolo per il paſſato mi ha beneficato, ma vedo, che per il preſente và tuttavia ſommergendomi ne' beneficii*, mentre mi a promeſſo di farmelo: A queſte parole reſtò alquanto maravigliato, ed inſieme, per quanto mi potei accorgere, allegro, mentre quello, che doveva ſpendere per me replicò, ſervirà a lui; ma vedo, che adeſſo non potrebbe nè ſervire, nè a me, nè a ſeſteſſo, mentre aveva fatto fondamento dal Sig. G. dell'A. di pigliare per la meno venti ſcudi, e quando è ſtato a domandarglieli, di fatto li furono negati, e ſi trova anche così in dubio di poterſi mutare. Però sò molto bene, che li ho apportato gran tedio, con tenerlo sì longamente ſoggetto a leggere, e m'immagino, che ſi meraviglierà di tal domanda, ma non saprei a chi mi rivoltare, altro che la benignità di V. S. può eſſere quella, che puole al tutto rimediare: Compatiſca di nuovo per l'amor di Dio, e reſto col ſalutarla caramente, e ſe non li foſſe d'incommodo ambirei due righe ſole di Riſpoſta, e di nuovo la riveriſco: Di Caſa queſto dì 16. Giugno 1702. Di V. S. Molt'Illuſtre, Umiliſſimo, Divotiſſimo, & Obligatiſſimo Serv. N. N.

In oculo ejuſdem Epiſtolæ, proprio charactere N. N. repetitur adnotatum, ut infrà:

Li furono mandati ſcudi dieci, che domandava, ma in due volte. Sig. N. N. 16. Giugno 1702. Ha avuto ſcudi 10. in due volte.

Lit. B. 3 ILluſtriſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Già che veggo, che il mio animo ſtia in procinto di darſi in preda della diſperazione, ho ſtimato meglio, che più toſto ſi dimoſtri ardito, che cadere in una tale miſeria; V. S. averà molto ben ragione di tacciar me di temerario, avendo inteſo da lei, non eſſere commodità di favorirmi di quello, che in preſtito dianzi io dimandato gli avevo: Nulladimeno con una nuova audacia mi faccio avanti per dimandargli, non tanto quanto prima, ma ſolo dieci ſcudi: Deve ſapere, che il veſtito l'ho trovato per queſt'anno, e lo pago nove ſcudi, e mi ſono ordinato un paro di ſcarpe, che verranno giuſto a biſognarmi tanto, e ſe non li ho in queſta ſettimana, almeno per Domenica mattina, perdo una dobla di caparra data all'Ebreo, fattami preſtare da un Amico, che ne ha ſummo biſogno, avendomela di già domandata: Or veda Lei come mi trovo? Per l'amore di Dio la prego adunque a volermi fare queſta carità, acciò non poſſa perdere tanto: E ſe vuole in mano la Patente de' Luoghi de' Monti, ò altra coſa, glie la daremo, e ſpero di ſoddisfarla in breve: Ah non manchi, &c. la ſupplico per le cinque Piaghe di Gieſù Criſto di farmi una tal grazia, e per non più infaſtidirla li faccio umiliſſima riverenza. Roma 8. Maggio 1704. Di V. S. Illuſtriſs. Umiliſs. Divotiſs. & Obligatiſs. Serv. N. N. All'Illuſtriſs. e Reverendiſs. Sign. e Padrone mio Colendiſs. il Sign. Abbate N. N.

Ex charactere ejuſdem.

Sig. N. N. ebbe ſcudi ſei li 8. Maggio 1704. e li 15. detto li mandai altri ſcudi quattro per le mani del Sig. N. N. ſuo Padre.

Lit. C. 4 PAgarò al Sig. Abbate N. N. ſcudi trenta moneta, per altrettanti avuti contanti. Queſto dì 14. Aprile 1698. Dico ——— ſc. 30.

Io N. N. mano propria.

Adì 18. Giugno 1709. mi ha pagati ſcudi due moneta il ſudetto Signor N. N. in conto delli ſudetti ſcudi trenta. Dico ——— ſc. 2.

N. N.

Lit. D. 5 PAgaremo ſcudi trenta moneta Noi infraſcritti in ſolidum al Sign. Abbate N. N. per altrettanti avuti contanti, de' quali ci ſiamo ſerviti per le ſpeſe nell'ingreſſo di me N. N. nel Seminario Romano. Queſto dì 30. Giugno 1700.

Io N. N. mano propria.

Io N. N. mano propria.

Adì 24. Settembre 1712. mi ha pagati ſcudi tre moneta il Sig. N. N. in conto delli ſudetti ſcudi trenta, e diſſe di pagare li ſudetti ſcudi tre de' ſuoi proprii denari ——— ſc. 3.

N. N.

S E-

Digitized by Google

SECTIO TERTIA.

Adverſus hæc ſequens data fuit Scriptura ex parte D. N. N.

1 THeoticæ, in contraria informatione allegatæ, licèt veræ ſint in ſuis caſibus, tamen non applicantur in præſenti Cauſa, non ſubſiſtente ſuppoſito facto.

2 Etenim ſupponitur, quòd D. N. N. Principalis ſub die 16. Junii 1702. requiſiverit q. D. N. N. pro mutuatione ſc. 10. Quodque iſtius petitioni inhærendo, præfata ſc. 10. mutuaverit, nulla reportata obligatione; & quod poſt hanc mutuationem, ad ejuſdem requiſitionem ſub die 8. Maji 1704. iterum petierit mutuationem aliorum ſc. 10. & obtinuerit, & abſque obligatione: Eò quòd iſtarum pecuniarum ſolutio adnotata reperiatur manu Defuncti à tergo Epiſtolarum, ſeu Schedularum.

3 D. N. N. Frater, & Hæres prætenſi Creditoris agit pro reſtitutione ſcut. 16. in quibus ſupponit remanere debitorem prænominatum D. N. & pro ejus intentionis fundamento produxit ſuppoſitas Epiſtolas, cùm adnotatione à tergo; ex iſtis namque nullatenùs probatur primum Creditum, cùm Epiſtolæ non contineant ſolutionem, ſed requiſitionem pecuniarum, & ſic ea illis nullo modo deſumi poteſt ſolutio; minùſque probatur ex adnotatione in eis facta à Defuncto Fratre D. Adverſarii, quia etiam ſi illa ſcripta fuiſſet in Libro, legaliter tento, tamen nullam faceret probationem, quia Liber non probat pro Scribente, *leg. Exemple, Cod. de probat. Genua de ſcript. privata lib. 4. de lib. ration. num. 6. Rot. dec. 475. num. 8. coram Greg. & dec. 465. coram Dunozet.* Ideòque multò minùs poſſunt probare Notulæ, à prætenſo Creditore propria manu deſcriptæ, cùm illæ tantùm probent contra ipſum Scribentem, & ejus hæredes, *Rot. dec. 195. num. 6. par. 7. recent. & dec. 76. num. 6. coram Cerro.*

4 Nec recurrendum venit ad præſumptionem, quod cum Defunctus conſueverit mutuare eidem N. pecunias, veriſimilis ſit etiam iſta: quoniam hæc non eſt vera probatio Crediti, quia cum ſe fundat in ſolito, ad jus ſuum tuendum, debet illud cum ſuis qualitatibus, & circumſtantiis probare, *Rot. dec. 241. num. 5. par. 4. tom. 2. & dec. 3. num. 13. par. 12. & 428. num. 11. par. 13. recent. & dec. 162. num. 4. coram Greg. Surd. conſ. 74. num. 13. Menoch. conſ. 54. nu. 37.* Unde cum Author D. N. N. ob pecunias, aliàs mutuatas principali, reportaverit obligationes, non ſolùm ab eodem, verùm etiam ab ejus patre, ita & reportaſſet ſimiles obligationes pro aliis pecuniis, ut prætenditur mutuatis: Et eo fortiùs, dum mutuatio præſumitur facta in duabus vicibus, ideòque non eſt præſumendum, quod mutuaſſet in ſecunda vice, non reportata obligatione præcedentis mutuationis: Addito præſertim, quod vivente prætenſo Creditore, nunquam requiſivit, nec ſuppoſitum Debitorem, nec illius Patrem, adhue viventem, pro reſtitutione prætenſarum pecuniarum, non ſolùm judicialiter, ut practicatum fuerat in aliis obligationibus, ſed neque extrajudicialiter, & per conſequens clara eſt præſumptio, quod ſi vera fuiſſet hæc mutatio, non diſtuliſſet petere illius reſtitutionem.

5 In ſuppoſita declaratione ab illo facta in ejus Teſtamento, nulla fieri poteſt vis, cùm non ſubſiſtat ſuppoſitum, cùm in teſtamento, rogato per Acta Parchetti, cujus particula deſcribitur in corpore informationis, id non legatur, quia talis deſcriptio in præcitato teſtamento nullatenus reperitur deſcripta, ea qua omiſſione præſumitur, quod nihil conſequi debuiſſet, cùm in eo faciat ſe Creditorem alterius pro pluribus laboribus, ad ejuſdem requiſitionem factis, pro quibus nihil ei fuerat promiſſum, & per conſequens deſcripſiſſet etiam prætenſum Creditum, quatenùs ſubſiſtentiam haberet.

6 Reliqua verò, cùm non ſubſiſtant in facto, nulla indigent reſponſione.

SECTIO QUARTA.

Contra hanc Reſponſionem replicatum fuit, ut infrà.

1 DUo ſunt prætextus, ex quibus inſiſtitur exadverſo pro repoſitione à ſavorabili Decreto. Primus, quòd non conſtet de Credito, de quo agitur. Secundus verò, quòd quando etiam de illo conſtaret, præſumeretur ſatisfactum, ut ex Proteſtatione in Actis exadverſo emiſſa die 18. Auguſti 1722. Cùmque nullus ex eiſdem prætextibus ſubſiſtat, videtur procedendum ad ulteriora in expeditione mandati.

Urſaya Miſcellaneum.

2 Non ſubſiſtit primus, quia non prætenditur ex hac parte, quod plena probatio Crediti reſultet ea dd. Epiſtolis, ſigillatim conſideratis, ſed unitis cum illis facti circumſtantiis, quæ ex ſola lectura dictarum Epiſtolarum ſunt innegabiles; quòd ſcilicet Adverſarius tempore, quo illas ſcripſit, reperiebatur in maximis anguſtiis, quòd in iſtis nullum auxilium, nullumque levamen poterat expectare à proprio genitore, quòd propter eaſdem maximas anguſtias erat in ſtatu proximo deſperationi, quòd in terminis minoris urgentiæ expertus fuerat majorem compaſſionem ab eodem N. N. quòdque eædem anguſtiæ poſt dd. Epiſtolas ceſſarunt, dum Adverſarius cum habitu congruo, & neceſſariis calceamentis accedere potuit ad Collegium Romanum, & in illo ſtudio Logicæ incumbere, egregiè *Rot. dec. 347. num. 12. par. 19. recent.* ibi, *Licèt verum ſit, Librum privatum non probare contra tertium, &c. attamen advertebant DD. id eſſe intelligendum quoad efficaciam, atque integram probationem, ſecus quoad partialem, & ſemiplenam. Cum enim probationes ad aliud non tendant, quam ad inſtruendum animum Judicis, rem ita, & taliter ſe habere, clarum eſt ex pluribus ſimul junctis, & ad invicem ſe adminiculantibus in totum ſortiri.*

3 Conſiderando enim omnia iſta inſimul unita, & præ oculis habendo ſolutionem partis debiti, dum iſtud in ſui origine erat ſc. 20. & poſteà redactum fuit ad ſc. 16. probatio ejuſdem Crediti ſuperlativè reſultare videtur, omnes dd. innegabiles facti circumſtantias unitim conſiderando, juxta regulam, de qua *Rot. dec. 39. num. 9. coram Zarat. & dec. 317. num. 7. coram Emer. jun.* & in noſtris præciſis terminis *in deciſ. 521. num. 11. coram Ludovſ.*

4 Abſque ulla prorſus difficultate præ oculis habendo, non unam, ſed ſex, æquè claras, ac ſerias adnotationes d. NN. Creditoris, diverſis temporibus, & in diverſis Scripturis ſeriò repetitas; Primam ſcilicet, & Secundam in fine dict. duarum originalium Epiſtolarum; Tertiam, & Quartam in dorſo earundem, ſeu in earum oculo; Quintam in familiari Libro; & Sextam in Teſtamento, paucis diebus ante ejus obitum proprio charactere ſcripto, egregiè *Rot. dec. 225. n. 3. & 4. p. 10. rec.* In qua agebatur de probatione inſignis Crediti ſc. 21685. ad favorem Adnotantis ſolutionem in privatis Libris, ibi: *Adminicula autem, & conjectura in hoc caſu ſumuntur ex morte Scribentis, qua multum facit pro veritate Scripturæ, ſeu Libri &c. Quia non eſt veriſimile, quod fuerit immemor ſuæ ſalutis &c.* & multis concordantibus cumulatis, benè *Eſcobard. de Ratiocin. cap. 10. num. 6. & cap. 11. num. 30. & 31. & Rot. dec. 347. num. 16. p. 19. rec.* ibi: *Cum Scribens eſt mortuus, ne credatur cum Libris falſo conſcriptis occumbere voluiſſe.*

5 Non attenta regulari illa propoſitione, quòd ſimiles adnotationes ad ſavorem Scribentis non attendantur, neque probent. Limitatio etenim eſt æquè indubitata, ac clara, quod illa non procedat, concurrentibus adminiculis, & conjecturis, ut, poſt multos concordantes, firmavit *Rot. dec. 87. n. 7. cor. Cerr.*

6 In noſtro autem caſu hujuſmodi adminicula palpantur manibus, & probantur ex Adverſarii confeſſione, in dd. Epiſtolis contenta: Nempe anguſtiæ, & quidem extremæ Debitoris. Solitum ejuſdem petendi pecunias titulo mutui. Simile ſolitum Creditoris, illi gratioſè mutuando. Conjunctio ſpiritualis inter Mutuantem, & Conſanguineos Mutuatarii. Indigentia ejus Patris, non valentis ſuccurrere Filii magnis neceſſitatibus. Notoria optima qualitas Mutuantis. Tenuitas ſummæ mutuatæ. Verificatio partis crediti, mediante effectiva ſolutione ſc. 4. Aliis demum, gratia brevitatis omiſſis: Contraria prætenſio, quòd illud eſſet præſcriptum, juxta ea, quæ Adverſarius aſſeruit in Proteſtatione, in Actis emiſſa die 18. Auguſti 1722. eo quia præſcriptionem allegans fatetur debitum, juxta notoria principia.

7 Non regit in facto ſuppoſitum, quod N. N. judicialiter egerit in vita pro Credito ſc. 60. contento in duobus *Pagarò*, inferendo exinde, quod eodem modo conveniſſet Adverſarium pro dd. ſc. 16. ſi illorum fuiſſet Debitor.

8 Veritas enim in hac parte hæc eſt, quod dd. *Pagarò*, confecti annis 1698. & 1700. reſpectivè, girati fuerunt à dd. N. N. DD. Jacobo Bonamino, & Franciſco Prævitali Mercatoribus Fundacalibus in Platea S. Euſtachii, poſt annos 20. hoc eſt anno 1718. dumtaxat: Quòdque non N. N. Creditor, ſed dd. Mercatores illum convenerunt,

& licèt ageretur de Credito privilegiatiſſimo, non niſi poſt duos annos integralem ſatisfactionem fuerunt conſequuti, ut liqoidò conſtat ex eorum Libris, in quibus ſpecificantur dies ſolutionum, & Datæ Receptarum, indicatæ ſupra §. 1. *n.* 16.

9 Unò ex hoc innegabili facto fortiſſima oritur præſumptio contra Adverſarium, digito oſtendens civilem modum cum ipſo operandi, reſpectu Creditoris; ſicuti enim Ipſum judicialiter non convenit pro conſequutione d. privilegiatiſſimi Crediti vigore *Pagaro*, quod omnes rejicit dilationea, ex vulgaris, & non priùs quàm poſt annos 20. illos giravit dd. Mercatoribus, quando opus habuit emere Merces, pro quibus promptas non habebat pecunias; ita mirum videri non debet, ſi illum judicialiter non convenit in vita pro d. mutuo, æqualiter quidem vero, reali, & ſubſiſtenti, ſed longè minoris ſummæ, longèque minùs privilegiato, & pro quo receperat ad computum ſc. 4. quæ circumſtantia integrum debitum comprobat, ex adductis *in dec.* 510. *n.* 3. *&* 4. *coram Emer. jun. & deciſ.* 225. *num.* 6. *part.* 10. *& deciſ.* 11. *num.* 14. *&* 15. *p.* 18. *rec.*

10 Non eſt merum ſomnium, ſed pura calumnia, aſſertio illa, quòd in Teſtamento N. N. non legantur verba illa, regiſtrata ſupra §. 1. *nu.* 3. Idem enim Teſtamentum proprio charactere ejuſdem N. N. ſcriptum, & ſubſcriptum paucis diebus ante ejus obitum, hoc eſt die 23. Aprilis 1723. fidelibus oculis Judicis ſubjectum fuit.

11 Licèt autem de eodem Teſtamento rogari non potuerit Notarius, poſtquam, ut ſupra, ab eodem fuit ſcriptum, & ſubſcriptum, ob verè deplorabilem ſalutis ſtatum, in quem incidit poſt d. diem 23. Aprilis; non ſine manifeſta calumnia dici poteſt, quod aſſertiones, in illo contentæ, ſint mera ſomnia. Contrarium verò æquivocum in eo reſidet, quòd forſan creditur ex averſo, dd. aſſertiones teſtamentarias participare de natura Legatorum, quæ non ſubſiſtunt, neque merentur exequutionem, quando Teſtamentum non conſignatur Notario; à quibus circumſtantiis diſtant termini noſtri caſus, in quo Nos non prætendimus probare Creditum ab efficacia Teſtamenti, ſed illud ſimpliciter comprobare, & adminiculare ab aſſertionibus, contentis in illa ſcriptura, quam quis ſcripſit in illis temporis momentis, in quibus cogitavit, ſe brevi moriturum, ut de facto evenit in noſtris terminis; ea viva ratione, & vehementiſſima præſumptione, punctualibus authoritatibus comprobata ſupra §. 1. *num.* 6. quod tunc nemo præſumitur velle inferre alicui præjudicium, cujus ſtatim ſit Deo redditurus rationem; cùmque hæc omnia pendeant à mera voluntate Scribentis, hæc etiam ex actu nullo oſtenditur, & comprobatur, *ad Textum in leg. finalis ff. Reb. cor.* & firmata per *Rot. dec.* 2223. *nu.* 54. *cor. Coccin. & dec.* 404. *n.* 4. *& dec.* 933. *n.* 3. *cor. Emer. jun.* loquen. in durioribus terminis confeſſionis, emiſſæ in Teſtamento, revocato per allud poſterius.

12 Poterat omitti reflexio, quod in Teſtamento, condito ab eodem N. N. anno 1710. non legatur adnotatum Creditum, de quo eſt quæſtio. Tempore enim factionis d. Teſtamenti idem proſpera gaudebat valetudine, & propterea nihil mirum, ſi in illo non adnotavit neque d. Creditum cum Adverſario, neque alia Credita cum aliis Perſonis, quæ ſperabat exigere in vita. Non ſic autem in ultimo, condito paucis diebus ante illius obitum, quando ejus ſalus omnino conclamata erat, & quando præciſa urgebat neceſſitas pro ſui Hæredis notitia adnotare omnia ejus Credita, quod punctualiter practicavit, inſimul exprimendo in eodem ultimo Teſtamento omnia alia ejus Credita, quoad ſingulas minutias veriſicata.

13 Cujus congruentiæ, & nimis naturalis veriſimilitudinis efficax habemus argumentum in eodem Teſtamento d. anni 1710. in quo neque etiam legitur adnotatum longè majus Creditom, quod in ſumma ſc. 60. ab annis 12. tunc temporis innegabiliter habebat contra Adverſarium. Et tamen non exinde dici poteſt, quòd illud non erat verum, neque præexiſtens, dum fuit ab Adverſario poſt alios 10. annos tandem perſolutum.

14 Ultra quod non ſine fundamento dici poteſt, eadem Credita non fuiſſe expreſſa in d. primo Teſtamento, ad parcendum exiſtimationi Adverſarii, uſquequo idem Teſtator ſperavit in vita obtinere illorum ſatisfactionem, vel ex illa antidorali obligatione, quam ipſamet Natura docet, juxta animadverſionem *Gloſ. in leg. Sed etſi lege Verb. Obligaverunt ff. de Petit. Hæredit.* & concordat *Rot. in Bononien. Legati* 16. *Aprilis* 1714. *in principio cor. Eminentiſſ. Scotto*. Vel ſaltem in remunerationem illorum maximorum beneficiorum, de quibus teſtis eſt ipſemet Adverſarius *in prima Epiſtola lit. A.* ibi: *Non ſolo per il paſſato mi ha beneficato, ma vedo, che per il preſente va tuttavia ſomm:rgendomi ne beneficii.*

15 Quod N. N. ſecunda vice mutuaverit Adverſario ſcut. 10. antequam rehabuiſſet reſtitutionem ſimilis ſummæ, antea eidem Adverſario mutuatæ, nihil omnino concludit; quia mutuavit etiam eidem Adverſario longè majorem ſummam ſc. 30. anno 1700. & tamen tunc temporis neque etiam eidem reſtituta fuerant alia ſc. 30. duobus annis antea eidem mutuata.

16 Similis levitatis eſt alia reflexio, quod Creditor non petierit obligationem pro dd. duobus poſterioribus mutuis, ſicuti practicatum fuerat pro duobus mutuis antecedentibus.

17 Potuit enim id provenire, vel ex minoritate ſummæ, vel ab antecedenti experientia, quòd obligatio, etiam ſtrictiſſima (qualis eſt illa *Pagurò*) reſpectu Adverſarii, nullam importabat in reſtituendo majorem punctualitatem; vel ex oblatione pignoris, *ut ex ſecunda Epiſtola lit. B.* ibi: *Se vuole in mano la Patente de' Luoghi de Monti, o altra coſa, gliela daremo*; vel ex rotunda exhibitione, brevi tempore mutuum reſtituere, *d. lit. B.* ibi: *Spero di ſodisfarla in breve. Ah non manchi &c.* Vel ex maximis anguſtiis Adverſarii, non valentis exire ab ejus Domo ad faciendam dictam obligationem ex defectu congrui Habitus, & neceſſariorum Calceamentorum, *lit. A.* ibi: *Io poi la prego quanto sò, e poſſo, anzi proſtrato avanti li ſuoi piedi, a non volermi mancare di queſto, che ſono due giorni, che non eſco di Caſa per queſto effetto.* Vel demum, aliis congruis conſiderationibus omiſſis, quia N. N. noluit addere afflictionem Adverſario, taliter afflicto, ut ſine dicto mutuo ſc. 10. eſſet *in procinto di darſi in preda della diſperazione, lit. B. in principio.*

18 Præ oculis ſiquidem omnia iſta unitim habendo, cum aliis reflexionibus, ſupra adductis, juxta regulam, *in* noſtris punctualibus terminis ſequutam *à Thomat. dec.* 169. *n.* 13. adeo leves, adeoque inſubſiſtentes deteguntur omnes contrariæ criticationes, ut abſque ullo dubio locus videatur relaxationi Mandati.

19 Nec inſiſtatur in illa generali regula, & regulari propoſitione, quòd Liber privatus non probet pro Scribente.

20 Reperimus enim, quòd inter alias limitationes, quas patitur eadem regula, de quibus latè *Taſch. lit. M. concl.* 398. *& lit. S. concl.* 80. & latiùs *Menoch. de præſumpt. l.* 5. *præſumpt.* 5. ad noſtrum effectum applicatur illa, quod Liber privatus, ſeu Scriptura privata, etiam ad ſavorem Scribentis, concludenter probat, quando adminiculatur ex aliis præſumptionibus, & conjecturis, quæ in præſenti, ex ſupra animadverſis, nullatenus deſiderantur: Præcipuè, quando Scriptura, compoſita in vita, adducitur poſt mortem Scribentis, latè, & egregiè *Bott. conſ.* 65. *n.* 26. *&* 27. *& Hector. Felic. allegat.* 44. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 3. *Gon. de ſcript. privat. lib.* 1. *q.* 12. *per tot. bon. mem. Anſald. deciſ.* 40. *num.* 26. *&* 27. Ea ratione, quia ſubſequens mors Scribentis, ſine retractatione, æquipollet juramento, neque in mentem cordati Viri cadere poteſt, quod ſcribere voluerit aliquid, circa quod poſſet poſt ejus obitum convinci de mendacio, ut notant multi alii concordantes, ſequuti *à Rot. coram Anſald. dict. dec.* 40. *num.* 27. ubi quod contrarium prætendere ſuperat omnem credulitatem, *& dec.* 225. *num.* 3. *& ſeqq. par.* 10. *rec.* ibi: *Mors Scribentis multum facit pro veritate Scripturæ, ſeu Libri, ad Text. in leg. Rationes, Cod. de probationib. quia non eſt veriſimile, quod fuerit immemor ſuæ ſalutis, & dec.* 150. *num.* 19. *par.* 19. *rec.* ibi: *Quod comprobatur, quia Seraphinus Scribens deceſſit nulla facta revocatione aſſertionis, emanatæ in dict. Inſtructione: Unde oritur alterum adminiculum, quod veritatem dixerit.*

21 Alia limitatio ejuſdem regularis propoſitionis mirabiliter pariter noſtro caſui applicatur, & conſiſtit in veriſimilitudine illorum, quæ ſcripta fuerunt, & multoties replicata in diverſis Scripturis, ab eodem N. N. diverſis temporibus ſcriptis, quam concluſionem, adductis innumeris concordantibus, probant *Thomat. dec.* 169. *nu.* 11. ibi: *Qua veriſimilitudine ſtante, Liber privatus fidem facit, Tiraquell. de revocan. donation. in præfat. num.* 51. ibi: *E contrario autem, quæ regulariter non probant, tamen propter veriſimilitudinem probant, ut Scriptura privata alicujus, quæ non probat pro ipſo Scribente, &c. Tamen ſi contineat*

neat veriſimilia, probat etiam ad commodum Scribentis, &c. ibique dicit, hoc eſſe menti tenendum, *Rot. dec. 273. nu. 7.* Ibique *Adden. n. 12. coram Ludoviſ.* ibi: *Scriptura privata, quæ nullam fidem facit pro Scribente, &c. Si tamen contineat veriſimilia, probat etiam ad favorem Scribentis.*

22 In noſtris autem terminis, non ſolùm in Mundo dari, ſed nec etiam de mero poſſibili excogitari poteſt major veriſimilitudo, quàm quod ille, qui innumeris cumulatus fuit beneficiis ab aliquo, ibi: *Sommergendomi ne' beneficii*, quando in talibus reperiatur anguſtiis, ut non poſſit ab ejus Domo exire ob defectum neceſſariorum calceamentorum, & congruæ veſtis, mutuo ab eodem accipiat ſc. 10. quæ inter alia motiva commiſerationis ſuppliciter petiit ſub illo ſuppoſito, quod reperiebatur in ſtatu proximo deſperationi, ibi: *Già che veggo, che il mio animo ſtia in procinto di darſi in preda alla diſperazione, lit. B.*

23 Quæ dicta ſint ad ſolius materiæ ornatum, eo quia in præciſis circumſtantiis noſtri caſus ſumus extra terminos, in quibus DD. tractant quæſtionem, an Libri Memoriarum, & Adnotationes Creditorum probent ad favorem Scribentis. Supponunt enim, nihil omninò concurrere ex parte Creditoris, ſed totam baſim facti, totamque fidem Crediti ſe tenere ex parte ſolius deſcriptionis, factæ à Creditore in propriis Libris, ſeu Scripturis, quæ concurrentibus adminiculis, & accedente veriſimilitudine Partitarum, concludenter probent, ut præter ſupra adductos, enumerando conjecturas à DD. approbatas, benè advertunt *Surd. dec. 199. num. 11.* ubi illas extendit ad ſex, quæ ſuperlativè in caſu præſenti concurrunt. Prima nempè, quòd Perſona ſit legalis, & pro legali habita. Secunda, quòd Librum ſua manu ſcribat. Tertia, quòd veritatem ſcribere conſueverit. Quarta, quòd cauſam debiti expreſſerit. Quinta, quòd aliquid etiam contra ſe ſcripſerit. Sexta demum, quòd ex aliquibus conjecturis deprehendi poſſit, verum eſſe, quod ſcriptum reperitur. Primæ enim quatuor notoriæ ſunt. Quinta ad hominem probatur ex eo, quòd ſcripſit contra ſeipſum ſolutionem ad computum in ſc. 4. dum Creditum in ſua origine erat ſc. 20. Sexta demum intra evidentiæ fines ponitur ex ſola lectura Epiſtolarum Adverſarii, & concordant circa eaſdem conjecturas, *Boer. dec. 205. num. 4. & 5. Guidopap. dec. 441. per tot. & Rot. dec. 845. n. 1. & 2. par. 4. diverſor. & deciſ. 64. n. 3. par. 4. & deciſ. 150. n. 17. par. 19. recent.* ubi de ſimili adnotatione Crediti ad favorem Scribentis, ibi: *Eſſendo Io Creditore del Sig. &c. Quæ inſtructio, tamquam proprio charactere exarata, &c. habet magnam præſumptionem veritatis, etiam pro Scribente, maximè quando concurrunt ut hic adminicula, &c. illius veritatem ſuadentia, &c.*

24 Et conſiderando veriſimilitudinem Partitarum, præter ſupra citatos *n. 21.* egregiè *Bertacchin. vot. deciſ. 38. num. 5. verſ. Ex veriſimilitudine, Rot. coram Burat. dec. 344. nu. 10. verſ. Veriſimilitudine Partitarum, & Crediti, & coram Pamphilio dec. 238. n. 5.* ibi: *Reddatur multum veriſimilis, ita ut propterea ei ſit fides adhibenda.*

25 Nos enim è converſo ſumus in terminis longè fortioribus, quia Creditum pluſquam ſemiplenè probatur ex ſeriis, rotundis, & litteralibus Epiſtolis Adverſarii, quæ tales, tantaſque continent expreſſiones, ut compaſſionem extorquerent ab ipſiſmet lapidibus, ſi eſſent capaces commiſerationis, juxta phraſim *Farinac. conſ. 108. n. 2. tom. 2.*

26 Factum autem Creditoris, ſeu illius ſeriæ, & ſexies in diverſis Scripturis repetitæ adnotationes Crediti, adducuntur ad perficiendam dict. veriſimilem, & pluſquam ſemiplenam probationem, reſultantem ex Epiſtolis, quæ contra Scribentem nullum relinquunt dubitandi locum, ex adductis à *Rota coram Bich. dec. 49. num. 23. & in par. 19. rec. dec. 424. num. 25.* & in noſtris præciſis terminis eadem *Rota dec. 36. num. 8. & 9. par. 15. rec.* ibi: *Nam dict. Liber privatus non allegatur pro plena probatione, ſed tantùm pro adminiculanda confeſſione, &c. Ideòque venit attendendus, &c. Rot. &c. Maximè cum fuerit ſcriptus pro memoria rerum domeſticarum.*

27 Nec replicetur, quòd ad hoc, ut Epiſtola probet contra Scribentem, requiratur in illius pede Receputa Portitoris, vel Receputa Scribentis.

28 Ultra quòd enim hoc poſſet forſan habere locum in illo Scribente, qui poteſt accedere ad domum Creditoris, & Mutuantis, ad faciendam dict. Receputam, non autem reſpectu illius, qui non habet congruum habitum, & neceſſaria calceamenta, & proinde erubeſcat exire ab ejus Domo, juxta terminos noſtri caſus.

29 Strictè dicimus, quòd in Epiſtolis, de quibus diſputamus, non ſe declaravit Adverſarius, ſummas in illis mutuò petitas poſſe ſolvi illarum Portitori, cùm hoc, quòd idem Portitor Receputas in illis faceret; ſed ſimpliciter petiit, & rogavit mutuantem, ut ei mutuò daret dd. ſummas. In iſtis ſiquidem terminis ſat eſt Creditori dd. originales Epiſtolas conſervare, & penes ſe retinere. Mutuatarius autem, ſi illæ effectum non habuerint, debet eſſe ſollicitus de retroacceptione ſuæ Epiſtolæ, deque illius reſtitutione: Aliàs enim illa ſemper loquitur contra Scribentem, & perfectam contra illum facit probationem, ut in ſimili egregiè diſcurrit *Gen. de ſcript. privat.* cumulans concordantes *in lib. 3. tit. de Epiſt. num. 118.* ubi quòd in his terminis tacens, & non reclamans, videtur approbare omnia in Epiſtola contenta.

30 Quibus poſitis, ita ſolidè diſcurri poteſt. Si uno ore aſſerunt DD. mutuum, ſeu Creditum ad favorem Scribentis concludenter probari conjecturis, præſumptionibus, & veriſimilitudinibus, quando iſtæ adducuntur ad probandam ſubſtantiam, ſeu principium, & radicem Crediti, pro quo nulla adducitur Scriptura, nullumque urget factum debitoris; quantò magis eumdem operari debent effectum in noſtris terminis, in quibus concurrit innegabile factum, & incavillabilis petitio debitoris: *Proſtrata a ſuoi piedi la prego quanto ſo, e poſſo a non volermi mancare di queſto, e giuro a V. S. che ſono due giorni, che non eſco di Caſa per queſto effetto, Litt. A.* ut egregiè argumentatur *Gloſſ. in leg. Talis Scriptura 30. §. final. verb. Univerſa in fin. ff. de legat. 1.* & concordant *Menoch. conſ. 94. n. 5. Surd. conſil. 94. num. 26. & deciſ. 222. num. 4. & Rot. cor. Emer. jun. dec. 1204. num. 31.* Poſito enim primordio dict. innegabilis veritatis, non ſolùm omnia faciliùs probantur, ſed illa in dubium revocare, non obſtantibus tot, tantiſque præſumptionibus, conjecturis, & veriſimilitudinibus, videtur ſapere neſcio quid, conſultò omittendum.

31 Fuit à Judice in voce motivatum, quòd poterat ad omnem abundantiorem cautelam dari juramentum hæredi Creditoris in ſupplementum plenæ probationis; licèt autem illud non eſſet neceſſarium; vel quia ſuperlativè ex hucuſque animadverſis conſtat de Credito; vel quia mors Creditoris habetur pro illius juramento, ut præter ſupra citatos, obſervant *Botta conſ. 65. num. 26. & 27. Menoch. de Præſump. lib. 5. præſump. 5. num. 4. & Gen. de Script. privat. lib. 1. qu. 12. num. 1. fol. 54. & lib. 2. tit. de Apoc. manu Credit. conſcript. num. 25. fol. 91.* ibi: *Mors Defuncti obtinet vim juramenti.* Neſcitur ex quo motivo id poſtea omiſſum fuerit, dum Doctores aſſerunt, ad omnem ſcrupulum tollendum, poſſe Judicem dare dictum juramentum hæredi Creditoris, juxta theoricam *Bart. in leg. Admonendi n. 57. ff. de Jure jur.* quam ſequuntur *Boer. dec. 105. n. 4. in fine, & nu. 5.* ibi: *Si conſtat, Defunctum fuiſſe bonæ famæ, faceret ſemiplenam probationem, & ſufficeret unus teſtis cum illa ſcriptura Libri: Vel poſſet deferri Hæredi juramentum in ſupplementum probationis veritatis; Ranchin. in addit. ad Guidopp. dec. 441.* ibi: *Quod ſi eſſent Libri à Defuncto ſcripti &c. & conſtaret, Defunctum fuiſſe bonæ vitæ, & famæ, facerent ſemiplenam probationem, & ſufficeret unus Teſtis cum ea probatione. Vel hæredi poſſet deferri juramentum in ſupplementum, ſi ille ſciebat facti veritatem.*

32 Non ſolùm autem in noſtris terminis idem hæres dictam facti veritatem perfectè ſciebat; ſed cum omni ſecuritate ejus conſcientiæ ſpecificare poterat conqueſtiones, & lamentationes ejus germani Fratris circa magnam ingratitudinem, cum qua fuerunt ei compenſata multa alia gratuita beneficia, inter evidentiæ fines poſita ex ſeria Adverſarii confeſſione, de qua in ejus Epiſt. *lit. A.* ibi: *Non ſolo per il paſſato mi ha beneficato, ma vedo, che per il preſente và tuttavia ſommergendomi ne beneficii &c.* Cujus veritatis multa ſpecimina adduci poſſent; unum tamen, ex omni parte innegabile, pro cunctis ſufficiat, & eſt illud gratuiti mutui ſc. 60. per annos viginti, ab Adverſario ad proprium commodum retentorum, hoc eſt ab anno 1698. uſque ad annum 1718. *lit. C. & D.* Similia etenim mutua vix gratuitò practicantur cum ſtrictiſſimo conſanguinitatis vinculo junctis, ut experientia notum eſt. Quæ ſumma ſi anno 1698. inveſtita fuiſſet in medietate unius Loci Montis, (quod noſtris temporibus eſt investimentum minimi redditus, quod practicari poteſt) reddidiſſet in fructu quolibet anno ſcuta 1: 50. & conſequenter poſt annos viginti, reddidiſſet alia ſc. 30. Cum illo addito, quod, licèt accidentale, ſuam meretur ad noſtrum effectum conſiderationem, quòd cum hodiè auctum ſit pretium Locorum Montium uſque ad ſummam ſc. 126.

pro

pro quolibet, habuiſſet ulteriùs utile reſpectu etiam Sortis in ſc. 13. & ſic in totum in ſc. 43. monetæ. Sunt hæc adeo clara, adeoque evidentia, ut, abſque ulla exageratione, videantur omni conſideratione digna ad oſtendendum ex una parte commendabilem operandi modum, quem tenuit N. N. cum Adverſario, & ad demonſtrandam ex alia parte magnam illam ingratitudinem, cum qua hodiè dictis laudabilibus operationibus exadverſo correſpondetur.

33 JUdex primæ Inſtantiæ ex Juribus ſupra regiſtratis §. 3. fuit in ſenſu revocandi primum Decretum, & abſolvendi Adverſarium à ſolutione dictorum ſc. 16. In quibus circumſtantiis illa adfuit conſolatio, quòd ſimiles caſus non dicuntur inſoliti, ſed ſæpè contigentes, id obſervante *Rot. deciſ. 634. n. 12. coram Ubald.* Quodque dantur fata Cauſarum, habentque ſua Sydera Lites, juxta notoria adagia, de quibus *in Inſtit. crim. lib. 2. tit. 10. n. 75.*

SECTIO QUINTA.

1 PRo inapplicabilitate omnium, exadverſo adductorum, conſtanter dicimus, quod Nos non ſumus in terminis quæſtionis, exadverſo diſcuſſæ, an Creditum probetur ex ſola deſcriptione, facta à Creditore in Libro, memoriæ cauſæ retento, de qua agunt Doctores omnes, in contraria Scriptura citati; ſed in illis terminis, in quibus per Adverſarii innegabilem confeſſionem conſtat de petitione ſummæ mutuandæ, in quibus circumſtantiis, cùm conſtet de primordio veritatis Crediti, ſola quæſtio reducitur ad comprobationem ejuſdem, & conſequenter in hoc caſu non proceditur cum illo rigore, cum quo diſcurrunt Doctores in illis circumſtantiis, in quibus nullum concurrit factum, vel petitio Debitoris, ſed totum fundamentum Crediti unicè innititur adnotationi, factæ à Creditore in Libro, ab eodem memoriæ cauſa retento; quantùm enim inter ſe diſtent, probare Creditum, mediante ſola fide Creditoris, vel illud ſimpliciter comprobare ex ejuſdem adnotatione, in fine Epiſtolæ, propria manu Debitoris conſcriptæ, & ſubſcriptæ, de ſe patet, quia, poſito primordio veritatis petitionis, facilius probatur illius executio, & complementum, juxta *Gloſ. in l. Talis Scriptura 30. §. final. verb. Univerſa in fin. ff. de Legat. primo*, & concordant *Menoch. conſil. 94. n. 5. Surd. dec. 222. n. 4. Pignatell. conſult. 34. ſub n. 19. verſ. Quia primordium rei tom. 2. & Rot. coram Emerix jun. dec. 1204. nu. 31. & in par. 18. rec. dec. 263. n. 1. & 11.*

2 Fortiùs, quia cum dicto primordio veritatis petitionis uniuntur duæ aliæ facti circumſtantiæ, comprobatæ ex eadem confeſſione, ſeu epiſtola Adverſarii, quæ eandem veritatem mirabiliter comprobant.

3 Prima conſiſtit in extremis anguſtiis ejuſdem Adverſarii, propter quas tempore petitionis mutui non poterat exire à Domo, ibi: *Giuro a V. S. che ſono due giorni, che non eſco di Caſa per queſto effetto*, & proinde Principalem expreſſiſſimè rogavit, *quanto sò, e poſſo, anzi proſtrato avanti li ſuoi piedi a non volermi mancare di queſto*, hoc eſt ei mutuare ſc. 10. Et quod magis eſt, tempore ſecundi mutui, ulteriùs candidè eidem Principali expreſſit, *eſſere in procinto di darſi in preda della diſperazione*, & in talibus anguſtiis, à quibus unicè ſublevari ſperabat mediante d. mutuo, ex quo ejus Pater reperiebatur in majoribus neceſſitatibus, ibi: *Non saprei a chi mi rivoltare, altro che la benignità di V. S. &c.* Supra §. 2. *lit. A. n. 2. & lit. B. n. 3.*

4 Secunda verò conſiſtebat in ſolito Creditoris gratuitò mutuandi longè majorem ſummam Adverſario, *dict. lit. A.* ibi: *Non ſolo per il paſſato mi ha beneficato, ma vedo, che per il preſente va tuttavia ſommergendomi ne beneficii*, quæ comprobantur ex alio antecedenti mutuo ſc. 60. de quo ſupra §. 2. *lit. C.*

5 Unitim ſiquidem has circumſtantias conſiderando cum dicta clara petitione, & cum ſucceſſivo facto, quo mediante Adverſarius exivit à Domo, evitavit deſperationem, e comparuit inter ſuos Condiſcipulos cum congruo Habitu, non amiſit arrham cum Hebræo, reſtituitque alteri Amico ſummam, eidem mutuatam, & magna ſollicitudine repetitam, tali claritate, talique evidentia comprobatum videtur in noſtris terminis mutuum, de quo eſt quæſtio, ut nihil clarius, nihilque evidentius ad illius comprobationem adduci poſſit, præter dicta innegabilia facta, quæ de ſe ſemper loquuntur, & quæ ſunt verbis potentiora, *leg. Paulus ff. Rem ratam haberi*, cum concordantibus apud *Celſ. dec. 21. n. 8.*

6 Poſſet proinde hic terminari Reſponſio, abſque ulla neceſſitate aggrediendi inſpectionem, quando Liber privatus probet, vel non probet favore Scribentis: & tamen de hoc etiam caſu diſcurrendo, ad ſolius materiæ ornatum, admittimus cum exadverſo Scribente, veram eſſe regulam negativam, ſed conſtantiſſimè ſubdimus, æquè veram eſſe illius limitationem, ut non procedat dicta regula, concurrentibus adminiculis univocis, & concludentibus, juxta authoritates allegatas *ſupra* §. 1. *num.* 7. & alias citatas in contraria *Scriptura* §. 3.

7 Videamus igitur, an hujuſmodi adminicula in noſtro caſu concurrant: Solent autem illa à Doctoribus reſtringi ad ſex. Primum. Quod Scribens ſit Perſona legalis. 2. Quod Librum ſua manu ſcribat. 3. Quod veritatem ſcribere conſueverit. 4. Quod cauſam debiti expreſſerit. 5. Quod aliquid etiam contra ſe ſcripſerit. 6. demum; Quod deprehendi poſſit ex facti circumſtantiis, verum eſſe id, quod ſcriptum reperitur, ut probavimus *ſupra* §. 4. *num.* 23.

8 Omnia hæc requiſita punctualiter, copulativè, & unitim verificari in noſtris terminis, probavimus *ſupra d.* §. 4. *per totum*, & ſignanter *à n.* 23.

9 Adversùs hæc in contraria Scriptura acriter inſiſtitur in aſſerta difformitate, ſeu prætenſa contrarietate inter adnotationem Crediti, factam à Principali reſpectu Teſtamenti, & Libri Memoriarum, aſſerendo, quod cùm una ex dictis adnotationibus aliam deſtruat, neutra Creditum probet.

10 Quantùm verò inſubſiſtentes ſint hujuſmodi criticationes, patet eaſdem adnotationes attentè conſiderando.

11 In fine primæ Epiſtolæ adnotavit Principalis dationem, ſeu mutuum in ſcutis decem his verbis: *Gli furono mandati ſcudi dieci, ma in due volte*; in occulo pariter ejuſdem Epiſtolæ dicitur ibi: *Ha avuti ſcudi 10. in due volte.*

12 In ſecunda verò Epiſtola, reſpectu ſecundi mutui, legitur ſequens adnotatio *Ebbe ſcudi ſei li 8. Maggio 1704. E li 15. d. li mandai altri ſcudi quattro per le mani del Sig. N. N. ſuo Padre.*

13 Ex lectura igitur duarum adnotationum, factarum à tergo totidem Epiſtolarum Adverſarii, remanet manifeſtum, quod in executionem primæ Epiſtolæ habuit ſcuta decem in duabus vicibus; in executionem verò dictæ 2. Epiſtolæ habuit pariter alia ſcuta ſex die 8. Maji 1704. Et die 15. ejuſdem menſis habuit alia ſcuta quatuor, eidem tranſmiſſa per D. N. N. ejus Patrem.

14 Cum quibus adnotationibus, non ſolùm concordat in ſubſtantia duplex ſubſequuta deſcriptio, deinde facta in Libro Memoriarum, & in Teſtamento, quod ſufficeret, egregiè *Rocc. ſelect. interpr. cap. 40. num.* 19. & meliùs *Rot. dec. 496. num. 7. coram Pamphil. & dec. 53. num. 15. par. 13. recent.* ea ratione, quia in omni materia non cortex verborum, judaicè conſideratus, ſed ſubſtantia rerum attenditur, ut exclamare non ceſſavit *Card. de Luca*, niſi quando amplius loqui non potuit, & recognoſci poteſt *ex diſc. 44. num. 17. de Feud. & diſc. 91. num. 4. & 6. de credit.* & alibi ſæpiſſimè in ejus operibus: ſed uſque ad minutias punctualiſſimè concordat utraque ſubſequens deſcriptio: In Libro enim Memoriarum dicitur: *Li furono dati li ſcudi dieci, che domandava, ma in due volte*, quæ ſunt ipſiſſima verba deſcriptionis in prima Epiſtola; reſpectu verò ſecundæ dicitur, ibi: *Ebbe ſolamente ſcudi ſei detto giorno di mio carattere*: Quæ verba, *detto giorno*, hoc eſt die 8. Maji 1704. non ſine magna improprietate, ut modeſtiæ fines non excedamus, regiſtrata non fuerunt in contraria Scriptura §. 6. incipiente, *Liber verò*; & quod magis eſt, abſque ulla cifra, ſeu ſigno cæterato, denotante omiſſionem alicujus verbi.

15 Reſultat proinde perfectiſſima conſonantia inter deſcriptionem, quæ legitur in ſecunda Epiſtola, mediantibus his verbis: *Ebbe ſcudi ſei li 8. Maggio*, & inter aliam, quæ legitur in Lib. Memoriarum: *Ebbe ſolamente ſcudi ſei detto giorno*, hoc eſt die 8. Maji 1704.

16 Licèt autem adnotationi ſecundæ Epiſtolæ additum fuerit: *E li 15. detto* (hoc eſt poſt ſeptem dies à mutuo ſcutorum ſex) *li mandai altri ſcudi quattro per le mani del Sig. N. N. ſuo Padre*, quæ non leguntur in Libro Memoriarum, ſi veritatem amamus, fateri neceſſe eſt, hoc non importare contradictionem aliquam, ſed quod minus ſcriptum fuerit in Libro Memoriarum, ac ſcriptum fuerit in dorſo ſecundæ Epiſtolæ, ſeu quod idem mutuum ſcutorum quatuor, factum poſt octo dies à primo mutuo ſcutorum ſex, omiſſum fuerit in ſequenti adnotatione, facta lon-

Digitized by Google

longè poſteà: Vel quia inter primam deſcriptionem, ſequutam die 15. Maji 1704. factam in ſecunda Epiſtola, & inter omiſſionem deſcriptionis ejuſdem mutui ſc. 4. factæ in Libro Memoriarum die 11. Aprilis 1719. interceſſerit ſpatium annorum quindecim, in quo idem mutuum ſcut. quatuor, vel ab eodem Patre, qui illud forſan ſibi appropriaverat, fuerat reſtitutum: vel ex alio motivo omiſſum fuerit, quod nemo meliùs, quam Pater Adverſarii, & ipſemet Adverſarius ſcire poſſunt: Iterùm obſervantes hic, quod ſcribere minus in una adnotatione, quàm in altera, ex motivo, quod non eſt facile divinari, præcipuè poſt annos quindecim, non eſt ſibi ipſi contradicere, neque proinde una adnotatio aliam deſtruit, ut conſideranti patet.

17 Sequitur deſcriptio facta in Teſtamento paucis diebus ante obitum principalis, proprio charactere ſcripto, & ſubſcripto, quod uſque ad minutias pariter concordat cum utraque adnotatione, tam in Epiſtolis, quàm in Libro Memoriarum, ibi: *Dichiaro, che devo conſeguire dal Sign. N. N. Figlio del Sig. N. N. mio Compare ſcudi 16. moneta: Per ſcudi dieci tengo Lettera Originale del medemo delli 16. Giugno 1702. E per li reſtanti ſcudi ſei tengo altra Lettera del medemo delli 8. Maggio 1704. con la quale ne domandava dieci, ma ne obbe ſei ſoli:* Hoc eſt dicta die 8. Maji 1704. habuit ſcuta ſex, dumtaxat juxta verba illa Libri Memoriarum, ex adverſo omiſſa, & hìc opportunè repetenda: *Ebbe ſolamente ſcudi ſei detto giorno.*

18 Ea autem, quæ dicuntur in contraria Scriptura de improprietate primi mutui ſc. 10. in duabus vicibus, non ſunt contradictiones Scribentis, ſed ſunt cavillationes Adverſarii: Nihil enim facilius, nihilque frequentius, magiſque obvium, quàm petenti mutuo ſcuta decem, illa mutuare una, vel duabus vicibus, prout magis commodum eſt mutuanti, vel expediens mutuatario, ut conſideranti patet, & quotidiè practicatur. Imo ex hujuſmodi diſtincta adnotatione duarum vicium, magis, magiſque comprobatur veritas Scripturæ, quia per illam oſtenditur attentio Scribentis, adnotantis rem eodem prorſus modo, quo ad praxim redacta fuit.

19 Poterat proinde, imò debebat omitti exageratio illa contrariæ Scripturæ, §. *Et reſpectu: In Libro Memoriarum inquit, ſe ſolviſſe ſolummodò ſcuta ſex*, quia id veriſſimum eſt reſpectu mutui ejuſdem ſummæ, facti *detto giorno 8. Maggio 1704.* ut cantat eadem adnotatio, integraliter conſiderata, & fidelibus oculis ſubjecta, *Supra §. 2. lit. B. in fine*: Non autem ad excludendum ſequens mutuum aliorum ſcutorum quatuor, factum poſt octo dies, hoc eſt die 15. ejuſdem menſis, quod litteris pluſquam cubitalibus, immediatè ibidem deſcribitur, uti ſequutum dicta die, his verbis: *E li 15. detto li mandai altri ſcudi quattro, d. §. 2. litt. B. in fine.*

20 Prout etiam omitti debebant illæ aliæ inſubſiſtentes aſſertiones, quod deſcriptiones, de quibus eſt quæſtio, fuerint, & ſint variæ, & minùs veræ; quia id provenit ex facto minùs fideliter ex adverſo Scribenti ab Adverſario narrato, circa quod conſultò ab ulteriori confutatione abſtinemus, quia veritas ipſa, innegabili facto innixa, de ſe loquitur, & ſeipſam ſatis defendit.

21 Pluſquam tacitè agnita fuerunt hæc in dicta contraria Scriptura, in qua propterea ſubditur, quod adſit alia difformitas, & contrarietas reſpectu duorum, *Pagaro, de quibus agitur*, ſunt verba dictæ Scripturæ, §. *Nec ſiſtit*.

22 Nos autem continuando rubricam modeſtæ reſponſionis, dicimus, hoc eſſe ſolemne æquivocum; quia nullo modo agimus de dictis *Pagarò*, continentibus ſummam ſc. 60. Adverſario mutuatorum diebus 4. Aprilis 1698. & 30. Junii 1700. & reſtitutorum poſt annos viginti, & poſt duos annos à die, qua interpellatus fuit à Giratariis ad illorum ſolutionem, ut patet §. 1. *num.* 16. *&* §. 4. *num.* 32. Sed agimus de reſtitutione mutui in ſumma ſcut. 16. nullam omninò connexionem habentis, nullamque affinitatem cum dictis *Pagaro*, niſi illam, quod in utroque caſu fuit idem mutuans, & mutuatarius, & reſpectu utriuſque mutuans ex parte ſua fuit illam correſpondentiam, & gratitudinem, quæ deſcribitur *in cap. Etſi Judæis 13. de Judæis*, quæve reſultat ex præſenti inſtantia pro reſtitutione dicti mutui, & ex inſigni patientia annorum viginti, quibus principalis habere non potuit reſtitutionem alterius Crediti, contenti in dd. *Pagarò*.

23 Ut autem in hac etiam parte, licèt nihil commune habente cum præſenti inſtantia, æquali evidentia demonſtrentur inſubſiſtentes contrariæ criticationes, & prætenſa difformitas, tria præ oculis habenda ſunt, ex omni parte innegabilia. I. Quod mutuum, contentum in duobus *Pagaro*, erat ſc. 60. *Supra* §. 2. *nu.* 4. *&* 5. II. Quod illud ab Adverſario ſolutum fuit in ſola ſumma ſc. 55. *Supra* §. 1. *n.* 16. III. Quod reſidualis ſumma ſc. 5. donata fuit N. N. *tenuto da me al Batteſimo*, ut dicitur *in Lib. Memoriarum*. Quæ largitio non fuit, neque primus, neque ultimus actus liberalitatis erga ipſam exercitus à Principali, ut probavimus *ſupra* §. 1. *nu.* 19. & legitur in eodem *Lib. Memoriarum* cujus particula ſer. ſer. extracta, in Actis producta fuit, ibi: *Queſti due ſcudi gli furono mandati per carità, ſi come anco per carità in altre volte gli ho dato altro denaro.*

24 Ratio autem, quare in Libro Memoriarum deſcripta fuit eadem ſumma, uti data *per carità*; in *Pagarò* autem omiſſa fuerit eadem expreſſio *per carità*, & enunciata ſolutio, uti facta à D. N. N. in primo *Pagarò*, qui ab eodem unicè ſubſcriptus fuerat. Et uti facta ab Adverſario in ſecundo *Pagare*, ab ipſo, ejuſque Genitore unitim ſubſcripto, legitur *Matth. 6. 3.* ibi: *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra ſua quid faciat dextera.* Cum enim *dd. Pagaro* à Giratariis produci deberent in Actis, & ſic in illis contenta fieri deberent manifeſta, atque notoria, non ſine magna moderatione, & æquali prudentia, non fuit in illis deſcripta donatio, *fatta a titolo di carità*, ne ſcilicet illa evulgaretur per ora omnium legere volentium dictos *Pagarò*, idque adverſus moderationem, ſolitam in his circumſtantiis practicari; & ne mediante tali evulgatione, & deſcriptione, quæ ſemper, & omnibus loquebatur, amitteretur meritum eleemoſynæ: Non ſic autem in Libro Memoriarum, qui cùm retineretur à ſolo Principali, eique dumtaxat nota eſſent ea, quæ in illo ſcripta erant, cum æquali prudentia, & commendabili candore deſcripta fuerat res eo prorſus modo, quo geſta fuerat, hoc eſt: *Donati a N. N. tenuta da me al Batteſimo*: immediatè ſubjungendo: *Si che queſto di 14. Aprile di detto anno 1720. che io ſcrivo, reſto ſoddisfatto delli ſudetti due Pagarò, ma bensì reſto Creditore del Sig. N. N. del denaro preſtatoli in virtù delle ſue controſcritte Lettere, che tengo originali tra le altre mie Scritture &c. Le quali conſervo appreſſo di me per dovermi far pagare d. denaro preſtatoli.*

25 Ex quibus demonſtrata inſubſiſtentia contrariarum criticationum, concernentium *dd. Pagarò*, quæ ab Adverſario non ſine improprietate adducuntur hodie, poſtquam ſolvit ſummas, in dictis *Pagaro* contentas, per quam ſolutionem dicitur approbaſſe omnia ea, quæ in illis continebantur.

26 Tranſitum facimus ad contrarias reſpoſiones, datas præſumptionibus, ex hac parte adductis, & punctualibus authoritatibus ſupra comprobatis, necnon ad alias præſumptiones, favore Adverſarii cumulatas in ultima Scriptura.

27 Reſpectu primæ *in* §. *Quin urgens*, admittitur ex adverſo diſtinctio, communiter à Doctoribus tradita, quòd aſſertiones illæ, quæ leguntur in Teſtamento, vel in aliis Scripturis, à Creditore ſcriptis, & ſubſcriptis, tunc ſolùm attendantur, & probent, quando (ſunt verba contrariæ Scripturæ) *quis eſt morti proximus, & loquitur ſub memoria mortis imminentis, non verò quando quis (ut in hypotheſi) eſt in ſtatu bonæ ſalutis, & longe a quocumque timore, & cogitatione mortis.*

28 Nos autem continuantes rubricam modeſtè reſpondendi, ſupra comprobatam, ſtrictè dicimus, quod factum non regit, quia Principalis, tam annis 1719. & 1720. quo tempore deſcripſit in Libro Memoriarum Creditum mutui cum Adverſario, quàm multò magis tempore ejus Teſtamenti, conditi paucis diebus ante ejus obitum, reperiebatur in proximo continuo mortis periculo, ob æquè infenſiſſimum, ac continuum Calculorum morbum, qui ab anno 1714. ipſum vexare cœpit, & obſtinatè continuavit uſque ad ejus obitum, quod periculum ſuperlativè probatur ex Atteſtatione primi ordinis Profeſſoris Medicinæ, qui in dicta ejus longa infirmitate aſſiſtentiam eidem ſumma charitate, & æquali attentione, atque aſſiduitate præbuit, quæ regiſtratur in fine *lit. A.* quæque non poteſt ſine magna compaſſione ſub oculis haberi.

29 Et propterea retorquentur ad hominem authoritates, in contraria Scriptura adductæ, aſſerentes, omnem fidem præſtandam eſſe aſſertionibus illius, qui ſcribit tempore, quo ſubjectus eſt mortis periculo, & addimus alias, citatas à *Rot. dec. 692. num. 17. coram Merlin. & dec. 8. nu. 43. coram Arguell. & deciſ. 119. num. 15. par. 12. recent. & in* Ro-

Digitized by Google

Romana Filiationis 23. *Januarii* 1683. §. *Non obſtante coram Card. Cavria, & in Meſſana Immiſſionis* 4. *Julii* 1698. §. *Ponderando coram Molines.*

30 Abſque ulla prorſus difficultate, attenta qualitate Libri Memoriarum, in quo Adverſarii debitum deſcriptum reperitur. Quia in eodem Libro maxima diſtinctione, & æquali claritate continentur omnia alia Credita, & Debita Principalis. Quia ille ſcriptus fuit ejus proprio charactere. Quia Partitæ, de quibus agitur, non ſunt in principio, vel in fine ejuſdem Libri, itaut potuerit aliquid addi, vel demi; ſed in illius medietate, & tam ante, quàm poſt illas, reperiuntur deſcriptæ, & adnotatæ multæ aliæ ſummæ longè majoris quantitatis, uſque ad minutias verificatæ, reſpectu omnium illarum Perſonarum, quarum intereſſe concernebant. Quia in illo per extenſum regiſtratæ ſunt, non ſolùm dd. duæ Epiſtolæ Adverſarii, quæ non ſunt breves, ſed etiam Billietta N. N. ejus Sororis, in Actis productæ, cum ſuis adnotationibus in unaquaque ex dictis Epiſtolis, & Billiectis. Quia ex oculari inſpectione diverſitatis atramenti, & calami, patet eaſdem Scripturas non fuiſſe una vice ibidem regiſtratas, ſed diſtinctis vicibus, ibidem diligenter deſcriptis, nempè diebus 14. Aprilis 1698. & 30. Junii 1700. quæ reſpiciunt duo *Pagarò*: Die 16. Junii 1702. quæ eſt prima Epiſtola: Die 8. Maji 1704. quæ eſt ſecunda Epiſtola: Die . . . . quo fuerunt girati *Pagarò*: Die 11. Aprilis 1719. aliiſque ſequentibus menſibus, quibus fuerunt adnotatæ quinque ſolutiones eorumdem *Pagarò*: Et die 14. Aprilis 1720. quo fuit adnotata reſidualis ſolutio dictorum *Pagarò*, fuitque additum, quod dict. die remanebat Creditum mutui juxta formam, & tenorem Epiſtolarum in ſcutis ſexdecim: Quibus addi poteſt deſcriptio, facta in Teſtamento die 23. Aprilis 1723.

31 Itaut ferè incredibile videatur, quod Creditor, qui erat Sacerdos illibatæ conſcientiæ, in Urbe ſatis notus, & notior in Domo Adverſarii, ob illos actus elargitionum, quæ eidem notiſſimi ſunt, ad tollendum eidem ſc. 16. non ad propriam, ſed ad ejus hæredis, id neque etiam ſomnianti s utilitatem, inaudita obſtinatione per annos 21. perſeverando ſemper in eadem perverſa intentione, ſepties deſcribere voluerit idem reſiduum mutui, cum tali, & tanta ſceleritate, tam in d. Libro Memoriarum, quàm in Teſtamento, ab eodem ſcripto, & ſubſcripto die 23. Aprilis 1723. hoc eſt in illo menſe, in quo dolores mortis, quibus à novem annis cruciabatur, à duobus menſibus anteà: *Si erano reſi tanto inſoffribili, che moveva la compaſſione a chi lo vedeva, ſentiva, e trattava con il medemo, ſempre però con tutta raſſegnazione al divino volere*; ſunt verba illius Excellentiſſimi Medicinæ Profeſſoris in Atteſtatione *in fine litt. A.* cujus reſpectu verificantur ea, quæ de ſeipſo ſcripta reliquit *S. Jo. Epiſt.* 1. ibi: *Quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt, hoc teſtamur, & annunciamus.*

32 Deveniendo modò ad contraria adminicula, dicimus quod omnia illa, quæ leguntur in dicta contraria Scriptura, fuerunt præventivè ſublata ſupra §. 1. & 4.

33 Quia verò majori quidem conatu, ſed æquali inſubſiſtentia, reperitur aſſerta difformitas, & prætenſa contrarietas inter adnotationes, factas in Epiſtolis, in Libro Memoriarum, & in Teſtamento, remiſſivè nos habemus ad ſupra animadverſa, ubi demonſtravimus, tales contrarietatem, & difformitatem eſſe vera entia rationis chimerica.

34 Inſubſiſtentia majori inſiſtitur in dicta contraria Scriptura in tenuitate ſummæ, de qua eſt quæſtio, cum ſuppoſito, æqualiter in facto inſubſiſtente, quod Adverſarius, *qui reſtituit in parvo temporis ſpatio* (ſunt verba dictæ contrariæ Scripturæ §. *Septimum*) *paucorum menſium dictam longè majorem ſummam ſc.* 60. *verè debitam vigore dictorum Pagarò*, æquali facilitate ſolviſſet tenuem ſummam ſcut. 16. ſi illa verè debita fuiſſet.

35 Repetimus enim, & quidem ſumma patientia, quod factum in hac parte non aſſiſtit, quia Adverſarius non ſolvit dicta ſc. 60. ſed ſolùm ſc. 55. Neque in ſpatio paucorum menſium, ut gratis ubique exadverſo aſſeritur, ſed poſt decurſum viginti annorum, & poſt duos annos à tempore, quo *Pagarò* girati fuerunt DD. Jacobo Bonamino, & Franciſco Mariæ Prævitali; licèt ageretur de privilegiatiſſimo Credito vigore *Pagarò*, quod nullam admittit dilationem ex vulgatis; & tamen, attentis maximis anguſtiis Adverſarii, viſum fuit inhumanum dd. Giratariis replicatas dilationes eidem non concedere, ut teſtantur in fine *lit. B.* ibi: *Sempre mi ſi raccomandava per maggior dilazione, eſagerando le ſue ſomme anguſtie, atteſe le quali mi pareva inumanità di non accordarli la dilazione, che domandava.*

36 Remanet ultimum, exadverſo plus juſto magnificatum adminiculum, inniaum juramento, ab Adverſario præſtito vigore decreti Judicis, quod talem ſummam numquam à Principali habuerit, de quo infra *Lit. C.*

37 Cujus reſpectu ultra reſponſiones ſupra adductas, & ſolidè comprobatas §. 1. *nu.* 9. *& ſeq.* dicimus, quod cùm Adverſarius allegaverit præſumptam ſolutionem dicti mutui, necnon coram ſecundo Judice aliam excitaverit prætenſionem ſomniatæ compenſationis, titulo, ſeu veriùs prætextu ſervitii, præſtiti Principali, non benè deinde negare potuit dictum debitum, ex iis quæ notant *Cardin. de Luc. de Credito diſc.* 129. *num.* 19. *& Rot. deciſ.* 449. *in fine cor. Dunozet. jun. & dec.* 717. *n.* 13. *p.* 8. *rec.*

38 Dicimus ſecundò, quod in hoc aſſerto juramento conſiſtit inſigne illud gravamen, & palpabilis injuſtitia judicati primi Judicis, adverſus quod proinde fuit habitus, & admiſſus recurſus, quia ſcilicet non poterat, nec debebat d. primus Judex tale juramentum dare Adverſario duplici ratione. I. Quia ex adductis ſupra, coram ipſo, non ſolùm ſemiplenè, ſed concludenter doctum fuerat de Credito mutui, ex clara, & literali petitione Adverſarii, de qua in duabus Epiſtolis, proprio charactere conſcriptis, & ex adnotatione Creditoris in dorſo earundem, ſuperlativè adminiculata ex adductis ſupra §. 1. 2. & 4. In quibus terminis non ſine manifeſtiſſima injuſtitia dari poterat juramentum Debitori, ex adductis *in dec.* 200. *nu.* 10. *cor. Emer. jun.* II. Quia, dum in noſtris terminis allegatum fuerat, & adductum coram ipſo primo Judice ſimile juramentum Creditoris, reſultans ex ejus morte, cum illis circumſtantiis, & gravitate inſenſibilimi morbi, deſcripti in Atteſtatione, regiſtrata *in fin. lit. A.* juxta ea, quæ in noſtris præciſis terminis obſervant adducti *à Gen. de Script. privat. lib.* 1. *p.* 12. *nu.* 1. *fol.* 54. *& lib.* 2. *tit. de Apocr. manu Credit. conſcript. nu.* 25. *fol.* 91. ibi: *Mors Defuncti obtinet vim juramenti*, & concordant *Bott. conſ.* 65. *num.* 26. *&* 27. *Menoch. de Præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 5. *num.* 4. *Rot. coram Anſald. dec.* 40. *n.* 27. *& dec.* 150. *n.* 19. *p.* 19. *rec.* nullo modo locus erat alteri contrario juramento Adverſarii, adverſus quem, appellatum nomine *Gio: Battiſta*, licitum nobis ſit cum majori proprietate retorquere ea, quæ contra Principalem afferuntur in contraria Scriptura §. *Demonſtrata*, quod ſcilicet non omnis ille, qui vocatur Joannes Baptiſta, in ejus aſſertionibus, & affirmationibus præſumitur ſimilis S. Joanni Baptiſtæ, ut, præter relatos in dicta contraria Scriptura, obſervant *Surd. deciſ.* 135. *num.* 14. *Zanbius de Mendac. lib.* 1. *cap.* 7. *ſub nu.* 7. *Ripa de Actis in mort. art. cap.* 27. *n.* 8. *Rub. de Validit. legal. cap.* 17. *n.* 67. *&* 68. *& Rot. dec.* 535. *n.* 26. *p.* 14. *recent.*

39 In omnem verò caſum, quatenus idem Judex devenire volebat ad juramentum ſuppletorium, vel litis deciſivum, illud dandum erat potiori ratione Hæredi mutuantis ex punctualibus authoritatibus, citatis ſupra §. 4. *n.* 31. *&* 32. Et quidem non ſolùm attenta ejus qualitate, ſed præ oculis habendo claras probationes mutui controverſi, conſiderando illas ſupra comprobatas, inſimul unitas, ut in his terminis faciendum eſſe monent adducti in *Firmana, ſeu Jannen. Pecuniaria* 27. *Junii* 1718. §. *Præmiſſo coram R. P. D. Corio.* Punctualibus autem authoritatibus, citatis *ſupra* §. 4. *n.* 31. addimus alias, ſequutas *à Thomas de Tutor, & Curator nu.* 2536. *Coſta de Fact. ſcient. & ignor. inſpect.* 74. *n.* 1. *p.* 1. *& Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 13. *nu.* 18. & aſſerentes in his caſibus poſſe dari tale juramentum Hæredi Creditoris.

40 Atque habemus in hac parte *Text. in cap. Juramentum* §. *Sane de Jurejur.* ibi: *Niſi Judex, inſpectis Perſonarum, & Cauſæ circumſtantiis, illud Actori videat deferendum*, & obſervat *Gloſſ. in cap. Vidua verb. Licet de Regul.* ibi: *Sed ſi adjuvetur aliis bonis præſumptionibus, & Perſona honeſta ſit, tunc fortè ad plenam probationem poſſet ſibi deferri Sacramentum*, quam ſequitur *Facchin. lib.* 1. *Controverſ. Jur. c.* 18. *n.* 2. & concordat *del Bene de Jurament. c.* 1. *dubitat.* 8. *n.* 13.

41 Præcipuè, quia ex parte Adverſarii nihil omnino adductum fuerat, neque in Actis probatum, adverſum dictum Creditum, & proinde nihil reperiebatur in rerum natura, neque in Actis, quod per idem juramentum ſuppleri poterat, *ad Textum in leg. Ejus, qui in Provincia, verſ.*

Quo-

Queniam ff. Si cert. petat. cum aliis *apud Rotam dec. 68. n. 4. cor. Anſald.*

42 Ex quibus proinde remanet manifeſtum, quod non ſine magna improprietate inſiſtitur exadverſo in d. contrario juramento per extenſum regiſtrato in fine *lit. C.* quod uti agnitum prorſus inſubſiſtens, nulliuſque efficaciæ, ab Eminentiſs. D. Card. Vicario, meritò in nulla habitum fuit conſideratione, & illius exagerario potiùs facilitavit, quàm impedivit admiſſionem recurſus adverſus dictum judicatum, & ſumma ratione; ut enim in alio ſenſu, ſed noſtris terminis accomodato, obſervat *Gaſp. de Valdaura obſerv. 2. num. 1. Nemo Creditor eſſe poterit, ſi, probato Credito, ad iſtud excluden. ſola Debitoris negatio ſufficeret*, ut videre eſt *in diſcurſ.* impreſſo *apud Antonell. de Jur. Cleric. fol. 24. num. 32.*

43 Ultra quod ea, quæ afferunt Doctores de vi, & efficacia dicti juramenti, vera ſunt, quando illud à Parte defertur Parti, Judice approbante; non autem quando defertur de mandato Judicis uni Parti, altera invita, reluctante, ſe conquerente, & adverſus illud exclamante, juxta terminos præſentis caſus, ex adductis *à Ridolphin. in Prax. p. 1. cap. 12. num. 121.* ibi: *Juramentum judiciale deciſorium, ſeu deciſivum, eſt illud, quod defertur à Parte Parti in judicio, Judice approbante &c.* Et congruam adducit rationem *Card. de Albic. in Addition. ad Pamphil. dec. 297. n. 6.* quia in primo caſu (ſunt ejus præciſa verba) *Pars deferens hoc juramentum dicitur facere Judicem conſcientiam ſui Adverſarii*; non ſic autem in ſecundo, quia Judex non poteſt obligare unam ex Partibus Collitigantibus, ut faciat Judicem conſcientiam ſui Adverſarii, utque acquieſcat negationi, ab altera Parte factæ, ipſa invita, & reluctante, ut de ſe notum eſt, & obſervant *Gob. conſult. 42. in fine, & Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1. lib. 1. rubr. 6. num. 13.*

Lit. A. IO ſottoſcritto, ricercato per la verità, faccio piena & indubitata fede, che in occaſione di aver

44 medicato il Sig. Abbate N. N. del ſuo male di Pietra, del quale, non ſenza atrociſſimi dolori, è paſſato a miglior vita nel Meſe di Maggio proſſimo paſſato 1723. e dal quale era ſtato moleſtato, ed afflitto ſino dall'anno 1714. il medemo in queſti ultimi cinque anni del male era talmente afflitto, e moleſtato dal medemo, che, con tutta raſſegnazione al divino volere, ſempre ſi conoſceva proſſimo a morire per la veemenza, e durazione di detti dolori, in ſommo creſciuti in queſti quattro, o cinque ultimi anni del ſuo male; anzi nelli Meſi di Febbraro, Marzo, ed Aprile 1723. quando poi morì nel ſeguente Meſe di Maggio di detto anno, le veſſazioni, e dolori del male ſi erano reſi tanto inſoffribili, che moveva la compaſſione a chi lo vedeva e ſentiva, e trattava col medemo, ſempre però con tutta raſſegnazione al divino volere. In fede &c. In Roma queſto dì 23. Marzo 1724.

N. N. affermo, & atteſto come ſopra.

Lit. B. NOi ſottoſcritti, ricercati per la verità, facemo piena, & indubitata fede, come nel principio dell'

45 anno 1718. ci furono girati dal q. Sig. Abbate N. N. in occaſione, che ſervivamo il medemo, e ſervimo la Caſa del Sign. ſuo Fratello, delle Robbe del noſtro Fondo, e Bottega, due Pagarò, uno fatto li 14. Aprile 1698. in ſomma di ſc. 30. dal Sig. N. N. col pagamento a conto di ſc. 2. e l'altro ſotto li 30. Giugno 1700. di ſimile ſomma di ſc. 30. fatto da d. Sig. N. N. Padre, e dal Sig. N. N. Figlio, col pagamento a conto di ſc. 3. Per eſigere dd. Pagarò non avemo mancato di far tutte le diligenze con d. Sign. N. N. benchè però ſi trattaſſe di Credito privilegiatiſſimo, avemo incontrate tali, e tante difficoltà, che non è facile eſprimerlo, & atteſe le quali appena ſemo ſtati ſodisfatti doppo due anni dal giorno della Girata, apparendo ciò dalle molte Ricevute di piccole ſomme per volta, fatte al medemo, la prima delle quali è ſotto li 9. di Febbraro 1718. e l'ultima è ſotto li 2. Febbraro 1720. Aggiongendo Io ſottoſcritto Giacomo di eſſere ſtato dal medemo Sig. N. N. in detti due anni infinite volte, quando ſempre mi ſi raccomandava per maggior dilazione, eſagerando le ſue ſomme anguſtie, atteſe le quali mi pareva inumanità il non accordargli le dilazioni che domandava, eſſendone finalmente ſeguito in detti due anni il pagamento intiero, come appariſce da ſei Ricevute, cinque delle

Urſaye Miſcellaneum.

quali di ſcudi dieci l'una, & una di cinque. Del che, per eſſere la verità, avemo fatta la preſente. In Roma queſto dì 23. Marzo 1724.

Io Giacomo Bonomini affermo quanto ſopra.
Io Franceſco Maria Previtali affermo quanto ſopra.

Lit. C. IO ſottoſcritto, inerendo al Decreto, emanato ſotto

46 li 12. corrente da Monſig. Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Vicegerente per gli Atti del Sig. Sfaſclamonti, col preſente Chirografo di Mandato di Procura, conſtituiſco mio Procuratore il Sig. N. N. a potere per me, ed in mio nome, col mezzo del mio giuramento giurare di non aver avuta la ſomma, a me infraſcritto domandata avanti detto Monſig. Vicegerente per li ſudetti Atti, dal Sig. N. N. come Fratello, ed Erede del q. Sig. N. N. e facendo di biſogno il mio giuramento, con il preſente giuro di non aver ricevuto dal ſudetto q. Sig. N. li ſcudi dieci, indebitamente oggi richieſtimi dal detto Sig. N. N. nel nome ſudetto. Dando ſopra ciò a detto mio Procuratore ogni facoltà neceſſaria, ed opportuna, e conſtituendo, &c. rilevandolo, &c. non ſolo, &c. ma in ogni, &c. Caſa queſto dì 16. Novembre 1723. N. N.

47 CIrca verba illa, *Scudi ſedici, indebitamente oggi richieſtimi*, notanda occurrit illius ſpontanea exhibitio, velle illa ſolvere pro majori parte, de qua infra *n.* 49. Quomodo enim poſſit dici indebitè peti id, quod Adverſarius, mediante præſentia, conſenſu, & precibus ſui legalis Defenſoris, ſponte obtulit? Alii judicent.

48 Circa verò illa alia verba: *Facendo di biſogno il mio giuramento, con il preſente giuro, &c.* dubitari poteſt de aliqua mentali reſtrictione, *à Ven. Dei Servo Innoc. XI.* damnata *die 2. Martii* 1679. *prop. 26. & 27.* Dum Adverſarius juramentum præſtitit in exequutionem Decreti Judicis, ut ſe declaravit in principio. Et propterea videtur nimis improprium in dubium ponere, an illud juramentum neceſſarium dici poſſet, quod primus Judex, uti tale, præſtandum eſſe decreverat, & in cujus Decreti exequutionem Adverſarius illud ſe emittere declaravit, ibi: *Inerendo al Decreto, emanato &c.*

49 DUm Cauſa pendebat coram ſecundo Judice, recurſum habuit N. N. unà cum ejus legali Defenſore, ad D. Jacobum Bonominum, Mercatorem in Platea S. Euſtachii, ad hoc ut ſe interponeret cum Principali pro amicabili terminatione præſentis Controverſiæ, ſpontè eidem exhibendo medietatem Crediti, cum arbitrio augendi eamdem exhibitionem.

50 Fuit autem ei reſponſum, quod operationes, quæ factæ ſunt in hac Cauſa, cujus reſpectu verificantur ea, quæ obſervavit *Rot. dec. 222. in princ. p. 15. rec.* non habuerunt, neque habent pro fine *denſum lutum*, juxta phraſim *Habacuc 2. 6.* quia Principali probè nota eſt, & ab illo frequenter ad praxim reducitur, aurea illa ſententia *Seneca de Moribus ante medium: Pecuniæ imperare oportet, non ſervire.* Quodque proinde non aliter finiri debebat, quàm mediante revocatione Decreti primi Judicis per medium ſententiæ ſecundi, cujus reſpectu ad unguem verificantur duæ illæ qualitates, quæ deſiderari ſolent à Litigantibus, quæve his verbis eſprimuntur à *Petro Caſtell. in Tract. de Abuſ. Phlebotom. in Dedicator. ad Jul. Mancin. Medic. Urban. VIII. Qui Lites habent, Judices quærunt, & juſtos, & ſapientes.*

51 Circa verò burſale intereſſe, reſponſum fuit, quod cum Adverſarius ab annis viginti mutuo habuerit integram ſummam ſcutorum ſexdecim, dignum, & juſtum eſt, ut poſt adeò longum tempus integraliter eamdem ſummam reſtituat.

Secundus Judex revocavit ſententiam primi, & tertius die 20. Novembris 1724. fuit in eodem ſenſu revocandi primum Judicatum, & confirmandi ſecundum. Quod noluit expectare ſuccumbens ad evitandas Litis expenſas, ex quo motivo ſuum debitum ſolvit, fueruntque eidem condonatæ expenſæ.

§. SECUNDUS.

Copia Brevis ſan. mem. Alexandri VII. quo mediante in Principatu Cathaloniæ, aliiſque Hiſpaniarum Regnis ſub pœna privationis Beneficiorum reſpectu Cleri Sæcularis, ſub alia privationis vocis activæ, & paſſivæ reſpectu Regularium, & omnium reſpectu ſub pœna excommunicationis, ipſo facto incurrenda, ſummoque Pontifici reſervata, prohibuit Ludum Urnæ, vulgò Lotto.

ALEXANDER PAPA VII.

AD perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officii, quod authore Deo gerimus, ſollicitudo Nos admonet, Gregem Dominicum, curæ noſtræ creditum, ab omni offenſione ſecurum præſtare, ac viam ſalutis, aſpirante ſuperni favoris auxilio, dirigere, & abuſus quoſcumque, præſertim illos, quos cæca cumulandæ per fas, & nefas pecuniæ, cupiditas omnium malorum, ſecundùm Apoſtolum, radix in boni publici perniciem invexit, opportunis ſanctionibus, quantum Nobis eſt, tollere ſtudeamus; Nomine ſiquidem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi hujus nominis IV. Hiſpaniarum Regis Catholici, Nobis nuper expoſuit dilectus filius noſter Paſchalis S.R.E. Diaconus Cardinalis, de Aragonia nuncupatus, quod aliàs, cùm in Civitate Barchinonæ Principatus Cathaloniæ, ubi vetus viget conſuetudo, quoſdam Officiales Civitatis, ac Principatus hujuſmodi, annis ſingulis per ſortem eligendi, ſeu deputandi, pernicioſus quidam abuſus in grave publicæ utilitatis detrimentum, à multis annis introductus reperiretur, ut multæ Perſonæ Cathalogos, ſeu Liſtas nominum ſortitionis Officialium, hujuſmodi cauſa in Urna ponendorum, ſeu poſitorum haberent, ac ſuper futuro eventu aliquorum extractionis, & electionis, ſeu deputationis ad officia ſic ſortito faciendæ ſponſiones, ſeu promiſſiones, quas Eſcommiſſas vocant, inter ſe ſub magnis pecuniarum ſummis facerent, & hac occaſione ſuperſtitionibus, aliiſque modis illicitis, conſcientias graviter lædentibus, ac Dei ſervitio, bonoque publico adverſantibus uterentur, claræ memoriæ Philippus III. dum vixit earumdem Hiſpaniarum Rex Catholicus, ut ipſis malis remedium adhiberet, peculiarem pro dictis Civitate Barchinonæ, & Principatu Cathaloniæ Conſtitutionem edidit, qua pœnam Triremium illis impoſuit, qui Cathalogis, ſeu Liſtis nominum huiuſmodi, ad effectum dictarum ſponſionum, ſeu excommiſſarum uterentur, illaſque retinerent, ac hujuſmodi ſponſiones, ſeu eſcommiſſas facerent, eaque pœna in reos pro tempore ſeverè animadverti juſſit; quoniam verò, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, hujuſmodi abuſus penitùs evelli nequit, niſi prædictorum Cathalogorum, ſeu Liſtarum uſus, ac ſponſiones hujuſmodi, etiam Eccleſiaſticis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, diſtricta ſanctione interdicantur, cùm etiam inter eos (quod maximè dolendum eſt) idem abuſus irrepſerit, & ſub illorum clypeo Laici, qui pœnæ prædictæ metu vetita per dictam Conſtitutionem palam, & per ſe ipſos perpetrare non auderent, ſecretis machinationibus, ipſius Conſtitutionis vim eludere, illique fraudem facere moliantur; Nobis propterea prædictus Paſchalis Cardinalis memorati Philippi IV. Regis nomine humiliter ſupplicavit, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur, ejuſdem Philippi Regis deſideriis quantum nobis ex alto conceditur annuere, ac publicæ utilitati conſulere cupientes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus, & ſingulis Civitatis Barchinonæ, & Principatus Cathaloniæ prædictorum Perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm univerſorum Ordinis, Congregationis, Militiæ, Societatis, vel Inſtituti Regularibus, cujuſcumque ſtatus, gradus, qualitatis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtant, ne Cathalogos, ſeu Liſtas nominum ſortitionis officialium Civitatis, & Principatus hujuſmodi cauſa in Urna, ſicut præfertur, ponendorum, ſeu pro tempore poſitorum, ad effectum faciendi ſponſiones, ſive promiſſiones, ſeu excommiſſas hujuſmodi penes ſe habere, vel per interpoſitam perſonam retinere, aut illis quovis modo uti, nec dictas ſponſiones, ſeu excommiſſas directè, vel indirectè, aut aliàs quomodocumque, & qualitercumque facere, vel inire, aut illis intervenire audeant quomodolibet, & præſumant, ſub privationis Canonicatuum, vel Præbendarum, ac Dignitatum, etiam poſt Pontificales majorum, in Cathedralibus, & principalium in Collegiatis Eccleſiis, Perſonatum, Adminiſtrationum, Officiorum, aliorumve quorumlibet, cum cura, & ſine cura Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quovis modo qualificatorum per eas nunc obtentorum, & pro tempore obtinendorum quoad ſæculares: ac privationis vocis activæ, & paſſivæ quoad Regulares, necnon excommunicationis latæ ſententiæ quoad utroſque, à qua nemo à quoquam, niſi à Nobis, ſeu pro tempore exiſtente Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo conſtitutus) abſolvi poſſit, per Contraventores ipſo facto incurrendis pœnis, authoritate Apoſtolica præſentium tenore perpetuò probibemus, & interdicimus: Prætereà Vener. Fratribus Epiſcopo Barchinonenſi, cæteriſque memorati Principatus Cathaloniæ Epiſcopis, & Archiepiſcopis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, ut ipſi, & eorum quilibet, uti noſtri, & hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ad hoc ſpecialiter Delegati, etiam ſine ullis Adjunctis, in ſuis quiſque Civitatibus, & Diœceſibus contra quoſcumque Eccleſiaſticos, tam Sæculares, quàm Regulares privilegiatos, etiam quibuſvis Privilegiis, libertatibus, & exemptionibus ſuffultos, & ab Ordinarii Juriſdictione exemptos, ac Nobis, & dictæ Sedi immediatè ſubjectos, qui præſentem noſtram Conſtitutionem tranſgreſſi fuerint, ad declarationem incurſus pœnarum hujuſmodi authoritate noſtra procedant, illamque irremiſſibiliter exequantur; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis; nos enim eidem Barchinonenſi, cæteriſque Epiſcopis, & Archiepiſcopis prædictis quamcunque neceſſariam, & opportunam ad id facultatem, & poteſtatem harum ſerie, & eadem authoritate tribuimus, & impertimur; Decernentes præſentes Litteras ſemper, & perpetuò firmas, &c.

§. TERTIUS.

AL VICARIO CAPITOLARE DI LUCCA.

LA Santità di Noſtro Signore communicando a Voi le neceſſarie facoltà, vi ordina, che in nome della Santità Sua dobbiate pubblicare un Editto, col quale proibiate a tutti gli Eccleſiaſtici di coteſta Città, e Dioceſi, così Secolari, come Regolari, di porre per l'avvenire al Lotto di Genova, Milano, e Torino, ſotto pena a gli Eccleſiaſtici Secolari (oltre quella, alla quale Voi potrete procedere contro di eſſi colla voſtra autorità ordinaria) di reſtare immediatamente privati de Beneficii, che poſſeggono, & inabilitati a conſeguirne mai più alcun altro; ed a Regolari dell'uno, e l'altro ſeſſo, ſotto pena della privazione di voce attiva, e paſſiva, e degli offizii che godono, e dell'inabilitazione ad eſſer proviſto per l'avvenire di alcun altro; & oltre di ciò, alle Monache d'eſſer private del Velo, nel modo a punto, che fu riſoluto dalla Congregatione deputata, tenuta per trovar riparo a gli abuſi del medemo Giuoco, ſotto li 18. del paſſato meſe di Decembre. Tanto eſeguirete.

Roma 11. Gennaro 1704.

§. QUAR-

§. QUARTUS.

LEGATIO APOSTOLICA

PETRI ALOYSII CARAFÆ,

Epiſcopi Tricaricenſis,

SEDENTE URBANO VIII.

PONTIFICE MAXIMO,

Ad Tractum Rheni, & ad Provincias Inferioris Germaniæ obita ab Ann. 1624. uſque ad Ann. 1634. ad Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Cardinalem Franciſcum Barberinum.

1 Placuit Sanctiſſimo Domino Noſtro URBANO VIII. me ad Infulas ſacras Eccleſiæ Tricaricenſis, & ſimul ad Apoſtolicam Legationem Rheni, Provinciarumque Inferioris Germaniæ, devocare, dum pro Em. V. Præfecturam Principatus Firmani adminiſtrarem; in eaque ſeſquiannum agerem, qui antea Ferrariæ fueram ad ſexennium Prolegatus. Eum utrumque honorem permagno æſtimavi vel ideò, quia ſponte offerebatur; & cùm primùm licuit, hoc eſt, poſtridie quàm advenerat Succeſſor, Romam ſum profectus, ac Summo Pontifici adfui ad pedum oſcula, Emin. Veſtræ autem ad obſequia omnia, de diſponendo itinere ſtatim deliberaturus, poſt datum ſpecimen coram Sanctiſſimo, circa Juris, qua Pontificii, qua Cæſarei, peritiam; & poſt ſuſceptos Sacros Ordines, peractamque ritè Epiſcopalem inaugurationem. Sed & ſcripſi ex Urbe in primis ad tres Eccleſiaſticos S. R. I. Electores, atque ad eos, tamquam ad prima legationis capita, profeſſionem obſervantiæ meæ, per epiſtolas interpretes, antemiſi.

Adornata jam profectione, ſtatueram legere oram Thyrreni maris, & in Liguriam navigare; ſed enim hoc Summus Pontifex non probavit, ea rumore conſtanti, qui ferebat, celoces piraticas in eo mari ad prædam circumcurſare. Itaque, ut iter per Flaminiam, atque Inſubriam, & Rhetiæ Alpes ſuperarem, ex Urbe abii VI. Kalendas Julias, Ann. M. DC. XXIV. litteraſque Pontificias, & epiſtolas Emin. Veſtræ in via omnibus tradidi, quibus illæ inſcribebantur; aut certè miſi, nam de via eorum aliqui fortè aberant, dum ego pertranſirem.

Bononiæ peculiariter à Cardinalibus Ubaldino Legato, ac Ludoviſio Archiepiſcopo exceptus fui omni honore præcipuo. Mutinam non niſi à primis tenebris perveni poſtridie, ac tametſi clauſi aditus, hoſpites quoſque alios excluderent, illico Rhedæ inſtructæ famulitio cum facibus, in eiſque Nobiles Viri adfuerunt, qui me ad Aulam ducerent. Senior Dux Cæſar, & Princeps Alphonſus filius inviſerunt me primi, exhibueruntque omnem benevolentiæ modum; & quia defuiſſe honorem inopinato adventui meo putarunt, juſſere, ut in poſterum diem Regii altera Urbe, monito per antecurſores Erneſto Marchione Bevilaqua, Urbis Præfecto, exciperer majore gloria. Proinde obvius fuit Comes Ernestus cum Rhedis ſatis multis, & cum duabus turmis equitum, conſpicuis ordine, atque omni apparatu militari, tractavitque me convivio prælauto, & cum eodem comitatu, horis pomeridianis abeuntem, proſecutus eſt.

Parmæ, quia veni periode dum jam appeteret nox, obvios habui aliquot Nobiles cum Rhedis, & prælucentibus facibus; atque adii tum Cardinalem Farneſium, tum Odoardum Ducem, ejuſque Matrem; quibus, ſicut & pridie Eſtenſibus Principibus, tam Summi Pontificis, quàm Emin. Veſtræ litteras tradidi. Uti verò Parmæ tractatus magnificè fueram, ita via præſentiam eorumdem humaniſſimorum Principum deſideravi Piacentiæ. Nam ibi Comes Ludovicus Caracciolus, Urbi Præfectus, cum ſignificatione honoris plurima me in domicilio Principum habuit.

Mediolani Cardinalem Borromæum Archiepiſcopum, ac Ducem de Feria, univerſæ Ditionis Moderatorem conveni pariter, ac me ambo vicisſim reſalutarunt: moratus verò ibi ſum denos circiter dies, donec aliqui ex familia valerent proſperiùs; qui fortè venis ab æſtu vel morbi vel anni ferveſactis oblanguerant. Comi propinqua Urbe frequentes Rhedæ, & in eis Nobiles Viri me advenientem extra portas expectarunt. Luganum deinde Como, per Stagnum interfuſum adnavigavi, & rurſus equis progrediens, horrida aſpectu Alpium juga, per ſemitas audaces, præcipites, atque albentes ſubinde, vel in diebus canicularibus, nive pertinaci, demum tranſcendi. Mox Altorfio navigiis Lucernam veni, & Apoſtolicum Nuncium, qui me invitaverat pridie, obvium in lacu reperi, cum Præſide, ac primoribus è Magiſtratu. Atque is poſtridie Magiſtratus tum bellaria è ſaccaro, aliaque ad me munera tulit, tum è turri publica juſſit tubicines & fiſtulatores canere diu, horis præſertim pomeridianis, meumque adventum in Urbem Lucernenſem, eo lætiſſimo ſtrepitu celebrare.

Tandem hinc ad Rhenum amnem Eridano haud ſanè imparem veni, ubi Baſileam præterfluit, Urbem inſignem; niſi quòd à ſordibus Hæreſum eam tam uberes aquæ numquam emaculant. Tum ſecundo Rheno, inter conſitos vineis colles, ex quibus in Autumno eaſudant opes Regionis, limites primos Legationis intravi, cujus jam univerſæ amplitudinem, quàm breviſſimè deſcribam.

2 Illius extima pars, ad Meridiem ſita, Epiſcopatum Argentinenſem complectitur, cui Alſatia, & Svevia circumſtant; rectaque deſcendit versùs Epiſcopatus geminos Spirenſem, & VVormatienſem, ubi cis Rhenum explicatur in ampla Terrarum ſpatia Inferior Palatinatus. Succedunt ei tum Archiepiſcopatus Moguntinus, ad quem ſpectant Francofurtum, Erfurtum, & aliæ Civitates magnæ; tum Archiepiſcopatus Colonienſis, in cujus Diœceſi ſunt Juliæ, Cliviæ, Montium, & Marchiæ Principatus.

Hinc autem flectendo magis ad oram Septentrionariam, ac declinando finitimam Ultrajecti diœceſim, occurrunt in perampla regione, quæ jacet inter Rhenum, & Viſurgim, Epiſcopatus Paderbornenſis, Monaſterienſis, Oſnaburgenſis, & Mindenſis. Ac denique Archiepiſcopatus Bremenſis, partim in VVeſtphalia, partim in Inferiori Saxonia, adeoque Holſatia trans Albim, ubi Hamburgum, Epiſcopatus Lubecenſis, & Ratzenburgenſis; in Ducatu verò Megalopolitano Svverinenſis, uſque ad Baltici maris oram, Cimbricam Cherſoneſum, atque Jutlandiam ſita ſunt.

Ad Orientis plagam offert ſe Mœnus, & Diœceſis Herbipolenſis, ſeu ditio Franciæ Orientalis, cui propinquus eſt Epiſcopatus Bambergenſis. Ea Mœni eo tractu in Buchoniam, Thuringiam, Haſſiam deſcenditur; ubi hæ ſunt Abbatiæ magnæ, Fuldenſis, Herſfeldenſis, & Corbejenſis, perque ditiones Brunſvvicenſem, & Luneburgenſem, ad Holſatiam (ut dixi) & ad Principatum Sleſvvicenſem, in ipſo aditu Jutlandiæ, ſeu Cimbricæ Cherſoneſi, pervenitur. In hoc terrarum ſpatio, præter Epiſcopatus Hildesheimenſem, & Halberſtadienſem, eſt Archiepiſcopatus Magdeburgenſis ad Albim, cum Suffraganeis Epiſcopatibus, Miſnenſi itidem ad Albim, Naumburgenſi, & Merſeburgenſi ad Salam, in Electoria Saxoniæ ditione, & cum Brandenburgenſi atque Havelbergenſi in alterius Electoris Brandeburgici Principatu, uſque ad Pomeraniam: In qua regione tametſi latiſſima, & ad Baltici maris oram porrecta, unus dumtaxat ineſt Epiſcopus Caminenſis: ſed is, quia Gneſnenſi Archiepiſcopo, Poloniæ Primati ſubeſt, ad aliam pertinet Legationem.

Latus aliud Legationis ad Occidentis plagam ea Rheno in amnes alios duos Moſellam, & Moſam ducit; inter quos amnes eſt Lotharingia, cum Epiſcopatibus Tullienſi, Metenſi ac Verdunenſi. Nam hi cum Metropoli ſua, hoc eſt, cum Archiepiſcopatu Trevirorum ad Legationem hanc pariter ſpectant. Pone conſequuntur in Moſæ tractu, tam citeriore, quàm ulteriore, ditiones tres, Bullionenſis, Luxemburgenſis, ac Lymburgenſis, cum Diœceſi, ac Principatu magno Leodienſi: ut proinde, ſi admetiri jubeat magnitudinem hujus Legationis, comprehendat longitudo ejus milliaria Germanica amplius centum, & triginta: latitudo autem ejus ad milliaria fermè centum extendi videatur.

3 Quòd ſi æſtimare ſit ejus Eccleſiaſticam juriſdictionem; cùm ſoleat diſtribui Germania ſeu Imperium in Archiepiſcopatus ſeptenos: ex iis quinos, eoſque præcipuos, nempè Magdeburgenſem, Moguntinum, Colonienſem, Trevirenſem, & Bremenſem, eorumque Epiſcopatus ſuffraganeos fermè omnes, continet hæc Legatio: dummodo excipiantur Epiſcopatus aliqui Provinciæ Mo-

guntinæ, qui unà cum aliis duobus Archiepiſcopatibus Imperii, nempè Salisburgenſi, & Veſontionenſi, & cum Epiſcopatibus eorum Suffraganeis, pertinent ad Apoſtolicum Nuncium vel Galliæ, vel Rhetiæ.

„ Porrò inter hos Archipræſules, & Epiſcopos, ta-
„ metſi magnos, & Principes S. R. I. qui cum lituo, in-
„ fuliſque temporariam obtinent poteſtatem, dignitas
„ Nuncii Apoſtolici adeò excellit, ut in congreſſu ei ho-
„ nor primus, vel ab ipſis Eccleſiaſticis Electoribus, qui
„ nulli cedunt, præterquam Cæſari, deferatur.

Etenim apud hos ille non reſidet, uti apud Principes Orator, nec ſtabilem, aut neceſſariam apud eos manſionem habet: ſed ubi maluerit, poteſt morari. Cùmque videatur Nuncius totius fermè Imperii (nam Imperator etiam, quando ad has Provincias, ex Regnis, & ditionibus patrimonii ſui eſt venturus, ad Imperium venire dicitur) nihilominùs vocatur, appellatione uſitata, Nuncius Colonienſis: quia Colonia, olim Auguſta Ubiorum, & Urbs ad Rhenum præ aliis potens, ac dives, plerumque uti ordinaria habitatio ejus eligitur.

4 Coloniam ideò in Rheno adproperans, Argentinam cum Aſſeclis paucis, nigro, & diſſimulato habitu intravi, cepitque animum ſtatim ejus pulchræ, magnæ, ac munitæ Urbis admiratio. Par fuit commiſeratio tamen, dum Templi molem perinſignem, cùm præalta turri marmorea, operoſioris elegantiæ, atque adeò cum horologio ejus celebri intuerer. Digna enim veteri cultu ea moles, jam intùs horreo, quàm Templo ſimilior eſt, atque Hæreſi polluitur, nullumque retinet veſtigium ſanctitatis. Suggeſtum tantummodò è marmore candido, cum ſignis aurolitis habet antiquæ cælaturæ. Sed ex eo Magiſtri Hæreſum, horis conſuetis, diſpenſant Lutheri errores.

Sunt Argentinæ tamen, ritu Catholico, tum Eccleſia Ordinis Theutonici, tum Parthenia duo Cœnobia; quorum in altero & præcipuo Ordinis Sancti Dominici, inviſi eo die Sanctimoniales, ac piis eas lacrymis perfuſas reperi; quoniam ne à priſca quidem recordatione Nuncium Apoſtolicum umquam viderant. Eaſdem per Interpretem ſum Germanicè adhortatus, ut perſeverarent in illo pietatis, & continentiæ miraculo, & ut retinerent conſtantiam, quæ ſupra ſexum ipſarum eſſe videbatur; ſpernerent autem venientes juſſu Magiſtratus, Hæreticos Declamatores. Sed adverſus falſa eorum dogmata, illæ (nam intereſſe coguntur) lana, uti mox audivi, ſuas defendunt aures, prorſus caſtiſſimæ Heroinæ, ac pluſquam fœminæ, in eo lanæ uſu.

Receſſi, poſtquam eis diſtribui Roſaria, & Numiſmata cum Indulgentiis piacularibus, ac redditus Rheno, Spiram Urbem, Epiſcopatu prædivite, & Cæſaris Prætorio illuſtrem; dein Vvormatiam, quæ pariter eſt cum Epiſcopi, ac Nobilis Cleri honore; poſteà Moguntiam veni.

Joannes Suvicardus Archiepiſcopus, & Elector aberat; convenerat enim Electorem Saxoniæ, ut impetraret conſenſum, & Maximiliano Duci Bavaro confirmaret honorem, quem ei Ferdinandus Cæſar, ob ingentia merita, poſt exauctoratum Comitem Palatinum, contulerat, dum ipſum inter S. R. I. Septemviros cooptaverat. Inviſerunt me tamen Magnus Præpoſitus, qui erat ſimul Epiſcopus, ac Princeps Vvormatiæ; Magnus Decanus, & ex Canonicis alii cum eis adfuerunt.

5 Ex hac Urbe, quæ cis Rhenum ſita, & ad Mœni oſtium, defenditur Arce, ibi conſtructa, ubi adhuc prominet Druſi vetuſta moles, veni ad Confluentes Rheni, ac Moſellæ; ibique Philippus Chriſtophorus, Archiepiſcopus Trevirorum, & S. R. I. Elector, cum Rheda, & comitatu Aulæ me excepit.

Tradidi ei, tum Summi Pontificis, tum Eminen. Veſtræ litteras, & habitus prælautè, deductuſque in digreſſu ad Rhenum uſque, ſolvi, ut Bonnam irem. Sed illinc aberat Ferdinandus Bavarus, Colonienſis Elector, & Archiepiſcopus; quippè agens ad ſalubres aquas Andernaci, cum Duce Alberto Bavaro Fratre, ejuſque Conjuge.

Demùm VII. Idus Auguſti navem appuli Coloniam, & ibi mecum Anteceſſor Neocaſtrenſis Epiſcopus, à quo in portu exceptus fueram, octiduum exegit; egitque mecum de rebus Legationis.

6 Poſt admiſſas Canonicorum Illuſtrium, Conſulum, & totius Magiſtratus ſalutationes, gratulationeſque; conducta domo ex his, quæ ſunt in ipſo Summæ Ædis clauſtro, quod Canonicis familiare viſum eſt, aptumque animis promerendis, cùm ſolis apertæ benevolentiæ artibus natio Germanorum, cæteroqui prona in ſuſpiciones, invitari ad mutua officia deſideret; deſtinavi cæteras epiſtolas Summi Pontificis, atque Emin. Veſtræ ad Electorem Moguntinum, ad Electorem Bavariæ, ad Archiducem Leopoldum, ad Ducem Neoburgicum, ad Epiſcopos Herbipolenſem, ac Bambergenſem, atque ad Abbatem Fuldenſem.

Scripſi ad Imperatorem etiam, ſiquidem in ejus Imperium mihi obvenerat Legatio; ad Claram Eugeniam Iſabellam Belgii Principem, quoniam ſub auſpiciis Hiſpani Regis tunc erat Inferior Palatinatus, & propter ditiones duas Luxemburgenſem, ac Lymburgenſem. Ad Electorem Bavariæ, propter partes illi ſubjectas ejuſdem Inferioris Palatinatus; ad Ducem Neoburgicum, propter Juliam, Cliviam, Montes, & Marchiam, ditiones ipſius hæreditarias; atque ad alios Epiſcopos, Præſules, & Principes Legationis, natione Germanos, & Religione Catholicos.

Sunt alioqui Principes alii, ad quos ſpectant Provinciæ nonnullæ ejuſdem Legationis; uti Rex Hiſpaniarum, ſeu Princeps Belgii, propter Provincias duas Luxemburgi, atque Lymburgi, ac propter Inferiorem, ut dixi, Palatinatum. Item Dux Lotharingiæ, cujus ditio eſt intra Diœceſes Tullenſem, Metenſem, ac Verdunenſem; præterea Septemviri duo, alter Saxoniæ, alter Brandeburgi; & Duces Luneburgi, Brunſuvicæ, Megalopolis, Pomeraniæ, Holſatiæ; Langraviique Haſſiæ, & Darmſtadii. Rex inſuper Daniæ, ad quem pertinet Horſatiæ pars, & Cimbrica Cherſoneſus; atque adeò Civitates liberæ complures, quas Hanſaticas appellant.

7 Coloniæ tum nulli erant magis crebri ſermones, quàm de Ambroſii Spinolæ Caſtris ad Bredam; hanc enim ille Urbem, propugnaculis, & firmis operibus munitam, cœperat matura jam ſegete, ut ſuppeteret exercitui annona circumvallatione duplici, adversùs internum, & externum hoſtem, cum opportunis turribus, caſtellis, & foſſis, obſidere.

Porrò ex ea propriæ Urbis obſidione inevitabili, fruſtrà tentatis auxiliis, Mauritius Princeps Auraſiæ, tabem atque obitum contraxit.

Interim Vienna in Hiſpanias redux, Orator Regis Catholici, Comes de Ognate, & ex Urbe Roma Cardinalis Hoen Zolleren, qui proficiſcebatur Oſnaburgum, advenere Coloniam; & ambos obſequii cauſa ſtatim adivi, meque ii viciſſim reſalutarunt.

Adfuit quoque Uladislaus Princeps Poloniæ, ſed occultè, nec ullo inter ſuos honoris diſcrimine: conatus verò ſum ipſi palam obſequi, at Radzivilium Principem juſſit excuſare conſilium illud perſonam diſſimulandi, cælandique præſentiam; & eumdem Principem Radzivillum ad me, ut gratias referret, poſteà deſtinavit.

Dux Neoburgi pariter in Hiſpanias conceſſit, ut Juliaci, Veſaliæ, aliarumque Arcium ſuarum præſidia deprecaretur; metuens videlicet, ne Batavi eas invaderent, utpotè armis hoſtilibus defenſas.

Coloniam perinde inviſit abſque aſſeclis Albertus Bavarus, cum Conjuge, priuſquam Monachium Bonna remearet.

Sed & paulò poſt adfuit ignoto habitu ipſe Colonienſis Elector Ferdinandus, ut Virginalia Divæ Urſulæ, atque ejus caſti Sodalitii coleret, ſumeretque ſacram Synaxim in Aurea Camera, quam appellant à præcipuis earumdem SS. Virginum lipſanothecis.

Poſtquam verò pietati ſuæ morem geſſerat, multò ante primam lucem, contulit ſe familiariter ad Collegium Societatis Jeſu, inſpecturus initia Baſilicæ, quam Maximilianus Bavarus Elector, ac Germanus ejus Frater, ibi extruebat magnificè. Priùs tamen in eo Collegio, ſpontè adiit cubiculum Religioſi, quem adduxeram ex Italia, ut eſſet mihi à ſacris Confeſſionibus, eique poſt multa, quæ humaniſſimo in alloquio dixerat, injunxit, gratularetur mihi adventum, apprecareturque felicem Coloniæ manſionem.

Bonnam reverſus, Nobilem Virum Coloniam non ita multò poſt miſit cum litteris, rhediſque, & cum ala Equitum ſuorum, ad me invitandum, & deducendum; excepit verò cum Regio Aulæ ſplendore, primas deferens, in aditu, in ſeſſione, atque in omni congreſſu.

8 Per-

8 Perfunctus ego ſalutatione illa, in qua Serenitati ejus, tam Summi Pontificis, quàm Eminent. Veſtræ litteras tradidi, aliis negotiis dedi me tranquilliùs: & ut honorem Legati potiſſimùm aſſererem, quoniam animadverti Nuncios Apoſtolicos, ſicubi cœtus publicos frequentarent, ſedere quidem ſupra omnes, ſed in ſubſellio æquali, quod longa ſerie plurimi, conditione, & gradu impares, occupant; juſſi peculiarem ſedem, conſtratam periſtromate, ac ſupra gradus elatam, in poſterum pro iis conſeſſibus parari.

Adhæc, Canonici Summæ Ædis perrogaverant celebri die, ut Rei Divinæ intervenirem, promiſerantque Sedem ipſam Archiepiſcopi in Odæo, interque ſolemnes ritus, obſervantiam eandem. Sed cùm occurrere venienti, deducereque abeuntem (etſi modeſtè, ac verecundè) recuſarent; tum quia nulli Apoſtolico Nuncio eam ſignificationem honoris antea exhibuerant; tum etiam ex alia ea perſuaſione, (uti poſtea deprehendi) quod metuerent, ne Archiepiſcopus Elector id graviùs acciperet, ſi nimirum eſſet par, aut communis honor ipſius, & Apoſtolici Legati; negavi præſentiam; & poſtmodum datis Viro gravi litteris fiduciariis, curavi ut Bonnæ ipſi Archiepiſcopo res exponeretur: qui doluit ſemet à Canonicis, recuſati honoris, velut inſimulari; atque adeò ſignificavit eiſdem, fore imò ex voto animi ſui, ſi obvii prodirent, & comitarentur venientem, abeuntemque.

Quocirca litteris redditis, ubi ſe primùm occaſio dedit, invitarunt me denuò Canonici; adfuere obvii, & seduxerunt; nec ad Templi fores modò, ſed unus eorum genere illuſtris, me ad proprias Ædes proſecutus eſt. Quin imò ſanxerunt ipſimet, ut deinceps obviam iretur Apoſtolicis Nunciis; & ut in digreſſu perinde, uſque ad Templi limen reducerentur.

9 Suſcepto itinere Romano, diem vitæ poſtremum objeret, in ditione Tirolenſi, Theodorus à Clepigen, Scholaſticus & Canonicus Eccleſiæ Colonienſis SS. Apoſtolorum. Contulerat verò Summus Pontifex Sacerdotium ejus Michaeli Reinardo, cùm is interea temporis degeret in Urbe Roma, & cùm Sacerdotium illud in menſe Apoſtolico vacaſſet. Sed Coloniæ pariter Senatus, ex Pontificio aliquo indulto, idem Sacerdotium alteri addixerat; qui uti præſens erat, mox ejus poſſeſſionem adierat. Ea re comperta, juſſit Eminen. Veſtra, ut ego intercederem, ac Senatui perſuaderem, ratam omnino eſſe habendam gratiam Pontificiam. Quocirca oſtendi, nunquam Romanos Pontifices alicui tantum facultatis tribuere, quin facultatem pro ſe multò majorem retineant, & quin anteferri debeat eorum collatio, ſi tempore aut æquali aut ſuperiori emanaverit; quemadmodum reipſa emanaverat triduo antè collatio Romana, quàm collatio altera Senatus. Imò tametſi hæc præceſſiſſet; adhuc aſſumpſi, exiſtimari ſemper potiorem debere collationem Eccleſiaſticam (quæ utique eſt ſimul inſtitutio) quàm collationem Laici Prætorii vel Senatus, quæ eſt ſola & mere nominatio. His itaque rationum momentis Senatui Colonienſi facta demùm perſuaſio eſt, ut æqui boni conſuleret, honorem & prærogativam deferri Pontificiæ collationi.

10 Illuſtres Canonici, & qui per explorata Avorum ſtemmata Sacerdotia Colonienſis Eccleſiæ Primariæ adipiſcuntur, cùm vellent habitu diſcriminari à Canonicis Presbyteris, qui ex ſola eruditionis commendatione, numero noveni, in eorum Senatum tranſcribuntur; induerant paulò ante adventum meum, pileos, & togas, ex holoſerico panno rubro villoſo, aureis inſuper tæniolis fibulatas.

Faſtus hic, excedens modeſtiam Eccleſiæ, atque illum ipſum Purpuræ uſum factum, ac temperatum, quo S.R.E. Cardinales ab alio Clero diſtingui ſolent, omnium oculos perſtringebat: ſed & Canonici Presbyteri, qui veſte nigra amiciebantur, præ aliis ægrè diſcrimen illud ferebant. Ego proinde ſtatim effeci, ne plures Canonici eam veſtium lucem induerent, atque imperavi quoque, ut eamdem aliqui ponerent: Decanus tamen Franciſcus à Lotharingia, Epiſcopus Verdunenſis, qui tunc aberat, uti conſcius jam redditus erat à Canonicis partium ſuarum, me intercedere velle Auctoritate Apoſtolica, & impedire, quò minùs ab eis purpura geſtaretur, Verduno, magnis itineribus Coloniam remeavit, & defenſus tenebris, eadem nocte Urbem intravit. Metuerat quippe, ne ſi de adventu ipſius ego certior eſſem, exigerem ſtatim, ut purpuram non indueret.

Re igitur communicata cum duobus aliis Canonicis Illuſtribus, ac dato eiſdem ſimili conſilio, priuſquam ego illos alloqui, ac præmonere potuiſſem, manè poſt primam lucem ex inopinato, purpuratus prodiit, Summique Templi Odæum, dum canebantur Matutinæ preces, cum aliis Canonicis perinde purpuratis, frequentavit.

Tum ego, re comperta; ad ipſum deſtinavi quamprimùm Joannem Baptiſtam de Ninis, Auditorem meum, ac ſignificavi, Purpuræ illi auctoritatem deeſſe, quia Summus Pontifex non conceſſerat uſum ejus; deeſſe inſuper æquitatem, quia in gravem cedere injuriam Canonicis Presbyteris ea videbatur; demum deeſſe modeſtiam, qua utique ſolet laudabiliter Eccleſia metiri honores ſuos.

Contra ille aſſerere privilegia, & morem antiquum: cùm picturæ veteres, in tabulis, & in vitris ſpecularibus, Canonicos in purpura referrent. Sed purpuram eamdem fuiſſe promiſcui uſus, Canonici Presbyteri affirmabant: fortaſſe juxta decretum Archiepiſcopi Federici, qui anno M.CCCLXXI. veſtes purpureas induxiſſe perhibetur pro iis Canonicis, qui Archiepiſcopo eidem in munere aliquo præcipuo miniſtrarent.

Cæterùm inſinuavi, in Sacro Cardinalium Collegio, ſeu felicitas geneſis, & ſplendor Avorum, ſeu ſola virtutis magnitudo eos evehat, parem eſſe veſtium gloriam; nec pannum eum villoſum, & pretioſum (quo Summus Pontifex dumtaxat quotidie in Epomide, ac pileolo; ſemel verò quotannis, hoc eſt, ipſa nocte Divinorum Natalium in pallio utitur) ac multò minùs aureas tænias, fibulaſque ab eis geſtari.

Admoniti à me iterùm, ac ſæpiùs, per idoneos, & magnæ conditionis Viros, cùm ſibi imperare non poſſent, ut purpuram eam nihilominùs exuerent; venere in eam ſaltem deliberationem, ut libellum ſupplicem darent, peterentque, æqui boni conſulerem Romæ Sanctiſſimi Oraculum, aut ſententiam ab eo rogari, quò ita conſtaret, ponere, aut retinere purpuram deberent; annui verò, & idcircò pendet Romæ adhuc controverſia, ſeu diſcuſſio ejus.

11 A Ferdinando Cæſare miſſi Leodium fuerant Commiſſarii, quos appellant (cùm inter Principem, & Cives non ſatis conveniret) ut concordiæ modum aliquem cogitarent. Hi verò, incertum ſponte, an inducti pravis aliorum conſiliis, miſcere conati ſunt Cleri Tribunalia; utque everterent Eccleſiaſticam, atque Apoſtolicam juriſdictionem, voluiſſent efficere, quo minùs Laici à ſententia Officialis Leodienſis provocarent ad Apoſtolicam Sedem, vel ad Metropolitanum Colonienſem. Quos inter Laicos ille idem Officialis, vel in cauſis prophanis, antiquiſſimam habet juris dicundi poteſtatem.

Erecti autem in ſpem ſucceſſus, aperire novum Tribunal meditabantur, ad quod Tribunal deinceps provocaretur.

Ego, re comperta, tum Sereniſſimum Colonienſem Electorem, qui eſt Leodii Epiſcopus, & Princeps, tum Leodienſem Clerum Primarium perquam efficaciter ſum hortatus, ut mecum, infracto animo, & ſumma conſtantia obſiſterent Adminiſtris Cæſareis; & fuerunt ſaluberrimi conatus; quia ſtetit defenſa omninò ea Eccleſiæ Leodienſis, & Sedis Apoſtolicæ juriſdictio.

12 Annum exegeram Coloniæ, cùm debui Leodium cogitare, ob cauſas in primis graves, quas paulò poſt recenſebo. Leodium, Civitas eſt, cui à populi frequentia, à Viris omnis juris humani conſultiſſimis, à Cleri magni, & prædivitis gloria, & potiſſimùm à profeſſione obſervantiæ erga Sanctam Sedem, debetur peculiaris commendatio. Hæc poſtrema laus, in adventu meo etiam fuit manifeſtior; nam habui obvios, ad aliquot ſtadia, primores Cleri pariter, & Civium, aut in Rhedis, aut Equites; qui omnes honorificentiſſimo comitatu, me in Urbem propriam introduxerunt.

Omnes qui me anteceſſerant Leodii Sedis Apoſtolicæ Legati in Cœnobio aliquo habitaverunt. Quod cum animadverterem incommodare non parum Religioſæ familiæ, ob Laicorum ultrò citròque commeantium libertatem, atque licentiam, malui Ædes conducere, & ſumptus locationis quotannis repræſentare. Ædes verò ipſas, & earum conclavia veſte holoſerica exornavi. Quod in his regionibus eſt rarum, in quibus uſui eſt ſolùm ſupellex gravis ex periſtromatis belluatis; eaque res invitavit plurimos, ut Ædes meas ita inſtructas adirent, inviſerentque.

13 Pro-

13 Pronunciaverat Romæ, contra Collegii Tungrenſis Canonicos, Sacra Congregatio Cardinalium, Interpretum Concilii Tridentini, in cauſa Canonici Ricardi Pauli Stravii: Generalis verò Auditor Cameræ Apoſtolicæ, intentato Interdicti, & aliarum Cenſurarum metu, præceperat eis, ut intra præfinitos dies Sacræ Congregationi obtemperarent. Cùm autem dies iidem eſſent jam elapſi, nec paruiſſent tamen Tungrenſes; ſponte, uti Cenſuris afflati, à ſacris muniis, clauſo Templo, ritè abſtinuerant.

Clerus Leodienſis tamen, eam profeſſionem obſequii non probavit, cùm ex Urbe Roma Cauſidicus neſcio quis, ſpe inani omnes impleret, fore nimirùm, ut Summus Pontifex appellationem admitteret, quam Tungrenſes interpoſuerant. Quocirca Templi valvæ rurſus patuerunt, & Canonici, nulla præmiſſa expiatione, ſua rurſus munia, uti antea, obire cœperunt.

Ego inſordeſcere in Cenſuris eos animadvertens, (dum Coloniæ adhuc morabar) ſignificavi per litteras, haud ſuffragari eis interpoſitam appellationem, propterea quod Sacræ Congregationes Cardinalium exerceant jurisdictionem Præfecti Prætorio: ut proinde nec ab eis provocare liceat, nec à decreto perinde Generalis Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, ſaltem in re præſenti; in qua utique is Judicem non agebat, ſed Cardinalium Judicum ſententiam potiùs exequebatur; ideòque novas eis Cenſuras ego, niſi parerent, interminabar.

Exorti propterea ſunt magni motus in Clero Leodienſi; amplis enim ſtudiis patrocinabatur cauſæ Tungrenſium, & propterea Coloniam legationem ad me miſit; quam obiverunt Udalricus ab Hoensbroeck Archidiaconus Cleri primarii, Hubertus Urſinus à Campo Decanus S. Joannis Cleri Secundarii, & Collegii Tungrenſis Cantor. Sed. Ii à me obtinuere tantummodò ſpatium ſcribendi rurſus in Urbem, rogandique, num deferendum appellationi eſſet, quemadmodum pertinaciſſimè adhuc eorum Cauſidicus vaticinabatur.

Poſtquam verò iterùm litteris ad me datis fuit compertum, haud velle Tungrenſibus Sanctiſſimum annuere, Abbates & primores Cleri acceſſivi ad Ædes meas Leodii, atque in eorum conſeſſu, infirmam cauſam Tungrenſium, ſententiæ æquitatem, & vim Cenſurarum expoſui. Quo factum eſt, ut habito etiam aliquoties privato congreſſu, inducti fuerint Canonici Tungrenſes ad obſequii reverentiam erga Sacræ Congregationis mandata; petiverintque ſupplices gratiam abſolutionis, & diſpenſationis ab Eccleſiaſticis cenſuris excommunicationis, ſuſpenſionis, & irregularitatis; quam ex indulto peculiari à Sanctiſſimo Domino Noſtro mihi in eum finem conceſſam, eis impertivi.

14 Ad hæc, Leodii (dum aberam) jubente me, inquirere jam cœperat aliquis Cleri Secundarii Decanus, in mores parùm conſentaneos Abbatis Vallis Scholarium. Pro cujus defenſione poſtmodum advenit ex Galliis primò Vicarius Generalis, dein ipſe Generalis Antiſtes ejuſdem Ordinis, dederatque pro ejus patrocinio inſuper Rex Chriſtianiſſimus ad me binas epiſtolas, idemque Rhemis unum ex Regiis Conſiliariis ſuis ad me propterea deſtinaverat.

Optaſſent verò, ut abſtinerem ab incœpta jam diſquiſitione, & judicium de Abbate permitterem Antiſtiti Ordinis Supremo, qui jam aderat; & qui in eumdem animadvertere, ſi foret demum Reus, maluiſſet. Attamen cùm is, quem delegaveram, judicium præcepiſſet, pergere me oportuit. Quocirca omnibus in commentarios ritè tranſcriptis, Generalem Antiſtitem ſaltem admiſi, ut mecum de pœna Abbatis deliberaret, deque aliorum Religioſorum animadverſione; quos deliquiſſe nimirùm conſtabat.

Regi autem reſcripſi; cùm nihil præter fas, aut æquum ſoleat, vel ab ejus Majeſtate peti, vel à Miniſtris Apoſtolicæ Sedis deliberari, poſſe Majeſtati ejus perſuaſum eſſe, commendationis interpoſitæ fructum fore ipſam æquitatem. Interim re diſcuſſa, Abbas Reus, qui judicio ſeveriore, ſed æquo tamen, debuiſſet exauctorari, ſemotus à me fuit ab adminiſtratione ad triennium, & in Gallias ad Cœnobium quoddam Ordinis proprii ablegatus ea conditione, ut ſi rediret melior, rurſus capeſſeret Monaſterii regimen, priſtinamque obtineret dignitatem; lataque ſunt pœnæ conſentaneæ in alios Religioſos. In habitu Generalis Antiſtes, qui intentaverat minas Religioſis aliquibus, propterea quod perfugium habuerant ad Sanctam Sedem, etiam Leodio abduxit ex ipſis unum; cui præ cæteris idoneo, vices Abbatis demandaveram; ſed is de via redditus eſt juſſu meo. Nam monitis graviſſimis eumdem Antiſtitem Generalem excgi ad obſequium erga Apoſtolicam Sedem. Atque hoc pacto, diu ægra res ejus Cœnobii aliquantulùm convaluit.

Famam verò aliquam iſtiuſmodi correctio ſtatim promeruit: nam Archiepiſcopus Cameracenſis, Vir ſtudioſiſſimus Eccleſiaſticæ, & Religioſæ diſciplinæ, litteris ad me datis perrogavit, ut alia ejus Ordinis Cœnobia reducerem ad virtutis parem laudem: attamen hoc præſtare non poteram, cùm ea extra limites eſſent meæ legationis.

15 Operoſius, & moleſtius multò fuit defendere, ac ſtabilire Leodii Eccleſiaſticam, & Apoſtolicam Juriſdictionem, quam labefactare aliqui nefario conatu ſtudebant, ſi quo modo impedire poſſent, ne à ſententiis Officialis, nempe Judicis Eccleſiaſtici (qui ſemper nihilominus in cauſis etiam prophanis, inter merè Laicos, jus dicere conſuevit) ad Metropolitanum Colonienſem, aut ad Nuncium Apoſtolicæ Sedis, fieret provocatio.

Porrò ibi, non Spiram modò ad Prætorium Cæſaris trahere cupiebant Officialis ejuſdem ſententias: ſed ut eluderent tres ſententias conformes, quas inter Laicos pronunciaſſent Leodii Eccleſiaſtica Tribunalia, revocari eas per Curiæ Spirenſis mandata caſſatoris, ut vocant, & pœnalia curabant. Ne igitur Juriſdictio ab aliquot jam ſæculis, imò ultra omnem primordii recordationem fundata, ſenſim ſubrueretur; ego cum Officiali, & primariis Juriſconſultis aliquoties conſultando, decreta nonnulla promulgavi, quæ in eam rem conducere poſſe videbantur.

Verùm ea ab Adverſariis illico tranſmiſſa Spiram, occaſionem dederunt Edicti generalis, quo Spirenſe Prætorium, advertens iſtiuſmodi decretis ſtabiliri, confirmarique Apoſtolicam Juriſdictionem, propoſito metu gravis mulctæ, inhibuit Judicibus Eccleſiaſticis, ne Cauſarum Laicarum, inter Laicos, deinceps arbitri forent. Sed & imperaverunt Spirenſes, ut Civi cuidam Leodienſi libertas daretur, quem poſt tres ſententias conformes, latas à Judice Eccleſiaſtico, nihilominus prehenſantem eorumdem Spirenſium opem, juſſeram ego ad vincula damnari, à tertiæ ſententiæ Judice; donec debitum Actori penitus repræſentaret. Nec modò ſententias eas abrogaverunt; ſed mihi, Conſulibuſque Civitatis Leodienſis, mulctam æris gravis, & minas alias intentarunt.

Interim ego, uti præſenſeram Scribæ adventum, qui me Spiram in jus vocaret, ita re diſpoſita, acceerſitiſque idoneis teſtibus, ubi ille primùm adfuit, cupientem loqui, ſtatim inhibui; & juſſi, ut priùs audiret Capitula xv. & xvi. ex Bulla Cœnæ Domini: ne ignoraret Cenſuras Eccleſiæ, vibratas adverſùs eos, qui ſacros Judices vocant ad Prætoria Laicorum. Expoſui deinde vim earumdem Cenſurarum, ſi quo modo animus ejus perpaveſceret, ob ea Eccleſiaſtica fulmina, cuivis Catholico metuenda. Quia tamen excuſata neceſſarii muneris conditione, ea quo ſemet aleret, ac ſuos liberos; etſi promiſit ſe id nunquam deinceps acturum, nihilominus deliberatum habuit Spiræ mandatum enunciare: ter ipſum ritè monui, ac Cœleſtium execrationibus percuſſum è conſpectu meo dimiſi.

Sed & imperavi, ut quoniam erat Scriba publicus, ſcripto ad Spirenſes referret; Curiæ Cæſareæ, circa rem præſentem à me nullam tribui juriſdictionem; nec me Laico eorum Tribunali ullatenus Eccleſiæ, aut Sedis Apoſtolicæ proſtituere majeſtatem. Quinimò adderet; Supremum Judicem, Præſides, atque Aſſeſſores admonitos me velle, haudſanè, vel Cæſari, qui eſt Advocatus, Tutor, ac Defenſor Eccleſiæ, vel Omnipotenti Deo, cujus indignationi erant jam obnoxii, ipſos, ſicuti par erat, obſequioſos videri.

Ne deinde Magiſtratus Leodienſis Reum ex carcere dimitteret; Conſulibus, & Præfecto carceris, metum excommunicationis; Civitati verò univerſæ metum interdicti ſtatim intentavi; & hoc pacto effeci, ut mandatis Imperialis Prætorii honorem Apoſtolicæ Sedis, vel auctoritatem Eccleſiæ minimè poſtputaverint. Statueram enim, ad remedia ea extrema priùs venire, quam pati ullum Sacræ Juriſdictionis detrimentum. Quocirca obtinui, ut Reus non efferret è cuſtodia liberum pedem, niſi poſtquam in ære Actoris omnino eſſe deſiſſet.

Ad hæc, ut irritum redderem mandatum aliud generale, quod propoſitum, atque affixum Leodii, multos reddi-

Digitized by Google

reddiderat ancipites, ac dubios, ntra poteſtas eſſet adeunda; hoc eſt, an ab Officialis ſententia, ex priſco uſu, ac more, ad Tribunal Eccleſiæ, an ex recenti exemplo, ad Prætorium Cæſaris provocare deinceps oporteret; promulgavi Edictum, in eoque rurſus expoſui graviſſimas Cenſuras, quibus ii feriuntur, qui Eccleſiaſticas cauſas trahunt ad Laica Tribunalia, & inſuper conventum indixi, cui in Ædibus meis Cancellarius Sereniſſimi Principis, & Primores è Clero intervenerunt.

Queſtus verò ſum in eo conſeſſu, de Adverſariorum conſpiratione pariter, ac de Spirenſi Curia; quæ utique non vocata, nec audita parte, imò ne explorato quidem titulo antiquiſſimi Juris noſtri, ſpoliare ejuſdem Juris poſſeſſione Eccleſiam, & Apoſtolicam Sedem nitebatur: quod ne fiat cum lixis, & calonibus, Imperatores olim ſanctionibus ſuis vetuerunt.

Indolui etiam propter ſpretam Eccleſiæ immunitatem, potiſſimùm quia Spirenſes in jus vocare ad Laicum Tribunal ſuum veriti non fuerunt, inter alia Judicum Eccleſiaſticorum nomina, ipſos Apoſtolicos Nuncios, cæteroqui ſoli Deo, & Romano Pontifici ſubjectos: quod ferendum ampliùs inerti diſſimulatione non videbatur. Poſt multa, Cancellarium, & magnum Decanum, ſum hortatus, ut Tribunalia Civitatis continerent in officio, defenderentque tam inſignem fori ſui prærogativam, judicandi nimirum de controverſiis Laicis Civilibus, & Criminalibus; nec in prima modò, ſed in ſecunda, & tertia inſtantia; idque ſuaſi agendum eſſe vel ideò, quia eam Juris dicundi inter Laicos prærogativam ſolus jam habet in univerſu Imperio Leodienſis Clerus.

Poſtquam hæc dixeram, itum eſt in eam ſententiam, ut verbis conceptis Clerus ſignificaret Spirenſibus, haud ſe unquam receſſurum, ob quævis Prætorii eorum Cæſarei mandata, à priſca conſuetudine vel judicandi de cauſis merè Laicis inter Laicos, vel provocandi poſt Officialis ſententias ad Apoſtolicam Sedem, aut ad Colonienſem Metropolitanum. Poſtmodum in alio conſeſſu, cui præcipui è Clero, è Magiſtratu autem Viri Conſulares, & Juriſconſulti celebriores interfuerunt perinde in Ædibus meis, ſancitum fuit, ut Advocati, Procuratores, Notariique Leodienſis Curiæ, in poſterum jurejurando, ex formula ipſis præſcripta, pollicerentur; ſe Clientibus ſuis perfugium ad Laica Tribunalia, poſt ſententias Eccleſiaſtici Judicis, omni conatu adempturos. Quin etiam eo jurejurando Canonici Eccleſiæ Primariæ, ac Decani Secundarii Cleri, cùm omnes ſint Eccleſiaſtici Judices, pariter ſe obſtrinxerunt.

Eodem tempore ſcripſi ad Sereniſſimum Electorem Colonienſem, quippe Leodienſem Epiſcopum, ut negotium hoc tam grave, tam pertinens Serenitati Ejus commendarem: in quo nimirum, non Apoſtolicæ Sedis magis, quàm ipſius jus convelli videbatur. Siquidem illius propria Tribunalia ſunt ea, in quibus jus dicunt Leodienſis Officialis, & Metropolitanus Colonienſis.

Advenerunt interea Literæ Pontificiæ, quas rogatu meo impetraverat Emin. Veſtra, ſcriptæ ad Eccleſiaſticos S. R. I. Electores, & ad Cæſarem etiam. Qui peculiàriter datis ad Spirenſium Curiam epiſtolis, referri ad ſe de controverſia illa maluit, & juſſit ceſſare eos deinceps, donec quid facto opus, Viennæ ab ipſo definiretur. Atque hæc deliberatio, Leodii potuiſſet non parum Eccleſiæ, ac Sedis Apoſtolicæ juriſdictionem ſtabilire, niſi aliquanto poſt revocaſſet Cæſar, quod ſcripſerat. Quocirca rurſus omni conatu propugnare contra Spirenſes Tribunal Eccleſiæ debui, & ita circumſpectè jus dicere, ut partes ambæ ſententiam latam in Tribunali Apoſtolico meo æquitati eſſe conſentaneam interpretarentur, neque ad Tribunal Laicum alterutra earum provocaret.

16 Extremo Autumno ejus anni, quo Leodium veneram, quia cohortes Hiſpani Regis inſederant Trevirenſem agrum, quò nimirum Archiepiſcopum Electorem variis incommodis adigerent ad deponendam adminiſtrationem Abbatiæ S. Maximini, cujus titulum ei non ita pridem Summus Pontifex contulerat: juſſus ego ſum illuc proficiſci, ſi quomodo potuiſſem efficere, ut Elector Proabbatis titulo frueretur tranquillè; quandoquidem vitium habuerant Monachorum ſuffragia, & res devoluta erat ad Apoſtolicam Sedem, juxta Germaniæ Concordata.

Mearum partium verò erat excogitare, ac proponere conſilium, quo ſatisfieret Ferdinando Cæſari, & Philippo Hiſpaniarum Regi: nam hi ambo interceſſerant, ille uti Patronus Monaſterii, quod eſt membrum Imperii; hic uti Patronus Trevirenſium, ſimul & ejuſdem Monaſterii.

Cuſtodiebant Hiſpani milites Cœnobium ipſum, inſtar Caſtri; ſed & poſſeſſionem quam Elector adjerat, Monachi reſpuerant; provocaverantque ad Summum Pontificem à Tribunali Rotæ Romanæ, in quo damnata ipſorum electio jam fuerat. Interim Electoris prædia, & fundos, quos in ditione Luxemburgenſi habet, occupaverant Adminiſtri Regii, & metuendum ideò videbatur, ne idem Princeps Elector quid ſtatueret, quod Apoſtolicæ Sedi, ejuſque honori minùs congruere videretur.

Quatriduo per Arduennam progreſſus fueram, cùm obvium habui Electorem, nobilemque ejus comitatum, tertio fermè lapide ab Oppidulo Vitliaci. Eò deductus, & exceptus argumentis obſequentiſſimæ voluntatis erga Sanctam Sedem, ſtatim propoſui conſilium neutri parti pœnitendum: videlicet, ut maneret Princeps Elector in munere, & titulo Proabbatis, nam pariter manſiſſet diſpoſitio Apoſtolica; atque ut ſimul Coadjutorem diceret, vel alium quempiam ex Monachis, vel illum ipſum, quem alioqui cum vitio Monachi elegerant; etenim Cæſar hoc pacto, Hiſpanus Rex, & Monachi haud vereri potuiſſent, ne hoc S. Maximini Cœnobium, Trevirenſis Archiepiſcopi menſæ perpetuò addiceretur, ſicuti fuerat ei addictum Prumiæ Cœnobium, perinde opulentum, & Archiepiſcopo Anteceſſori datum; etſi plenum erat antiquitate veneranda, fundatum nimirum à Carolo Magno; nobilitatum profeſſione religioſa Imperatoris Lotharii, qui ex Cæſare Monachus, ibi decennium vitæ poſtremum exegit; & ſandaliis Chriſti Domini, aliarumque Reliquiarum theſauro ditatum.

Res ita fuiſſet deliberata, niſi ea Bruxellis tractari priùs cum Sereniſſimo Belgii Principe debuiſſet. Receſſi ego interim Vitliacum, ac veniens Treviros, S. Maximini Religioſos increpui, quod imploraſſent Laicæ poteſtatis patrocinia, & monui æqui boni conſulerent deliberationem, quæ Bruxellis erat ineunda. Quin imò in eamdem perſuaſionem ſum conatus inducere Luxemburgi Comitem Berlemontium, Præfectum ejus Provinciæ, ac inſuper Præſidem Senatus Regii, & pariter Religioſum illum, quem Treviris Monachi Abbatem ſcripſerant; nam hic interea Luxemburgi degebat.

Sed his conatibus meis defuit felicitas: cùm enim Bruxellis rem traherent, donec aliquid Cæſar, & Rex Catholicus ſtatuerent; miles verò Hiſpanus non excederet ab agro Trevirenſi; Elector tædio damni, quod grave admodum patiebatur, abdicavit ſe Abbatiæ adminiſtratione, ac me ſuadente bonorem ad manus Summi Pontificis, à quo eumdem acceperat, reſtituit.

17 Cùm oborta fuiſſet controverſia inter Herbipolenſem Epiſcopum, & Fuldenſem Antiſtitem, occaſione juriſdictionis, quam ille uſurpabat in S. Sixti Præpoſituram, utpotè ſitam intra limites propriæ diœceſeos, etſi membrum erat Abbatiæ Fuldenſis, & exempta ideò cenſebatur ab ordinaria Epiſcopi poteſtate; dedi ad eos ambos finitimos Principes amicas epiſtolas, & ſum hortatus, ut animo eſſent mutuo, controverſiamque dirimerent; cùm verò nihilominùs eam ipſi non ſedarent, interceſſi auctoritate.

Voluit tunc Herbipolenſis Epiſcopus, Legationis meæ forum declinare; quaſi ad Tribunal Nuncii Viennenſis Epiſcopatus ejus, velut pars Superioris Germaniæ, pertineret: ſed ego per epiſtolas ſimul officioſas, & efficaces oſtendi; Epiſcopos quoſque Suffraganeos, ad proprii Metropolitani legationem ſpectare, niſi peculiariter litteris Pontificiis ab ea eximantur: proinde ipſius Epiſcopatum ſpectare ad Nuncium Rheni, ad quem ſpectat Moguntinus Archiepiſcopus ejus Metropolitanus.

Sed & adjeci; proceſſum Electi Epiſcopi Herbipolenſis, à ſolo Nuncio Rheni formari conſueviſſe; hoc autem eſſe munus proprii Nuncii, indicari in Diplomate Gregorii XIV. Quocirca agnovit ille ita eſſe; finem controverſiæ impoſuit, & de eo ſpontè ad me retulit, per litteras ſanè benevolas. Sæpè etiam, ut diſpenſationes in gradibus impedientibus matrimonia impetrarem Romæ, perrogavit; & aliquantò poſt, unum è Conſiliariis ſuis, cauſa officiorum pariter, & negotiorum, ad me Leodium venire juſſit.

18 Oſnaburgi è vivis exceſſerat Cardinalis Hoen Zolleren,

Digitized by Google

ten, ibidem Antiſtes ſanè vigilantiſſimus, & qui Civitatem, atque univerſam diœceſim reſtituere feliciſſimè jam incœperat. Ut Succeſſor idoneus ei daretur, Oratores illuc varii ſe contulerant; & alii Cæſaris filio, alii filio Alberti Ducis Bavari honorem illius Principatus petebant.

Attamen etſi videbatur boni Oſnaburgenſis Eccleſiæ intereſſe, Epiſcopum ibi eligere, qui magnæ familiæ potentia poſſet eum Principatum tueri; quandoquidem Rex Danus diu pro filio eumdem ambiverat; ſpes nihilominùs potiundi Paſtore, qui adeſſet gregi ſuo, Canonicos induxit, ut Franciſcum Gulielmum Bavarum, Comitem à Vvartemberg, & Virum ab indole, ab eruditione, à pietate, atque à morum cætera laude inſignem, præ aliis poſtularent.

Sed enim Confirmatio Apoſtolica, admonitu etiam Eminent. Veſtræ, ioiiionegari ei debuit; quia erat Sanctæ Sedis, juxta Germaniæ Concordata, novum Epiſcopum Oſnaburgi cooſtituere; ubi nimirum Anteceſſor fuerat S. R. E. Cardinalis. Suberat verò exemplum recens: cùm ab obitu Philippi Bavari Cardinalis, & Epiſcopi Raiſbonenſis, comitia Canonicorum, quæ Sigiſmundum Fredericum Fuggherum elegerant, reſciſſa Ferrariæ in Sacro Cardinalium Senatu à Clemente VIII. fel. record. fuerint: etſi poſteà eidem Viro, cæteroqui ſatis egtegio, ea digniras collata eſt de integro, velut ex beneficio ſolius Apoſtolicæ Sedis.

Durum id quidem Canonicis viſum eſt, ſed levius fieri cœpit, ex quo ſimul ſuaſi, ut tantumdem ſperarent de Summi Pontificis benignitate: ſicut reipſa evenit. Nam fuit honoris compos Franciſcus Gulielmus Bavarus, evaſitque Antiſtes par Anteceſſori ſuo.

Dedi operam deinde, nt Viennæ Imperator quoque aboleret ſuffragia, in eum Principatum violenter quæſita, Filio Regis Dani. Quem eumdem Regem paulò poſt Comes Joannes Tillius, victum aliquoties, iterùm memorabili prælio ad Lutheram ſuperavit.

19 Diſpenſaverat frequentiſſimè Colonienſis Archiepiſcopus, ſeu Generalis ejus Vicarius; tum ut ſacri Ordines, ſi qui eis inaugurari citiùs deberent, extra conſueta tempora conſerrentur; tum ut inirentur matrimonia inter conſanguineos, & affines, tertio & quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis. Suberat verò ei perſuaſio, id ex veteri ſeu conſuetudine, ſeu prærogativa licere: quod cùm ego tamen adverſari ſacris Canonibus non ignorarem, ad Summum Pontificem de ea re cenſui referendum eſſe.

Tum verò reperti Romæ ſunt Codices indulti aliquoties conceſſi ad quinquennium, vel ab ineunte Pontificatu Pauli V. fauſtæ recordationis: quo tempore Vicarius alter Epiſcopatus Leodienſis fermè exauctoratus eſt; quoniam perinde auctoritate propria circa matrimonia diſpenſaverat; nec deinde indultum illud poſtremis annis fuerat renovatum. Ex quo conſtabat malè fuiſſe initiatos iiſdem Ordinibus, & malè nupſiſſe, quotquot utriuſque impedimenti gratiam obtinuerant: & debere eos omnes ceſſare ab Ordinum exercitio, ceſſare à matrimonii uſu, & conſcientiæ propriæ ſimul, atque honori liberorum conſulere.

Coloniæ ideò ſublatus eſt ejuſmodi pravus poteſtatis uſus; & tum ex mandato Eminent. Veſtræ cœpi perinde urgere Leodii, ne Vicarius Epiſcopi agnatis, qui contingerent ſe antedictis conſanguinitatis, vel affinitatis gradibus, matrimonii veniam daret; ſiquidem & ipſe facultatis ejus indultum ab Apoſtolica Sede aliquoties habuerat; quod erat argumentum poteſtatis delegatæ, omnemque præſcriptionis locum ei adimebat.

Hinc verò factum eſt, ut Colonienſis Elector eam utramque poteſtatem ſupplex à Summo Pontifice petierit, & ad ſeptennium impetraverit, pro Archidiœceſi Colonienſi pariter, & pro Diœceſi Leodienſi.

20 Joannes Svvicardus, Archiepiſcopus Elector Moguntinus, & S. R. I. in Germania Archicancellarius, ſenio & meritis plenus, diem vitæ poſtremum obierat: & contuleram ideò me Moguntiam, ad Succeſſoris electionem; habueramque obvium, extra Moguntinam Urbem, cum aliquot Rhedis, Magnum Decanum, & alios Canonicos. Sed quia dilata electio in longiorem diem fuerat, ut ii qui aberant Canonici, poſſent redire, atque intereſſe Comitiis; Aſchaffemburgi Palatium inviſere interea temporis potui: itaque Moguntia digrediens, tranſmiſſo Rheno, Seligenſtadium veni.

Ea eſt vetus Abbatia Ordinis S. Benedicti, fundata ab Eginharto Caroli Magni Cancellario, qui cum Conjuge ſua ejuſdem Caroli Magni filia ibidem in ipſo Templi Odæo tumulum habet.

Poſtridie Aſchaffemburgum adii, & ſtructuram Palatii nobilem ac peramplam ſpectavi, è quadrato lapide, cum foſſa, turribus, & munimentis. Cùm autem Rheda veniſſem, navigio reverti ſecundo Mœno. Sed aura eo die averſa navigationem adeò retardavit, ut Francofurtum nautæ ſeriùs navem appulerint. Clauſæ Civitatis portæ jam erant; ideoque cogi Senatum oportuit, ut deliberaret de admiſſione: quod ad ſpatium horarium factum eſt, venitque alter Conſulum cum cohorte Civium armata, ut me introduceret. Res verò mira omnibus viſa eſt, dum id noctu erat, in Urbem Hæreticam admitti tam honorificè Apoſtolicum Legatum. Cùm ibi ſit ſancitum, ne poſtquam tenebræ ingruerint, cuivis vel Principi portæ Civitatis aperiantur.

Cùm inſtarent Comitia, & triduo poſt eſſent habenda, ſub conopæo ſedens, in conſeſſu Canonicorum ego parænesim habui; & fuit ea omnium veneratio, ut dicentem audierint aperto capite, nec tametſi rogati ſæpiùs tegere voluerint. In qua ſignificatione obſequii manſerunt, dum eorum nomine Magnus Decanus gratias ageret, ac faceret ſpem electionis optimæ.

Pro ſucceſſu ejuſdem Electionis indixi Moguntiæ publicas preces, ſed & Canonicos, qui numero quatuor ac viceni ſuffragiis jus habebant, induxi, ut in Sacrificio Miſſæ, in quo ego Spiritus Sancti opem eram imploraturus, præmiſſa exomologeſi, ſacram Synaxim ſumerent. Futurum enim ominabar, ut receptus animo Deus, ſecreto conſilio ſuggereret, quemnam præ aliis eligi oporteret. Porrò, etſi hoc viſum omnibus eſt inuſitatum, ac novum; neſcio, conſenſerint promptiùs, an quod ſuaſeram, fuerint exſecuti reverentiùs.

Aliquanto ante ipſam electionem, quoniam perſenſeſam Archiepiſcopum deſignari à plurimis eum, qui erat Epiſcopus VVormatienſis, & Moguntiæ Præpoſitus, eumdem adivi, ac ſum hortatus, ut daret conſenſum de ſe: & quoniam à modeſtia, & à metu oneris imponendi difficiliorem eum reperi, eò impendi efficaciùs perſuaſiones meas, & conſenſum denique impetravi.

Adfuit itaque dies electionis, & dum Canonici in Comitio erant, ego ac duo Cæſarei Oratores in Odæi ſubſelliis ornatis periſtromate ſedimus; donec Magnus Decanus ex conclavi egreſſus, privatim Nobis, ac dein è ſuperiori loco ſemel Latinè, iterùm Germanicè populo nunciavit; Electum, via Spiritus Sancti, Archiepiſcopum Electorem & Principem Moguntinum fuiſſe, Georgium Fredericum, antea ut dixi VVormatiæ Antiſtitem, & Moguntiæ Præpoſitum. Mox Canonici, ita ut erant linteati, cum inſignibus ſuis eum deduxere ad maximum Altare, ac in eo ſedenti obſequium exhibuerunt.

Redeunti ex Ara principe, in Odæo ipſo, ego primus, poſtea Cæſarei Oratores, gratulati ſumus; tum inſcenſis Rhedis (in quarum prima mecum erant iidem Oratores Cæſarei, & in proxima novus Princeps, ac Primores è Clero, in aliis Canonici omnes, ordine ſuo) itum eſt ad Palatium, inter explodentes plaudenteſque tota Urbe milites; cùm Rhedas agmine pedeſtri antecederent Nobiles Aulæ, & ubique populi admurmuratio lætiſſima conſonaret.

In menſa ſummi convivæ eramus ego, atque unus ex Oratoribus Cæſareis: ad latus menſæ hinc Elector, illinc Orator alius aſſederunt, & ponè illos ſeries utrimque Canonicorum, ac nonnullorum Comitum erat: circumſtabant Nobiles Viri, quotquot venerant ad novi Principis electionem; ſed ſtatim à primo miſſu, menſæ ibidem cuncti, ſed ſeorſim, accubuerunt.

Poſtridie ſum auſpicatus electionis proceſſum, & triduo in Commentarios omnia retuli: monitaque dedi inſuper in codice ſcripta novo Principi, quæ ad optimum regimen Eccleſiæ Moguntinæ mihi videbantur poſſe conducere. Habitus verò ſum ab ipſo Electore in Aula ejus tam honorificè, ut potuerim jam tum conjicere, ita prorſus futurum, quemadmodum pollicebatur: cùm diceret mihi abeunti, ſuperaturum ſe Anteceſſores in obſequii ſeveritentia erga S. Sedem.

Etſi autem conabatur me diutiùs retinere, utpote qui affirmabat, videri ſibi Sanctum Petrum in Ædibus eſſe,

dum ego aderam Apoſtolicus Legatus; quanto maturiùs potui, ſolvi Moguntia, & ſecundo Rheno deſcendi Coloniam, eò deductus à Nobili Viro, cum navi, & omni commeatu, ex mandato ejuſdem novi Principis Electoris.

Coloniæ alter Elector Sereniſſimus Ferdinandus Bavarus, in Carthuſia diſſimulato habitu poſtridie ab adventu me convenit; nam ad eum mutui alloquii locum, ex Brula manſione ſuburbana ſponte advenerat. Demum Leodium ſoſpes, inter pericula tamen aliqua, remeavi.

21 Vacaverat Menſe Pontificio Sacerdotium, ſeu Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ Mindenſis, in qua partim Catholici, partim Hæretici erant ii, qui Sacerdotia, ſeu Canonicatus obtinebant: ideò ſuasquique opes, ſuamque augere factionem, ut numero ſuperarent, & ſuæ profeſſionis Epiſcopum ibi demum eligerent. Catholicis Præpoſitus, & Scholaſticus; Decanus Hæreticis præerant; & ad horum partes acceſſerant recenter Filius Regis Dani, Filius Ducis Holſatiæ, ac Filius Ducis Luneburgi.

Catholicos hi ſuperabant potiſſimùm aſtu; cælando nimirum obitum Canonicorum, qui in Menſe Apoſtolico deſiderabantur: ita temporis beneficio malè uſi aliquem ſemper ex propria ſecta ſubrogabant, evoluto menſium trium intervallo; ſi Mindæ poſſeſſio non adiretur interim ab alio, qui Romæ Sacerdotium impetraſſet, nec litteræ Collationis Pontificiæ inſinuarentur.

De ea re Præpoſitus ad me ſcripſit, ut tantæ jacturæ obviam iretur. Suaſit verò; conferrem ego potiùs Canonicatum, qui tunc fortè in Menſæ Apoſtolico vacaverat: alioqui ominabatur futurum, ut ſpatio trimeſtri circumacto, uni è Sectariis conferretur. Contuli ego itaque Sacerdotium Viro Nobili, & Catholico; conſiliumque adprobavit Summus Pontifex; qui & annuit mihi illud etiam petenti, ut diſtribuerem deinceps in Menſe Apoſtolico Sacerdotia earum Eccleſiarum, quæ ſuberant Hæretico Adminiſtratori; ea lege tamen, ut Romæ iterum gratia peteretur.

Res ceſſit ex voto; neque id Mindæ ſolùm egi, ſed Magdeburgi, Halberſtadii, Lubecæ, Hamburgi, Hameliæ: & peculiariter Mindæ, quatuor Viris Catholicis dedi Sacerdotia, ſeu Canonicatus; cùmque obiiſſet in Hæreſi Decanus, uti auctus jam erat numerus Catholicorum, faciliùs tunc per epiſtolam interpretem effeci, ut ea dignitas ad Catholicos rediret. Quocirca feliciter Mindæ factio Canonicorum Hæreſi affecta ſenſim cœpit ſubſidio hujus ſolertiæ debilitari.

22 Joannes Bernardus Fuldenſis Abbas, & S. R. I. Princeps, ſuperans magnitudine animi Anteceſſorum ſuorum pericula, qui perpeſſi exilia, & incommoda ſumma fuerant, ut Fuldenſis Cœnobii celeberrimi reſtituerent antiquam gloriam; atque adeò partim ſponte ſua, partim adhortationibus Urbani Pontificis, Ferdinandi Cæſaris, ac Eleonoræ Auguſtæ inductus, ut aſſereret in priſtinum omnia; primò quandam veluti coloniam Religioſorum, ex Cœnobio S. Galli, Fuldam invitaverat. Etenim Fuldenſis Abbatia, quæ Monachos S. Benedicti ampliùs trecentos olim aluit, vel iis jam carebat, qui Divina in Templo munia poſſent obire. Profectus verò ipſemet ad S. Galli Cœnobium in Rhetiam fuerat, & ibi re communicata cum Antiſtite, qui eſt pariter S. R. I. Princeps, ſeptem Religioſos Profeſſos, ac Tyrones decem, in ſpem familiæ numeroſioris, obtinuerat.

Curavit deinde mihi à Sanctiſſimo injungi Abbatiæ ſuæ Apoſtolicam viſitationem; & cùm Leodio illuc immigraſſem itinere plurium dierum, pro me, ac pro familia ad Mœnum uſque ad Rhedas miſit; navi enim eò aſcenderam; fuitque obvius ad limites propriæ ditionis, cum inſigni Virorum Nobilium comitatu, atque ad ſuburbanum Palatium, quod Nehovium appellant, primùm duxit. Ibi poſtridie ab adventu manſi, dum Viſitatio interim Fuldæ indiceretur; atque hanc Urbem perendie intravi, dum eam perſtrepentibus tympanis, explicatis vexillis, & frequentibus exploſionibus, copioſus miles plauſu ingenti repleret. Augebant autem honorem eruditæ ſalutationes Juvenum Nobilium, præſertim è Seminario Pontificio; etenim hi in choros varios diſtributi, habituque, & omni elegantia conſpicui, ſubinde advenienti gratulabantur.

Inter eos plauſus ad Palatium Abbatis perveni, & paulò poſt cum Legati toga ad Templum contuli me, ubi præ foribus me opperiebatur idem Abbas, ornatus compluviata veſte prædivite, gemmatiſque inſulis, & argenteo lituo; aderantque Decanus, Præpoſiti, & Religioſi omnes.

Vix acceſſeram, cùm Abbas cidarim poſuit, & capite aperto præbuit mihi exoſculandam Crucem: mox & aſpergillum dedit, ut irrorarem circumſtantem populum; denique thuribulo arrepto, mihi ter odorem pium adolevit. Poſt hæc ſub umbella proceſſi ad ſummum Altare, & in eo publicè poſt ſolemnes preces hymnoſque perlitavi. Peracta mox re Divina, in ſecreto conſeſſu, ubi Abbas dumtaxat, Decanus, Præpoſiti, ac Religioſi aderant, juſſi à Scriba recitari litteras Pontificias, & Latinè inſuper dixi, ut eorumdem animos præpararem ad Viſitationem Apoſtolicam; quam poſtridie ſum auſpicatus, ineunte Quintili Menſe, & non niſi eo exeunte demum abſolvi.

Feſtis diebus venere Fuldam integri, ac plures pagi, cum labaris, & inſignibus propriis, ut chriſmate ſacro, etiam in provecta ætate, & ſenio, confirmarentur; adeò fuerat inter eos hujus Sacramenti ſuſcipiendi ſerum conſilium, inter pericula Hæreſis propinquæ; quod vehementer ſum admiratus.

Inter decreta, quæ ſancivi, ut reducerem in Fuldenſem Familiam antiquos mores, hæc potiſſimùm fuere. Stemmata Nobilitatis ſexdecim requirebantur in iis Religioſis, qui erant futuri compotes dignitatum; ſed ea ego redegi ad dimidio pauciora; ac ſuſtuli abuſum, ex quo, cùm nimiùm arctaretur numerus Religioſorum Nobilium, fiebat deinde, ut pauci admodum, nec ii ſæpè optimi, haberent jus ſuffragii, rerumque ſoli potirentur. Abrogavi leges, quæ Præpoſitis dabant facultatem condendi teſtamenta. Ademi eiſdem Præpoſitis deinceps uſum Damaſcenæ, atque holoſericeæ veſtis: prohibuique, ne inter minores Monachos palliatos, & togatos, ipſi candidati, & linteati aſſiderent in Odæo. Ordinavi eorum Comitia, ſeu eſſent electiones habendæ, ſeu communibus calculis deliberationes ineundæ. Proventus Præpoſitorum ita diſtribui, ut pars ipſos alat, cum familia modeſta; pars Templum, atque ædes collapſas reſtauret; pars Monachos ſuſtentet in Præpoſituris; in quibus nimirum, ſi unam exceperim, planè illi deſiderabantur. Quin etiam, gravibus pœnis propoſitis, præſcripſi eis vitæ honeſtatem, quam inter eos utinam laudare potuiſſem.

Cæterùm omnia decretorum capita, numero fermè octoginta, Præpoſitis prælegenda, & conſideranda dederam; & ſuperaveram ipſorum querimonias, detrectantium nonnulla, quæ in decretis caſtigare morum licentiam ſeveriùs videbantur. Tamdem ea per Scribam Monaſterii promulgavi publicè in Templo, ex ipſo Aræ majoris gradu, cùm adeſſem ego in ſolio; aſſiderent Abbas, Decanus, Præpoſiti, & Religioſi; & circumſtaret univerſus populus Fuldenſis.

Receſſi Fulda, cum eadem ſignificatione honoris, & Civitatem omninò hilarem reliqui; nam diu gaudium illud exoptaverat; nempè, ut in Monaſterio Fuldenſi aliquando ſtabiliri formam optimam videret. Abbas ipſe, qui eſt Princeps Imperii, Archicancellarius Auguſtæ, & Primas Ordinis S. Benedicti in Germania, Galliaque, nullam erga me rationem officii, vel obſequii prætermiſerat; nam etiam dum irem ad Sacellum quotidie celebraturus, inter Aſſeclas, qui præcedebant honoris ergo, ipſe aderat ſemper egreſſibus meis. In menſa verò aſſidere aperto capite ſtatuerat, feciſſetque, niſi ego prohibuiſſem. Poſteà tanto cum ardore amplexus eſt Religioſæ vitæ formam illam, quam præſcripſeram, juxta primævum inſtitutum S. Benedicti, ut & Tyrones plurimos tranſcripſerit illicò in Familiam Fuldenſem, & abſque ullo veſtium diſcrimine, ex Principe Monachus, ſupplicationes publicas inter ſuos frequentarit.

Inviſeram etiam Fuldæ Seminarium Pontificium, in quo multi Nobiles Juvenes, ex Apoſtolicæ Sedis ærario aluntur: & quia deprehenderam Bullam erectionis ejuſdem Seminarii antehac nullam fuiſſe, dedi operam, ut Sacra Congregatio de Propaganda Fide illam à Sanctiſſimo impetraret: ſemper verò ſollicitus fui de Juvenum eorumdem profectu in litteris, & Catholica pietate, ne fruſtrà ſit Apoſtolicæ Sedis ea liberalitas; ſed ſanam Religionem, & mores probos in Patriam referant, Hæreſi ſpreta, vel abjurata.

23 Haud ita multò poſt à reditu ex Viſitatione Fuldenſi,

auſpicatus ſum magni Leodienſis Epiſcopatus alteram viſitationem, inſtructus ad eam pariter litteris Pontificiis. Conſilium hoc verò dedit exemptio Cleri tam Primarii, quàm Secundarii; neuter enim ſubeſt Epiſcopi ordinariæ poteſtati; & ideò niſi aliquando inſpectionem habeant Nuncii Apoſtolici, poſſet ſenſim labi diſciplina Eccleſiaſticorum in Civitate, ac Diœceſi, quam haud planè incongruè ab opibus, & à numero Canonicorum appellavit nonnemo Paradiſum Cleri. Viſitationem itaque indixi, & de ea inſuper ad Sereniſſimum Electorem Colonienſem ſcripſi, rogavique, ut quia erat ſimul Leodii Epiſcopus ac Princeps, ſi quæ fortè cuperet emendari, ea ſtatim inſinuaret. Et obſecundavit Serenitas Ejus ab hac parte deſiderio meo.

Deliberata interim die, in qua Viſitationem eram auſpicaturus, ad Ædes meas venere cum Rhedis, ut me honoris cauſa deducerent, Magnus Decanus, & duo Archidiaconi, (quorum alter erat Cancellarius Sereniſſimi Principis) atque alii Canonici Eccleſiæ Primariæ. In veſtibulo ipſo majoris Templi reperi Canonicos cæteros linteatos, cum Cruce, & inſignibus eorum; ibique exceptus ſum à Magno Decano, præbente Iconem Crucifixi, ut eam exoſcularer; & aſpergillum, ut rore aquæ luſtralis alios perfunderem; ac demum offerente odorem pium. Mox ad Aram ivi, & ibi poſt preces, atque hymnos, peregi rem ſacram, poſteàque in conſeſſu Canonicorum, lectis à Scriba litteris Pontificiis, Latinam ad eos paræneſim habui.

Id egi perinde Leodii, tum in ſeptem aliis Collegiis Canonicorum, tum in Religioſorum Cœnobiis; excepto quod Sanctimoniales alius adhortari idiomate Gallico debuerit. In Templis deinde inſpexi Altaria, Venerabilis Euchariſtiæ, & Sacrarum Reliquiarum conditoria; in Cella verò Æditui vaſa ſacra, rem veſtiariam, & utenſilia omnia. Ad hæc ſingulos Canonicos interrogavi ſeorſim: quò ita gnarus eorum, quæ debuiſſent melioraeſſe, certius ubique conſentanea decernerem.

Sunt in Æde Primaria Canonici LX. & percipiunt quotannis Philippicos amplius D. Subſunt eiſdem Canonicis, in ea ipſa Æde Primaria, duo item Collegia minora; & in eorum altero Canonici XIII. in altero XI. cenſentur; præter Sacellanos, ac Vicarios plurimos.

Singula dein è ſeptenis Collegiis Cleri Secundarii ejuſdem Civitatis Leodienſis enumerant Canonicos XXX. qui copioſos proventus annuè percipiunt; hoc eſt, Philippicos CCC. aut non pauciores CC. Singulæ item eorum Eccleſiæ Sacerdotes minores, numero ſatis magno, Phonaſcum, & Cantores ſuos habent, qui non piè modò, ſed ex arte etiam, ac ſuaviter divinas laudes emodulentur.

Quod ſpectat ad Religioſorum Familias, partim in Civitate Leodienſi, partim in Suburbiis ejus, Virorum Abbatias quinque, Sanctimonialium duas viſitavi. Poſt hæc in priori profectione, ad eum tractum, quem alluunt amnea gemini Moſa, & Sabis, adivi Abbatias Virorum quinque, Sanctimonialium unam, præter Collegia Canonicorum ſeptem: in profectione autem poſteriori ad Haſbaniæ, Campiniæ, Condruſii regiones, Abbatias Virorum quinas, Sanctimonialium novenas, præter novena item Canonicorum Collegia, inſpexi: & tamen ſuperfuerunt adhuc alia, ſeu Cleri Collegia, ſeu Religioſorum Cœnobia, quæ ob temporis penuriam adire non potui; ut hinc æſtimare ſit amplitudinem Diœceſeos Leodienſis. Fuit hæc nihilominùs olim multò amplior; nam Epiſcopatus finitimos Namurci, Ruræmundæ, Sylvæ-Ducis, atque Mechliniæ, collatis Parœciis amplius quingentis, magna ex parte auxit, ac ferè dixerim conſtituit: quando Paulus IV. fel. record. rogante Philippo II. Hiſpaniarum Rege, cum incredibili Religionis bono, in Provinciis Belgii, novos eos Epiſcopatus erexit.

Præcipuè in decretis reſtitutus à me honor fuit Venerabili Sacramento Euchariſtiæ; cùm extra Altaria, ut plurimùm, & in locolamentis marmoreis juxta parietem ſitis, attineretur; & cùm ei paſſim deeſſent lychni periores, atque ante ipſum interdiu, noctuque juge lumen deſideraretur. Juſſi etiam lipſanothecas innovari, cuſtodirique eas in armariis idoneis, ne ex humiditate, aut ſitu putreſcerent. Suſtuli inſuper alicubi ſacras pyxides, & Sacrificii vaſa è ſtanno; Altarium verò nuditatem prohibens, tegi ea inſtructu decenti, & ternis lineis mappis præparari ad Sacrificium juſſi; atque ardere in eis, dum litaretur; cereas binas faces præcepi.

Canonicis eſt à me impoſita neceſſitas, ut ex Sacri Concilii Tridentini præſcripto, ad menſes conſtitutos reſideant, & ut tempore præfinito perſtent in Odæo; nam hoc intrare, ac ſtatim abire, dum una ex majoribus Horis caneretur, judicabant abundè videri poſſe, ut cenſerentur eo die reſidere. Imò in Oppido tantùm eſſe, rebantur alicubi ſufficere ad reſidendum; tametſi Eccleſiam, vel Odæum reipſa non frequentarent. Ad hæc induxi uſum quotidianarum diſtributionum; pacta item ac ſordes, in diſtribuendis honoribus, denuò interdixi; in eoſque omnes animadverti, qui ſe ac Ordinem Cleri, vel impudicitia, vel vino & crapula polluerant.

Inter Religioſos dedi operam in primis, ut qui compotes libertatis eſſe non debent, iidem ſimul ſint extra ſervitutem, mediamque, hoc eſt auream Filiorum ſubjectionem experiantur. Etenim qui eis præſunt, cùm ſint perpetui in munere gubernandi, Dominum plerumque, quàm Præſulem, & Parentem agebant; cùmque ipſi viverent lautè ac ſuaviter, ſuos Religioſos arctè contentèque habebant: ægris verò atque effectis cibos communes ac vulgares apponi, non patiebantur modò, ſed interdum etiam jubebant.

Pro Sanctimonialibus, Cœnobii ſepta cuſtodiri, ea ſaltem lege juſſi, ut aditus ad eas, vel dum ſanæ ſunt, vel dum oblangueſcunt, ne Parentibus quidem aut Conſanguineis pateat. Præfinivi numerum earum, quas admitti abſque dote oporteat; atque inſuper vetui, ne quando juniores aut veſtiuntur, aut emittunt Profeſſionis vota, ſint in communi epulo cum Laicis; item ne Fidicines & Symphoniaci perſtrepant in conviviis earum; neve tum ipſæ, tum convivæ alii choreas ducant: quod fiebat antea in tridui convivio, haud ſine periculo videlicet, ne dum leviter micarent pedibus, graviter, quod ad honeſtatem pertinet, laberentur.

Cæterùm dum circumitem obeundo Apoſtolicam Viſitationem, rogatus à Sereniſſimo Epiſcopo ac Principe Leodienſi (quoniam adeſſent conſuetæ feriæ quatuor temporum) initiavi plurimos Ordinibus ſacris; adultos verò utriuſque ſexus frequentiſſimè inunxi Chriſmate ſacro, & ad multas quidem myriades in toto Epiſcopatu magno Leodienſi. Id etiam egi potiſſimùm Aquiſgrani, toto fermè triduo; cùm eò conceſſiſſem, ut novum Templum Collegii Societatis JESU ſolemni ritu inaugurarem.

Sed ibi ea occaſione, ad ſacrum Eccleſiæ primariæ Senatum, paræneſim Latinam habui; & ſum hortatus ad Cleri mores laudatiſſimos profeſſione conſtanti retinendos; in Urbe nimirum, intrà cujus mœnia ſimul Hæretici degunt, qui uti Catholicos quoſque averſantur, ita vehementiùs carpunt, remordent, & criminantur vitam Eccleſiaſticorum.

24 Sereniſſimus VVolfgangus Gulielmus Bavarus, Comes Palatinus, & Dux Neoburgi, Hæreſque Joannis Gulielmi, Ducis Cliviæ Juliæ ac Montium, quoniam has ditiones, auxilio Hiſpanorum, ex æquo fermè obtinet, cum Marchione Brandenburgico S. R. I. Electore, nam is Hæredem ſe perinde fecit vi & armis Batavorum; Dux, inquam, Neoburgi Eccleſias duas Oppidi Veſalienſis, poſt pacta Paſſavienſia, Catholicis ereptas, praviſque ritibus Hæreticorum diù contaminatas, receperat me hortante, ac monente, atque eas Ordini Præmonſtratenſium reſtituerat. Ideò Hæretici, utpote qui Veſaliæ nihil violenter tentare auderent, in qua nimirum Urbe ſtatio ad Rhenum opportuniſſima militum Hiſpanorum erat, Eccleſias Catholicorum Embricæ, ac Reſæ occuparunt; cùm in iis Oppidis Batavi præſidiarii, pro Marchione Brandeburgico S. R. I. Septemviro, rerum potirentur.

Tunc exorti gemitus ſunt, & graves querimoniæ in primis Eccleſiaſticorum, ob jacturam inenarrabilem octo Eccleſiarum, in quibus neque opes, neque cultus, neque Clerus deſiderabantur; & quarum comparatione haud videbantur lucro apponi poſſe receptæ aliæ duæ in Veſaliæ Oppido Eccleſiæ, utpote orbæ, nudæque ab omni eo cultu atque ſplendore Reſenſium, ac Embricenſium octo Eccleſiarum. Quocirca tum Archiepiſcopus & Elector Colonienſis, in cujus Archidiœceſi ſunt ditiones Juliæ Cliviæ ac Montium, tum Ferdinandus Imperator, ſati haud emendas fuiſſe tanti Eccleſias illas Veſalienſes, in rem tore arbitrati ſunt, ut eædem Eccleſiæ duæ Veſalienſes reſtituerentur Hæreticis: ſiquidem ii reſtituere viciſſim octo Eccleſias alias Reſenſes & Embricenſes planè ſtatuerant.

Con-

Conſuluerunt me illicò Dux Neoburgi, & Decanus Reſenſis, qui à Clero Cliviæ ad me Leodium venerat. Suaſi verò, ut Summi Pontificis oraculum, & Sacræ Congregationis ſententia expectaretur: ſed & inſinuavi, credere me, haud poſſe reſponſum aliud expectari ex Urbe, quàm ut retinerentur Eccleſiæ Veſalienſes. Nec enim hæ, abſque gravis noxæ piaculo, proſtitui rurſus poterant damnatis Hæreticorum ritibus, tametſi ſpes foret octo alias Eccleſias recuperandi; cùm non ſint facienda mala, ut eveniant bona.

(*a*) Porrò in hac me ſententia confirmarunt exempla, tum Divi Athanaſii, cui laudi magnæ tribuitur, quòd Conſtantium Imperatorem Arianum, ejuſque petitionem eluſerit, dum is Arianæ ſectæ concedi Eccleſiam ritus Catholici peroptaret; tum S. Joannis Papæ & Martyris, qui à Theodorico Ariano Rege coactus legationem ſuſcipere ad Juſtinum Imperatorem Conſtantinopolitanum, etſi alter minabatur ſe Catholicis erepturum omnia Templa in Occidente, niſi Templa in Oriente Arianis erepta reſtitui eiſdem curaret; adeò non eſt permotus iis minis, ut nova potiùs Templa Arianis rurſus erepta inauguraverit ritu Catholico. Quam ob cauſam Ravennæ carcerem, & in ejus pædore illuſtrem obitum deinde perpeſſus eſt.

Nec videbatur mihi diſſimile illud, quod videlicet S. Gregorius Magnus (poſtquam Epiſcopum Panormitanum redarguerat, quoniam Synagogam Judæis ademiſſet, ut initiaret eam ritibus ſacris) maluerit Judæis pretium repræſentari, ut Synagogam novam extruerent, quàm eis veterem reddi: *quia*, inquit, *quod ſemel conſecratum eſt, Judæis ultra non valet reſtitui*.

Poſtmodum eadem reipſa fuit mens Summi Pontificis, ac Sacræ Congregationis: ideòque Ducem Neoburgi ſum adhortatus, acquieſceret deliberationi, patereturque Veſalienſes Eccleſias à Præmonſtratenſium Ordine retineri.

Haud fuit tamen diutina earum poſſeſſio; quia in ejus anni extrema æſtate, Batavi Veſaliam in poteſtate habuerunt, cum ingenti præda. Nam ibi opes, & impedimenta, atque annonam exercitus gemini, alter Hiſpani Regis, alter Ferdinandi Cæſaris depoſuerant; quando Velaviam ingreſſi, hoſtium regionem univerſam, patefacto eo aditu, exterruerunt, ea ſaltem armorum diverſione Sylvam-Ducis, quarto jam menſe à Batavis obſeſſam, liberaturi. Neque ii conatus ſucceſſu caruiſſent, niſi cadens Veſalia, munitiſſimam eam alteram Urbem, ſua involviſſet ruina; & niſi Catholici ambo exercitus, obluem & famem ingraveſcentem, à cœptis tam glorioſis ceſſare, in ipſo limine victoriæ, debuiſſent.

25 In eadem æſtate obierat Georgius Fridericus Archiepiſcopus, & Elector Moguntinus, ac ſimul Eccleſiæ Vvormatienſis Antiſtes, Vir ſummæ integritatis, ejuſque laudis in œconomia, ut ſuum ab alieno ære Principatum non mediocriter, ſolo ſpatio triennii, liberaverit, etiamſi familiam copioſam aleret, annuaque ſtipendia exercitui Conſœderationis Catholicæ liberaliter ſuppeditaret. Moguntiam itaque ſum profectus, ſextoque itineris die ad Rhenum veni; cùm æſtas eo anno, præter morem regionis Septentrionariæ, ferveret maximè, nec hoſpitia conſentanea invenirentur. Bingæ exceptus nomine Magni Decani Moguntini, navigio indidem aſcendi adverſo Rheno Moguntiam. Ubi cùm eodem honore admiſſus, ac tractatus fuerim, quemadmodum & altera vice, nihil habeo peculiare admodum, quod memorem; niſi Vienna eo veniſſe in equis prædiſpoſitis Comitem Schuvarzemberg Equitem Velleris aurei, & Oratorem Cæſareum; me verò perinde, atque anteà egeram, Canonicos fuiſſe adhortatum, ut in ſuffragiis ferendis conſcientiæ, non affectui, aut neceſſitudini cuivis alteri, ſervirent.

Electus autem eſt Anſelmus Caſimirus à Vvambolt, de quo erat expectatio magna: cùm eloquens Vir in Germanico idiomate haberetur, & functus aliquoties legationibus, negotia publica prudenter, ac feliciter confeciſſet. Fuit autem notabile, hunc Anſelmum Caſimirum, & binos Anteceſſores ejus Georgium Fridericum, ac Joannem Suvicardum ex Collegio Germanico, quod fundavit Romæ Gregorius XIII. prodiiſſe, ac meruiſſe primam inter S. R. I. Proceres dignitatem.

Dedi eo tempore pariter ad Decanum, & Canonicos Eccleſiæ Vvormatienſis, epiſtolas adhortatorias, ut quia

Urſaye Miſcellaneum.

(*a*) *Baron. tom. 3. ad An. Chr. 349. Sozom. l. 3. c. 1. Socrates l. 2. c. 18. Theod. l. 2. c. 12. Bar. tom. 7. An. Chr. 525. & 526.*

Antiſtes eorum etiam deſiderabatur, eligerent Succeſſorem idoneum; fuitque ibi electus Georgius Antonius à Rodenſtein Sacerdos, & Vir vitæ Ordini ſacro admodum conſentaneæ. Induci à me tamen debuit, ut daret conſenſum de ſe, ſuſciperetque regimen Eccleſiæ; quam utique finitimi Principes Hæretici, & præcipuè Comes Palatinus, violentia & populatione aſſidua exhauſerant, & reliquerant ferè ſine omni dote.

26 Moguntia Leodium repetens flexi Heinsbergam, Oppidum Ditionis Juliacenſis, ut viſitarem ibi Parthenium Cœnobium Ordinis S. Nortberti, auctoritate Apoſtolica, quam peculiares litteræ Pontificiæ mihi contulerant; & ut ad Inſtituti primævi normam Sodalitium illud Sanctimonialium Nobilium reducerem. Inſpectione habita, & ſancitis legibus, quæ in rem fore mihi videbantur, pro afferenda diſciplina ſolùm juxta præſentem earum ſtatum; quoniam ſatis gnarus eram, in Sacro Rotæ Romanæ Tribunali agitari cauſam Cœnobiorum Lotharingiæ, ejuſdem Ordinis S. Nortberti, aſpirantium ad inſtituti primævi laudem: exiſtimavi poſſe magis Heinsbergenſi familiæ conducere, ut expectaret, donec aliquid Romæ decerneretur; atque ideò ad Summum Pontificem de eo in primis puncto eſſe referendum, cenſui.

Quò dein in tranquillo eſſet Monaſterium, cavi, ne aut ipſa Præſes, aut Sanctimoniales, quæ cum ea incenſæ fuerant ſtudio veteris diſciplinæ, quidquam incommodi paterentur. Nihilominùs Abbas Kneckſtedenſis, cui Monaſterium ſubeſt, ac ſimul Heinsbergenſis Præpoſitus acerbè, in Præſidem præcipuè, invehi ac proſcindere publicè famam ejus veriti non fuerunt. Sed & de illa exauctoranda, poſt abitum meum egerunt: etſi promulgationi decretorum meorum interfuerant ambo, & adprobaverant omnia.

Ut id autem fieret magis ex eorum ſententia, & conſilium initum tegeretur, devocarunt ex Flandriæ Provincia Ninovienſem Abbatem; qui uſus poteſtate Generalis Viſitatoris, confictiſque in Præſidem calumniis fidem præſtans, in ordinem redigeret ipſam; & alias Sanctimoniales, quotquot ei morem geſſerant, exagitaret. Ego, re comperta, monui aliquoties, ut quæ iniquiùs ſtatuerat Viſitator, ea revocarentur: cùmque irrita eſſent ea monita, miſi Heinsbergam Apoſtolicos Commiſſarios, qui acta Ninovienſis Abbatis reſcinderent, atque Antiſtitæ honorem priſtinum reſtituerent. Kneckſtedenſis Abbas, Heinsbergenſis Præpoſitus, & Sanctimoniales aliquæ rebelles obtemperare nihilominus recuſarunt. Quocirca imploravi brachium ſæculare Sereniſſimi Ducis Neoburgici, quo cum antea de eo negotio affatim egeram; coegique, ut demum deliberationi meæ obſequerentur.

Res nova, & inuſitata ea viſa eſt in ditione Juliacenſi: nam ex quo ibi Hæreſis graſſari cœpit, nullus Apoſtolicus Legatus, nedum Ordinarius Epiſcopus, pro poteſtate ibidem egerat, aut viſitaverat, aut juriſdictionem exercuerat, abſque Principis, ejuſve Curiæ permiſſione, aut abſque Collega Viſitationis, quem Princeps auctoritate ſua conſtitueret ex Clero propriæ ditionis.

Cùm hæc jam eſſent ibi conſtituta, Monachi rogarunt Principum Maximorum patrocinia; & quia tentaverant fruſtra Sereniſſimum Electorem Colonienſem, ac ipſum Sereniſſimum Neoburgi, Juliæ, Cliviæ, ac Montium Ducem; ſaltem eos in ſuas partes adduxerunt, qui aberant longiùs, & ad quos rei geſtæ fama nondum pervaſerat. Quippe Abbas Ninovienſis, quem etſi alienæ Provinciæ in jus vocaveram, uti obnoxium Apoſtolico Tribunali meo, propter locum in quo deliquerat, à Sereniſſima Belgii Principe; Abbas verò Kneckſtedenſis à Ferdinando Cæſare litteras pro ſe obtinuerunt.

Sed reſcripſi, ad iniquæ cauſæ tutelam immeritò patrocinium ipſorum implorari; ac re, uti erat, expoſita, ſuaſi rogavique, Sedi Apoſtolicæ integrum relinquerent, ut corriperet Viros, à quibus obedientiæ, quàm contumaciæ expectari exemplum debuiſſet, dummodo Religioſi ſui Ordinis, ſuique Sacramenti memores eſſent.

Romæ inſuper, ac in Rotæ Sacro Tribunali denarrantes falſa, impetrarunt inhibitionem: quam tamen induci ac tolli, æquitate comperta, poſtmodum Emin. Veſtra juſſit. Demùm Abbas Kneckſtedenſis metu cenſurarum perculſus, quas interminatus fueram, in ultimo præſertim decreto, paruit, atque Antiſtitam reſtituit quidem, ſed ſpecie tenus, uti ajunt; compotem videlicet honoris, ac ſeſſioni potiùs, quàm priſtinæ in Sanctimoniales

auctoritatis: cùm ei coactus dumtaxat munia Præſidis permittere denuò videatur.

27 Intulerant Leodienſi agro ad initia Sylvæ Ducis obſeſſæ, ac poſt eam deditam, Legiones Hiſpani Regis, damna ſatis gravia; nec in Oppida, & pagos tantùm, ſed intraverant etiam in Suburbia Civitatis, tametſi ea latè ad unius leucæ ſpatium immunitatem habeant. Idcircò in foro, & per compita fremere Populus, & queri: quòd invaderent videlicet regionem amicam; frumentum, pecuniam imperarent, ac Batavos quodammodo allicerent ad injurias eaſdem.

Tum verò accidit, ut nonnulli ex irata plebe, conſpicati Regios milites neſcio quos, ſciſcitati ab eis fuerint, & cur nam adirent ipſam jam Urbem, poſt crebras foris populationes? Illi falsò ac temerè; Nos Leodium, inquiunt, Magnus Præpoſitus accerſivit. Quæ vox illicò fidem invenit; & plebs agmine facto in Templum ſe proripiens, ex loco habendi Senatus Canonicorum, nempe poſt ejuſdem Templi Aram maximam, nihil reverita ibi Auguſtale Divinitatis, ipſum magnum Præpoſitum, ita ut erat linteatus, & cum inſignibus propriæ dignitatis, violenter in cuſtodiam traxit. Etſi verò in veſtibulo Templi alter Conſulum interceſſit; ſedare tamen eum immanem æſtum undantis populi nunquam potuit.

Ego facinus, & ſacrilegium vix audieram; cùm Rhedam momento eodem inſcendi, ut ad forum irem; & quia Conſulem fortè obvium habui, queſtus ſum injuriam tam gravem Viro primæ dignitatis, Sereniſſimo Principi, Eccleſiæ, ac Deo irrogatam; atque adeò profeſſus ſum, eo me conſilio venire, ut à poteſtate plebis Præpoſitum eriperem.

Conſul primò abominari factum; dein rogare impensè, ac dehortari ab ingreſſu fori; dixitque metuere ſe, quoniam ingenium populi noverat, ne in ipſo complexu meo Præpoſitum diſcerperet, ſi è cuſtodia tunc educeretur. Cæterùm fore conſultius rebatur, id aliquantulum differre, donec furor plebis ſpatio remitteret, aut ex foro abirent multi, qui præ aliis ſæviebant.

Liberationem ideò in horas pomeridianas decrevi, & Conſulem ſum hortatus, ut interea primarios perturbatores quà perſuaſionibus, quà minis retraheret ab injuria. Proinde ſecuriùs potui ſub veſperam Præpoſitum ex Urbis prætorio ducere ad Ædes meas. Ubi triduum fuit, & ego intervallo eo temporis dedi operam, ut plebis facinus, ſicut Eccleſiæ cenſuris erat damnatum, ita publico Senatus Conſulto damnaretur; atque adeò effeci, ut Conſules, excuſata ignominia carceris & violentiæ, cui coercendæ pares non fuerant, ipſum Præpoſitum in Rheda mecum ad lares proprios, palàm & claro adhuc die, comitarentur.

28 Hæc eadem Civitas Leodienſis, partim ex ſuperiorum Cæſarum privilegiis, atque immunitatibus, partim ex Reipublicæ formâ, quam Ordines tres, Cleri, Nobilitatis, & Plebis, conſtituunt, ita eſt ſubjecta Epiſcopo, ut nec ſine Principe, nec ſine libertate omnino eſſe videatur. Ideò tum anteactis temporibus, tum iis annis, quibus manſi ego Leodii, edidit ferè omnia ea exempla, quæ ſimiles aliæ perturbatæ Reſpublicæ olim ediderunt.

Nimirum aliquando vis eſt illata Comitiis ritè habitis; & juſſi ſunt ſtatim ex albo eradi, ac Magiſtratu abire novi Conſules; coacti verò Trigintaduumviri ſubrogare alios, quos plebs deſignarat: dum arderet interea forum, & è ſtationibus ſuis motæ Tribus jam arma expedirent.

Peculiariter ad Senatorias Ædes convenerant ampliùs ſexcenti, ſtrictis gladiis, ſclopiſque apprehenſis, atque ad cædem inclinatis: & hi veſtibulum, primamque Aulam impleverant horrore, atque ultima formidine; nec tumultus quievit, niſi poſtquam Magnus Decanus è ſecreto conclavi, ubi ordinandis Comitiis præfuerat, egreſſus, plebi Conſules, quos petebat, ex ſuffragio Triginta-duumvirali conceſſit.

Eam vim, eumque tumultum anteceſſerat publica illo die in Urbe Leodienſi trepidatio: nam Templa ipſa, nedum privatæ Civium ædes, armis defendi cœperant; atque hunc metum in primis aluerant crebræ quorumdam facinoroſorum hominum voces, quibus otium & egeſtas, auctores idonei ad perſuadendum nefas, tantum audaciæ miniſtrabant, ut paſſim ſererent, haud ferendum videri in una Civitate, *aliquos ab omnium rerum copia*

ſemper beatos, alios ab omnium rerum inopia ſemper infelices vivere.

Proinde theſauros, horrea & penuaria divitum adeunda, & bona eorum dividenda ex æquo ſtatuerant: & metuendum fuit poſtea, ne in tumultu, qui exortus in foro eſt, Civitatem, tum maximè opportunam injuriæ, cædibus ac latrociniis miſcerent. Suaſerant multi, ut ego perindè Ædium mearum fores occluderem, eaſque armis cuſtodirem: cùm id in domibus privatis, ut dixi, & in Templis egiſſent omnes. Sed ſatius duxi, populi ſtudio, atque obſequio erga Apoſtolicam Sedem fidere, & plus præſidii in ejus amore, quàm in armis, ponere.

Intereà Sereniſſimus Princeps vim illam Comitiorum non tulit, ſed præcepit, ne Tribunalia ſupremæ ſuæ poteſtatis, uti legitimum, agnoſcerent Magiſtratum, quem plebs ita violenter creaverat. Ut verò id fieret de Imperatoris etiam ſententia, tres Commiſſarios Cæſareos Vienna obtinuit. Sed hi cum formidine magna Urbem intrarunt, ac ſemper publico abſtinuerunt. Demùm clauſis valvis Palatii, in ejus periſtilio exauctorationem Conſulum promulgarunt, & in Rheda velis adductis, quàm ſecretiſſimò abiverunt. Et tum crevit magnoperè plebis audacia, quam alioqui frangere ſola eorum auctoritas potuiſſet.

Cùm ita Leodii ageretur, auctor aliquoties Sereniſſimo Principi per litteras fueram, ut coram adeſſet, & auctoritate ſua hanc adeò perturbatam Rempublicam ordinaret. Quia verò adjeceram, onerari graviter conſcientiam ejus, niſi præſens tot graviſſimis incommodis mederetur; mihi ſpem quidem adventus ſui fecit, cùm id præſertim omnium Ordinum ſuſpiria flagitarent: ſed præcedere maluerat Cæſaris Commiſſarios. At quoniam horum opera ſucceſſu caruerat, dum interim Princeps expectabatur, aliquoties Cancellarium, & Conſiliarios Serenitatis ejus, ſimul & Magiſtratum, ac Viros Conſulares in Ædibus meis ad conſultandum quid facto opus, nec ſanè inutiliter, habui: donec Princeps deliberata profectione ex Rheno ad Moſam venit.

At Viſeti in Oppido propinquo hæſit, exiſtimans inferius dignitate ſua eſſe, ſi Urbem intraret, & Conſules cum vitio, & violentia electi priùs Magiſtratu non abirent; præſertim quia ab ſe primùm, deinde à Cæſare fuerant exauctorati.

Contra illi ponere honorem recuſarunt; nam ipſis Conſularis dignitas, & auctoritas publica inſtar munimenti erat; ne obnoxii pœnæ, ac vindictæ in re privata redderentur.

Tunc Sereniſſimo Electori, & ab iis qui aures ejus occupaverant, & à Sereniſſima Belgii Principe litteris ad eum datis, cœpta eſt fieri perſuaſio, ab ipſo adiri par honoris, ac vitæ diſcrimen, ſi plebi crederet ſe, quæ non ita pridem barbarè honeſtum Civem trucidaverat, atque intermortuum adhuc, per ſanguinem ac lutum, ex cædis loco raptaverat ad forum uſque. Eum verò utrumque pavorem mecum non diſſimulavit; dum Viſeti eum ſalutarem; & dum uti ſuaſor fueram, ad Civitatem veniret, ita conabar ſuadere etiam, ut ad eam demum perveniret. Auxerant præterea metum Commiſſarii Cæſaris, eorumque diſceſſus fugæ, quàm profectioni, ſimilior.

Fuiſſet opportunior tamen maſcula deliberatio adeundæ Urbis: uti apparuit cùm demum Leodium non tutus modò, ſed propemodum ſecurus advenit; etſi plebs intereà quædam longè adhuc triſtiora patraverat.

Nempè Viſeto Huum conceſſerat Sereniſſimus Princeps, indixeratque ibi Comitia Principatus: dum autem ea frequentarentur, Leodii confectus curis, & morbis diem vitæ poſtremum obierat alter Conſulum, Vir ingenio acri, & plebi ſupra modum, ſed ſoli charus. Superſtes alius Conſul, qui etiam ipſe auram plebis univerſam hauſit, Collegam habuerat Virum Nobilem, & Comitem tantæ probitatis, ut omnium Ordinum ſtudia, favoremque illicò ſibi promeruerit. Hujus nihilominùs electio à Sereniſſimo Principe graviùs accipiebatur; dumtaxat quia cum ipſo antiquus Conſul manſerat in Magiſtratu. Sed ecce cùm inciperent fluere omnia tranquilliùs, turbo vehemens exortus eſt, qui fœdam in populo rurſus excitavit tempeſtatem.

Alter enim è ſecundariis Prætoribus, Civem promptum lingua, & manu juſſerat abſtinere ſe à jurgio contra Principis Miniſtros, & ſclopum tradere, quem dixerat ab ſe circumferri adverſus Proditores Patriæ. Cum

verò

verò dicto audiens non eſſet, nec impacta in vultum alapa ceſſaret, ſed creſceret imò audacia ejus, adeò ut ignitabulum ſclopi circumagens, trajicere Prætorem meditaretur; trajectus à Satellite Prætoris, & proſtratus fuit.

Tum verò, quaſi per compita Urbis claſſicum audiretur, ſucclamarunt multi, perimi bonos Cives, nec debere facinus tolerari: quocirca dum eum Prætorem armati quærunt ad necem, alterum Prætorem Collegam illius fortè obvium ictu ſclopi conſauciarunt; domos utriuſque diripuerunt; & quod fuit execrabilius, ivere ad Magni Decani ædes, atque adeò quia is maximè partes Sereniſſimi Principis defenderat, præter latrocinia, injuriaſque in domum ipſam (cujus vitra ſpecularia omnia perfregerunt, & conclavia ſpoliarunt) eumdem, ita ut erat in familiari habitu, cum gladiis, ſecuribus, malleis, & ſclopis circumvenerunt, oneratumque probris, nec omninò intactum, extra limen traxerunt.

Cùm verò ad forum ita violenter eum ducerent, admotis corpori gladiis aliquoties, coegerunt Virum generis claritate, gravitate morum, canitie, & Cleri prima dignitate venerabilem, ut deſcenderet in humiles preces, ac vitam perrogaret. Nec fortaſſe ſuperſtes furori fuiſſet, niſi Conſules adveniſſent tempori, & qua perſuaſionibus, qua minis receptum in ſuam fidem, ad proprias eum ædes reduxiſſent.

Atque has recentes tragœdias tantùm non ſpectavit Sereniſſimus Princeps; deditque nihilominus publicam plebi veniam: cùm paulò poſt Huo tamdem Leodium venit. Nec porrò veniſſet (quippè qui deliberata ad Rhenum, & in Germaniam reverſione, ſtatuerat omninò declinare conſpectum Civitatis adeò perturbatæ) niſi Huum ego reverſus, ore tenus, & ſcripto aliud conſilium Serenitati ejus dediſſem.

Verùm ea indulgentia, quam dumtaxat aliqui, & mali optaverant, nulli metuerant, viſa fuit prudentioribus, & bonis poſſe dumtaxat efficere, ut diu ægra Civitas potiùs quieſceret paululum, quàm ſeriò, & admodum ſanaretur.

29 Statuerat Summus Pontifex ſupprimere cœtus Virginum quarumdam, legibus communibus ſociatarum, Jeſuitiſſæ appellans in Bulla 142. Urbani VIII. quæ immigraverant in Belgium, Germaniam, atque Italiam ex Britanniæ Regno; plurimæque ita in unis ædibus conſueverant morari, ut eis Generalis Antiſtita, Præſides Provinciales, ac Rectrices præeſſent: nec ſepta domicilii tamen clauſa, uti aliæ piæ familiæ mulierum, cuſtodirent. Imò mutarent ſedem, adirent regiones varias, atque ubique puellas in pietate ſimul, & in quovis muliebri opificio inſtituerent.

Cæterùm profeſſionis vota emittere; ſigno æris campani interdiu noctuque ad preces, ad ſacrum, ad opificia domeſtica, ad cibum, ad ſomnum vocari; ſepeliri communi tumulo; legatis piis juvari, ornarique ſimili habitu ſolebant.

Cùm alia tamen infirmi ſexus earum ſodalitia, nuſquam ſatis defenſa honeſtate habitent, niſi in clauſtris perpetuis earumdem pudicitia inſtar theſauri ſervetur; peculiariter verò cùm Urbes, atque Provincias adire, interdum in ætatis, ac formæ flore, periculoſum in primis judicetur. Ideò de inſtituto ejuſmodi ſupprimendo Sacra Congregatio decretum tulerat, quod ego ipſis Leodii, Treviris, & Coloniæ, nec enim alibi erant intra fines legationis meæ, ſtatim inſinuavi.

Spatium rogarunt illæ ad deliberandum, ac ſpem ſimul fecerunt fore, ut decreto eidem obtemperarent. Intereà Generali Antiſtitæ, quæ Monachii in Bavaria tunc erat, rem aperuerunt; eaque Venefridam Campianam Viſitatricem ad ipſas illicò deſtinavit. Hæc itaque Sodales ſuas Trevirenſes, Colonienſes, ac Leodienſes induxit in conſilia prorſus aliena, & temeraria. nempè ut crederent, nec decreto Sacræ Congregationis, nec mandatis meis obtemperandum eſſe, quaſi perperam adverſus eas emanaſſent. Contra exiſtimarent, habendam rationem potiùs ſacramenti, quo ſeſe Antiſtitæ Generali obſtrinxerant; & hujus juſſa urgere ſanctius, ac religioſius, quàm quæ juberet Apoſtolicus Nuncius.

Hæc ubi ad me perlata fuerunt, adivi earum domicilium, ut Viſitatrici mentem ſaniorem offerrem, eamdemque monita conſpernantem, ritè interrogandam cenſui. Quæcumque verò ipſa, & aliæ pertinaces Virgines minùs conſentanea ſentirent, enuntiarentque; ea retuli in commentarios, atque ad Urbem miſi Franciſco Ingoli, qui à ſecretis eſt Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, & qui prius ad me decretum antemiſerat. Aliquas tamen diſpoſui, ut parerent, & habitum perinde, ac mores mutarent; eæque reverterunt in Patriam, aut ſaltem ex aliarum contubernio emigrarunt.

Sacræ Congregationi ad hæc ſuggeſſi, potiſſimùm tria videri neceſſaria, ut decretum ſuppreſſionis earum certò exitum haberet. Nempè ut illud ad omnes hujus inſtituti Virgines pertineret; ne ſi adigerem ego abire illas, quæ intra fines erant meæ legationis, exciperent contra, & quererentur tolerari alias Monachii, Viennæ, Neapoli, Peruſiæ, ac Romæ etiam in ipſo Summi Pontificis conſpectu: nam in his quoque Urbibus manſionem, aut domicilium fundarant. Deinde, ut Generalis Antiſtita, uti auctor inobedientiæ, in cuſtodia idonea coerceretur. Demùm, ut Summi Pontificis Conſtitutio Apoſtolica promulgaretur, in qua penitùs earum inſtitutum abrogaretur. Secùs enim illæ ſpem habebant fore, ut ſuccedente alio Pontifice, Sacræ Congregationis decretum eluderent, niſi Bulla ſuppreſſionis perpetuæ ederetur.

Conſilia hæc probavit Sacra Congregatio de Propaganda Fide; tulitque nova decreta, ut eæ Virgines ubique ab inſtituto ejuſmodi ceſſarent. Quia verò Venefrida Campiana, & Sodales ejus enunciaverant quædam, ab Hæreſi haud magnoperè aliena, uti ex commentariis à me tranſmiſſis apparebat, ideò ad Tribunal Sacræ Inquiſitionis res earum demum venit: tam eſt periculoſum in fœminis, ultra captum ingenii muliebris eas aliquid ſcire.

Reſcripſit prætereà Franciſcus Ingoli ea, quæ in commentarios retulerам, & quæ ſuggeſſeram, opportuna fuiſſe admodum, & utrique Sacræ Congregationi fundamentum dediſſe, ad ſumendas conſentaneas deliberationes, pro inſtituti earum ſuppreſſione perpetua.

Non ita multò poſt Eminentiſſimus Cardinalis S. Honufrii injunxit mihi, ut tam Generalem Antiſtitam, quàm Viſitatricem capi, haberique in cuſtodia curarem; ſed ita ut neutri de alterius carcere anteaquicquam indicaretur. Parui, & illam Monachii, hanc Leodii eodem tempore juſſi apprehendi; nec ibi Sereniſſimus Maximilianus, aut hìc Leodii Populus id ullatenus impediverunt.

Sereniſſimus Maximilianus tamen, & alii primariæ notæ, amplis eas Virgines ſtudiis proſequebantur: Leodienſis populus autem erat tunc maximè ſuæ immunitatis retinentiſſimus. Ut mirum proinde fuerit, ſucceſſiſſe id admodum tranquillè, eo nimirum tempore, quo è ſeditioſis aliqui adhuc audacia inſtructi, nec venia Principis mitigati, uti nova moliebantur quotidie, ita non ferebant, Viſitatricem invitam è domo extrahi; quæ domus immunitatem habebat & Civitatis, & Cleri: nam erat ex ædibus Clauſtralibus, quas vocant, unius Collegii Canonicorum. Sed amor populi erga me, & ea perſuaſio, quod nihil præter æquum & fas decernerem, ſucceſſum quem ſperaveram meis hiſce conatibus dederunt.

Miſit poſtremò Leodium ad me Bullam, quæ eſt la 142. inter illas Urban. VIII. perpetuæ ſuppreſſionis earum Eminentiſſimus Cardinalis S. Honufrii, in qua Sanctiſſimo D.N. placuit nomen meum inſerere: & ea Bulla fuit remedium quàm opportunum: quia ſtatim ab illius promulgatione Virginum earumdem vaneſcere, atque ſolvi pſeudoſocietas cœpit; & ad lares proprios, aut certè ad laicum vitæ ſtatum omnes remearunt.

30 VVolſgangus Gulielmus Bavarus, Comes Palatinus, & Neoburgi, Juliæ, Cliviæ, Montium Dux, viduatus ſorore Maximiliani Bavari Electoris conjuge ſua, nec inſtructus liberis præter unigenitum, ad fundandam pro amplis ſuis ditionibus Catholicam poſteritatem, ſpecie alia negotiorum cum Marchione Spinola Mediolani Moderatore, & copiarum Hiſpani Regis Præfecto Supremo, in regionem Subalpinam iverat, quæſieratque novam conjugem ex proſapia Ducis Allobrogum.

Sed fruſtra tum inde, tum ex Germania poſtmodum nuptias idoneas ſperavit; fortaſſe quia ei nuptum dare Principes magni recuſabant filias, quarum utique liberi ſcribendi non forent, niſi in ſecundis hæredibus; ſuperſtite nimirum alio, qui natus ex priori toro, aditurus erat Principatum.

Quocirca petiit filiam tertiogenitam Ducis Bipontini, tantùm ut nuberet pari, cùm ille item ſit ex gente Bavarica: nam ſi ambo conjuges in Germania non fuerint ex æquo nobiles ac generoſi, neſcio qua videntur afflari macula

cula

cula liberi eorum, atque impediri, quominus gloriam hauriant ex Avorum ſtemmatis. Aditusque quoque ad honores, atque ad illuſtres ſucceſſiones eis præcloduntur: quaſi natalium claritas, accepta dumtaxat ex alterutro Parentum, clauda eſſe quodammodo, neque ad grandia poſſe niti integris paſſibus videatur.

Nactus eſt itaque Dux Neoburgi occaſionem connubii cum puella pari, ſed congeneri; quam videlicet contingebat gradu tertio conſanguinitatis. Idcirco gratiam impedimenti hujus flagitavit ab Apoſtolica Sede, annuiſſetque Summus Pontifex, ſi puella induci potuiſſet, ut Calvinianam Hæreſim, in qua innutriverant eam Parentes, ejuraret.

Conditionem hanc Dux Neoburgi accepit graviùs; tum quia credebat, juxta Scriptorum quorumdam ſententiam, non impediri connubia Germanorum ex eo capite, quòd conjugum alter ſit Religionis noſtræ, alter ſit ſectæ Lutheranæ vel Calvinianæ, paſſim enim ita in Septentrione nubunt: tum quia Sedem Apoſtolicam ajebat ad id minimè adegiſſe, aut Ducem Batium, quando ei nupſit Henrici Regis Soror, nempe Catholico Viro ſponſa Hæretica, aut Regem magnæ Britanniæ, quando ei nupſit pariter ſoror Ludovici Regis, hoc eſt, ſponſo Hæretico uxor Catholica.

Juſſus propterea ſum ab Eminen. Veſtra ipſum Ducem convenire: qui cùm apud Sereniſſimam Belgii Principem Bruxellis ageret, Lovanium venit mediam urbem, & ad colloquium idoneam, utpote procul ab Aulæ neceſſariis obſequiis, quæ tempori apta non fuiſſent. Ibi ab Ejus Serenitate exceptus fui perhonorificè; cùm advenerit ad hoſpitium, ad quod diverteram, & me in Rheda ſua duxerit ad ædes inſtructas ſupellectili, & famulitio tum Ipſius, tum Sereniſſimæ Principis Belgii. Suaſi autem quàm potui efficaciter, ut æqui boni conſuleret, anteferretque cuivis privatæ ſententiæ, deliberationem Summi Pontificis: quam ſuffragio ſuo etiam Cardinales multi, poſt rem aliquoties diſcuſſam, confirmaverant.

Inſinuavi etiam, Duci Allobrogum, & Magno Etruriæ Duci negatum perinde indultum, quando aſpirarunt ad nuptias cum Filia Regis Magnæ Britanniæ: Duci verò Barii, & Reginæ Britanniæ conceſſum illud ob cauſam publicam fuiſſe. Etenim ex impedito illius matrimonio ſimultas, & grave bellum metui potuiſſet; Rege utique Maximo graviùs accepturo, ſi ex conſortio familiari Ducis ad Regiam domum remearet ſoror cum nota vel malæ, vel dubiæ famæ: atque adeo ex matrimonio hujus permiſſo ſecuritas, vel immunitas Catholicorum in univerſo eo Regno videbatur ſperari poſſe.

Cùm itaque nulla jam ratio publicæ cauſæ ejus Serenitati ſuffragaretur, hortatus ſum acquieſceret Summi Pontificis reſcripto; nec iret in complexum uxoris alienæ ab ea Religione, quam non ita pridem ſuerat profeſſus tam glorioſè.

Porrò etſi multa in eam ſententiam dixi Dux adhuc rem diſcuti coram à quatuor Theologis voluit; & tum ipſemet, ut acri eſt ingenio, & promptus ſermone ad differendum, ſimul cum eis cauſæ propriæ jus egregiè tuebatur. Nihilominus ego conſtanti perſuaſione conatus illum inducere, ut deliberationem Romæ initam potiùs probaret, Lovanio demum receſſi.

Non ita multò poſt, dum ex Brabantia ſe referens ad proprias ditiones, Dux idem eſſet Trajecti, eò accerſens ad ſe Jo: Baptiſtam de Ninis Auditorem meum, ſtatuerat, ſi ego conſenſiſſem, mittere cum Romam, cum uno ex præcipuis Conſiliariis ſuis, ſpe impetrandæ diſpenſationis. Excuſavi ego tamen conſenſum: ſcriptum ille ſcripto iteravit preces, novaſque inſinuavit cauſas, cur crederet nimirum ſibi ejus matrimonii veniam à Summo Pontifice concedi debere.

Demum ubi ego Serenitatem Ejus nihilò plus obtinuiſſe cognovi, litteras dedi ad Religioſum virum, qui eſt à ſacris confeſſionibus, ac ſuaſi, auctor ei eſſet, ut omnino alias nuptias cogitaret. Poſtremò hic eventus rei fuit: diſpenſationem, diſſimulata utriuſque conjugis perſona, & ſuppreſſis titulis dignitatum, impetravit ab Archiepiſcopo Philippenſi, qui inter Batavos præeſt Clero, & eſt quaſi Antiſtes ibi Catholicorum. Nam quia ditiones nonnullas Dux obtinet in diœceſi Ultrajectina, videri potuit ad forum ejus pertinere. Mox Bipontum proficiſcens, nuptias inivit, & ſponſam ſecūdo Rheno Duſſeldorpium inde ſecum adduxit.

31 Obierat Antiſtita Eccleſiæ Thorenſis Princeps Imperii, & quæ Virginum Nobilium, quas Canoniſſas appellant, Canonicorumque & Cleri ejuſdem Eccleſiæ Præſes habetur. Ex hoc inſtituti genere in Germania, Belgioque ſunt Collegia plurima & opulenta, aluntur que in eis puellæ nobiles ſacris Eccleſiæ ſtipendiis, vel perpetuò dum vivunt, vel donec ſaltem nubant, cùm nullo ſint obſtrictæ ſacramento.

Odæum hæ horis conſtitutis frequentant, & tum habitu amiciuntur honeſto, verecundo, ac ferè dixerim Religioſo; nam cæteroqui extra Templum vel Odæum ſplendidè, ac pro Familiæ gloria ornantur.

Sed & earum Collegiis aggregantur Canonici, qui munia ſacra obeant, iique in nonnullis Collegiis jus habent ſuffragii, ſeu Antiſtitæ eligi, ſeu diſtribui Præſidum aliarum honores debeant.

Peculiariter in Eccleſia Thorenſi erant Canonici omnino ſex, & ſola inſuper ſenior ſeu Decaniſſa, ut vocant, quibus liceret ſuffragia conferre: cùm deeſſet aliis Canoniſſis juſtæ ætatis honor, ideòque illæ ad Comitia minimè admitterentur. Fuiſſent numero plures, niſi hujus Thorenſis Collegii lex, aut vetus conſuetudo exigeret in iiſdem ſexdecim Nobilium Avorum ſtemmata, cum titulo Baronis aut Comitis, qui in familia eorum fuerit ab annis centum.

Adfui ego itaque, ut ipſius Antiſtitæ intereſſem electioni, cùm uni Apoſtolicæ Sedi Eccleſia Thorenſis ſubjiciatur; tametſi Vicarius Epiſcopi Leodienſis advenire ipſe, ac præeſſe electioni conaretur, affirmans Anteceſſorem ſuum ſuperioribus Comitiis pro poteſtate interveniſſe, quando Antiſtita, quæ obierat, electa fuit.

Reſpondi ego id fortaſſe factum ideò, vel quia aberat ex Provincia tunc Apoſtolicus Legatus; vel quia devocatus ad Comitia ea fuerat, uti gerens perſonam alterius Prælati potiùs, quàm uti vices gerens Epiſcopi Leodienſis. Erat quippè res comperta, Thorenſe Collegium ſoli Apoſtolicæ Sedi eſſe ſubjectum.

Quod cauſæ fuerat, cur in Viſitatione generali Leodienſis Cleri, etiam illius ego inſpectionem habuerim; profeſſique id fuerint ibidem ipſimet Canonici, aſſerentes nimirum pertinere ſe ad Clerum Secundarium, ſeque perinde eximi ab Epiſcopi ordinaria juriſdictione.

Attamen etſi hæc affirmaveram, addideramque nunquam aut Leodienſem Epiſcopum, aut ejus Vicarium pro poteſtate viſitationem obiviſſe ſeu Thorenſis Collegii, ſeu alterius Collegii Canoniſſarum Beliſii, quod ſitum eſt pariter intra limites diœceſeos Leodienſis; Vicarius nihilominus ſtatuerat eò ſe conferre, atque experiri, ſi quo modo fundare ibi potuiſſet Epiſcopi juriſdictionem. Canonici contra eum admittere recuſarunt, & me potiùs ut adeſſem deliberata electionis die perrogarunt.

Ibi cùm eſſem, Latinè ſum eos hortatus, ejuſmodi ſuffragatione uterentur, ex qua manifeſtum redderent, Spiritus ſancti opem ab Eccleſiaſticis Viris fruſtrà non implorari. Ventum eſt ad ſuffragia; & quamvis ſola Decaniſſa potuiſſet eligi, hanc unus dumtaxat è Canonicis elegit; quinque alii verò Canonici Filiam Comitis à Rupe-forti, annorum ſeptemdecim, Antiſtitam poſtularunt.

Cùm enim ea eſſet etiam Neptis Comitis à Marka, & Neptis defunctæ Antiſtitæ, quæ laudabiliter Collegio Thorenſi præfuerat; potentes ejuſmodi affinitates ſpem eis fecerunt fore, ut ditio Eccleſiæ Thorenſis finitima Provinciis Batavorum, certiùs tuta eſſet ab eorum injuriis, & populationibus.

Reverſus Leodium habitæ Poſtulationis commentarios ritè formavi, ac tranſmiſi ad Urbem. Ubi cùm Decaniſſa ſui unius ſuffragii jus vellet tueri, diſcuſſio eei demandata eſt aliquot Romanæ Curiæ Præſulibus; atque hi demum, Poſtulationem alterius dignam eſſe Confirmatione Apoſtolica cenſuerunt.

Cùm omnia itaque præſcriptis Sacrorum Canonum congruerent, huic Poſtulatæ Apoſtolica Sedes dignitatem confirmavit, eique ego ipſe, rogante Comite ejus Parente, Viro de Catholica Religione optimè merito, poſſeſſionem dedi.

Decaniſſa interea ægrum animum uſque adeò non ſuſtinuit, ut vel illo ipſo quo receſſeram die, hoc eſt poſtridie à Poſtulatione, vim à militibus Regiis pago Thorenſi, ædibuſque, & Clauſtro Canonicorum inferri, & ex Canonicis aliquos capi, aut ſaltem exterrefieri auſu temerario curaverit.

Fuiſſent autem abducti ex eis nonnulli, niſi Comes à

Marka

Digitized by Google

Marka qui aderat, ſuouſque & exequias defunctæ Antiſtitæ Amitæ ſuæ celebraverat, famulos juſſiſſet, & incolas pagi arma expedire, factaque è turri ſignificatione omnes ea agris revocaſſet ad juſtam defenſionem. Quocirca illi veriti mutuas cædes ceſſarunt ab injoria, & fuga ſe indidem proripuerunt.

Moa tamen facinus & violentiam, auditis querimoniis meis, Decaniſſa pariter atque affinis ejus Comes Joannes Naſſovius, ea cujus legione Regii milites illi fuerant, excuſarunt datis ad me litteris, in quibus patrata ea eſſe nec ſe conſciis, nec jubentibus affirmarunt: etſi prudenter id poſſe credi, pauci opinabantur.

Decaniſſa interea dignitatem adhuc petens, ac miſcens conſilia omnia, provocavit ad Regium Geldriæ Senatum; ibique perſuaſit Thorenſem ditionem ſpectare ad Provinciam Geldriæ, ceoſerique membrum ejus. Ideo aſſeruit quoque, litteras Pontificias ibidem nihil habuiſſe momenti vel ponderis, quibus utique conſenſus Regius defuerat; irritamque fuiſſe poſſeſſionem, quam Antiſtita Poſtulata abſque eodem Regio conſenſu adierat, affirmavit.

Antehac tamen ditio Thorenſis neutri parti adnexa, nimirum nec Hiſpani Regis, nec Batavorum, habita fuerat ab ipſiſmet Regiis Adminiſtris; qui uti ditionem S.R.I. eam ſemper, & à ſua ipſorum juriſdictione immunem eſſe judicaverant: neque jus dicere, aut pro poteſtate aliquid ibidem decernere, unquam conſueverant. Imò cùm inſtarent ibidem Comitia, & nova Antiſtita eligi deberet, dederat Sereniſſima Belgii Princeps litteras, quæ commendatione fungerentur, & Decaniſſam ad eam dignitatem promoverent. Quod argumento erat, haud ipſam eſſe Thorenſis pagi Dominam; nam alioqui potiùs ibi novam ſuffragio ſuo Antiſtitam dicere potuiſſet.

Etſi verò ita res anteactis temporibus habuerat ſuis Decaniſſa poſtulatis & perſuaſionibus Ruræmundæ in Regia Curia Geldriæ; nihilominus reſcriptum obtinuit, in quo litteræ Pontificiæ, & poſſeſſio Antiſtitæ Poſtulatæ abrogabantur; ipſi verò Decaniſſæ adminiſtratio, & gubernacula Eccleſiæ pariter ac pagi Thorenſis, tamquam Antiſtitæ legitimæ adjudicabantur. Cùm interea nec Thorenſis Eccleſiæ Canonicos, nec Antiſtitam quæ poſſeſſionis jure potior erat, nec alium quemquam, ad quem ritè negotium pertineret, in jus priùs Geldriæ Senatus Regius vocaſſet.

Conſcius ego ejus iniqui reſcripti, Illuſtriſſimum Nuncium Bruxellenſem rogavi, ut de eo referret ad Sereniſſimam Principem Belgii: præſertim quia Præſes ac Judices Geldrienſis Curiæ militiam armatam Serenitatis Ejus imploraverant, quò ejus auxilio videlicet id, quod reſcripſerant ſtatueruntque, promptiùs exequerentur. Uti autem erat Matrona æquiſſimæ mentis, addidit fore, ut nihil pateretur deinceps ſeu Tribunal Geldriæ, ſeu Regios Adminiſtros moliri, niſi pars altera priùs audiretur.

Dum hæc aguntur, Batavi è ſtativis prodeuntes, luſtrataque repentè acie, ac ſumma uſi celeritate, Venlonam & Ruræmundam Hiſpano Regi eripuerunt. Quin etiam Trajectum ad Moſam ingenti caſtrorum ambitu, clauſoque utrimque amne obſedere aliquamdiu, atque ad deditionem poſtremò adegerunt. Decaniſſa idcò (uti ambitio cæca eſt, nec juſta, ſed ſibi conſentanea dumtaxat tribunalia ſectatur) Batavos jam Ruræmundæ Dominos adivit, flagitans ut exequeretur Arnhemienſis Curia, quidquid Ruræmundæ antea ſanciverat Curia Geldrienſis; & reipſa mox Antiſtitæ Poſtulatæ auxiliis Batavorum adempta eſt poſſeſſio ditionis Thorenſis.

Contrà implorans opem Apoſtolicæ Sedis Comes à Rupeforti Parens Antiſtitæ Poſtulatæ, coactoque ſimul milite certum habuit Filiæ honorem reddere, atque ditionem Thorenſem adverſus Batavos propugnare. Uſus verò ego interprete Henrico Bergio Comite Catholico, dedi operam ut Auraſiæ Principi, Supremo Batavorum Duci, ſuaderetur; nihil antea vel Hiſpano Regi, vel Senatui Geldriæ; nihil jam Senatui Arnhemienſi eſſe juris aut poteſtatis in ditionem Eccleſiæ Thorenſis: quæ utique S.R.I. membrum eſt, aut certè titulo Beneficiarii magnatibus nullis ſubeſt. Ut proinde ſperarem fore, inhiberet Curiæ Arnhemienſi, ne in poſterum pergeret cauſæ tam iniquæ patrocinari. Nec aliter evenit: nam Princeps Auraſiæ mox auctoritate ſua intercesſit; profeſſus inſuper tueri ſe velle Antiſtitam Poſtulatam, eamque Affinem ſuam appellavit. Quod item optavit mihi à Comite Bergio inſinuari.

Non ita quievit Decaniſſa: ſed rurſus provocans ad Senatum Batavorum, qui Arnhemii Curiam Provinciæ Geldrienſis habent, ſicuti eam Hiſpani habuerant Ruræmundæ, ac pro ſe adſerens decretum ejuſdem Curiæ ſibi commodum, ac favens; utilitatem magnam oboriri poſſe Geldrienſi Provinciæ oſtendit, ex annexu Thorenſis pagi, ac ditionis ejus; & hoc futurum, ſi reipſa uſurparent ibi juriſdictionem, ac decretum antedictum executioni mandarent. Nec difficile fuit Batavos inducere, ut conſilium capeſſerent, quod ab utilitate accipiebatur dumtaxat, non à juſtitia, vel ab honeſtate. Proin Decaniſſa pro ſe habuit ab Arnhemienſi Curia decretum proviſionale in poſſeſſorio, quod vocant, eoque ſibi conata eſt comparare denuò Antiſtitæ Thorenſis dignitatem.

Cuncta hæc nunciavi ego ſtatim Eminen. Veſtræ; & tum acceptis litteris Pontificiis juſſu fui Decaniſſam Eccleſiaſticis cenſuris compeſcere, reducereque à malè cœptis; præſertim verò ab ejuſmodi perſugiis ad prætoria, & tribunalia laicæ poteſtatis. Quod ſi præjudicium aliquod metueret, jubebar præterea eam hortari, ſuum jus proſequeretur potiùs in Sacro Senatu Rotæ Romanæ, ac interim ditionem poſſideri, retinerique ab Antiſtita Poſtulata pateretur.

Cui Antiſtitæ quoniam ſuffragabatur inſuper Pontificium Diploma, in quo illa meruerat non ita pridem Sedis Apoſtolicæ Confirmationem; ideò tantò ego alacriùs juxta præſcriptum epiſtolæ Pontificiæ, & monui ceſſaret tandem, & ritè ſpatium conceſſi, ut reſipiſceret, ac pertinacia demum perſpecta corripui Eccleſiaſticis cenſuris; iiſque fruſtrà iteratis, mandavi, ut ſi fieri poſſet, traderetur cuſtodiæ.

Eadem inſinuavi quoque Illuſtriſſimo Nuncio Bruxellenſi; quo ipſe nimirum efficeret, ne Adminiſtri Hiſpani Regis opitularentur Decaniſſæ, ſi ea fortè illorum denuò imploraret arma. Quandoquidem haud juvare magnopere ipſam Batavi jam poterant, poſtquam Regii milites munierant ſe in inſula S. Stephani, finitima ditioni Thorenſi: & hic eſt in præſentia ſtatus hujus controverſiæ Thorenſis.

32 Dum pro Caſtris Cæſareis in Inferiori Germania felicitas major erat, ſuperato aliquoties Rege Cimbrorum à Joanne Tillio, Duce inclyto ac pio; paſſim Templa, & eorum opulenta Sacerdotia, Cœnobiaque utriuſque ſexus, quæ injuſtè uſurpaverant Hæretici poſt pacta Paſſavienſia, recuperabantur. Sed tunc conſilia ſatis aliena Imperatori Ferdinando ſuggerebantur; nempè ut Sacerdotia, ſeu Canonicatus, ac eorumdem dignitates ipſe diſtribueret pro libitu: Cœnobia verò indiſcriminatim antiquis Ordinibus rurſus traderet, ſeu Religioſi ex eis vi ejecti fuiſſent, ſeu illa ſponte, unà cum rectis moribus, & cum religione ipſa deſeruiſſent. Hæc verò prava conſilia errore inſuper cumulabant, aſſerebantque debere omninò ita fieri, nec poſſe Summum Pontificem, priſcas eas fundationes in alios tametſi pios transferre uſus, proventuſque Templorum & Cœnobiorum alterius inſtituti cœtibus, vel ſodalitiis aſſignare.

Cùm ea itaque perſuaſio invaleſceret apud Aulæ Cæſareæ Proceres, dedi ego litteras ad P. Gulielmum Lamermaini, qui eſt à ſacris Confeſſionibus Cæſaris, & ſum hortatus, ſubmitteret Sacræ Cæſareæ Majeſtati conſilia conſentanea reſtitutioni Catholicæ Religionis in Germania. Nec enim Cœnobia congruè redibant ad antiquos Dominos, qui extra clauſtra nihil moliantur; cùm viderentur offerenda potiùs iis Religioſis, quorum vitæ ratio actuoſa eſt, atque idonea tum erudiendæ juventuti, ſeu in Gymnaſiis publicis, ſeu in Seminariis Cleri; tum inſtruendæ plebi in his, quæ ad mores probos, veramque religionem ſpectant; tum denique Sacramentis Eccleſiæ ritè adminiſtrandis, & concionibus habendis adverſus eos, qui paſſim adulterant Verbum Dei.

Tametſi autem laudabiles fuerint antiquæ fundationes, & plurimum habuerint honeſtatis, ac ſanctitatis; adjeci laudabilius multò eſſe, Catholicam Fidem earum ſubſidio erigere, tot jam annis afflictam, & proſtratam; atque hoc pacto in Germaniæ Provincias demum veluti poſtliminio eam revocare. Quòd ſi æſtimare ſit, ac expendere piam mentem fundatorum; citra dubium quoque videri fore, ut prorſus aliter illi de iiſdem Cœnobiis ſtatuerent, ſi viverent jam, & ſpirarent in tanta Eccleſiæ pernicie, ſpectarentque ingentem adeò, & luctuoſam Religionis Catholicæ inclinationem.

Poſſe deinde Summum Pontificem eas fundationes, præ-

præſertim in melius mutare, cùm ipſe ſupremus ſit bonorum Eccleſiæ Diſpenſator, dixi adeò eſſe in comperto, ut ſanæ doctrinæ adverſentur omninò, ſi qui aliter pronuncient. Neque antehac dubitaſſe umquam de iſtiuſmodi poteſtate, aut ſuperiores Cæſares, & Principes Germaniæ, aut ipſum Cæſarem Ferdinandum, quibus utique Apoſtolica Sedes annuit aliquoties petentibus, ut ejus generis piæ fundationes in uſus alios maximè aptos reſtitutioni Eccleſiæ transferantur.

In hanc porrò ſententiam haud ita multò poſt ſcripſit ad me Dux Fritlandiæ, Magnus Præfectus exercitus Cæſarei, rogavitque ſupplicarem Summo Pontifici, ut Cæſari auctor eſſet, operarios navos, & induſtrios in Vinea Domini excolenda jam neceſſarios videri, qui nimium agrum Eccleſiæ repurgare, Seminaria Cleri moderari, & Gymnaſia publica, tamquam arces veritatis, & munimenta Fidei aperire poſſent. Quod ipſum Ducis Fritlandiæ] judicium Patri Gulielmo Lamermaini mox pariter expoſui, ut Cæſari ſuaderet, ita prorſus ſentiendum, ac decernendum eſſe, ſi vellet benè parta, meliùs tueri.

Quod deinde Eccleſiarum Sacerdotia, & dignitates, atque ipſoſmet Epiſcopatus diſtribueret, hoc inſinuavi novum, inuſitatum atque alienum videri ab ea conſcientiæ gloria, quam Cæſar profitebatur. Deſignati enim ad honores Eccleſiæ poſſe viros idoneos à laicis Principibus, non inficias ibam; ſed affirmabam tamen ſolius Romani Pontificis eſſe inſtituere, dein ipſos, ac per Apoſtolicas litteras verum eis titulum conferre.

Sed & abuſus quoſdam alios non diſſimulavi: quia & illud ſcripſi, Magdeburgi, Bremæ, Halberſtadii, Lubecæ, Recemburgi, & in aliis Epiſcopatibus Hæreticos quidem eradi, atque expungi ex albo Canonicorum, ac viros Catholicos eis ſubrogari, ſed hoc tamen à Cæſare ſine delectu fieri. Nempè ad Sacerdotia, ſeu Canonicatus promoveri pueros, vel eos, quibus ſi honor ætatis non deeſt, neceſſitas erat ſaltem alibi reſidendi, ob alia quæ obtinent Sacerdotia, aliaſve Eccleſiaſticas dignitates. Intereſſe autem boni communis videbatur, eos potiùs Canonicos pro his Eccleſiis invenire, qui adeſſe perpetui, frequentare Odæum, moribuſque honeſtis, & pietate conſtanti, ſpectaculo Hæreticis, exemplo & ſolatio Catholicis eſſe poſſent.

Ipſas litteras meas Viennæ tradidit legendas Sacræ Cæſareæ Majeſtati is, qui eſt ei à ſacris Confeſſionibus, & negotii utrinſque magnitudinem ſubſtitui meditationi ejus. Uti verò Cæſar optima conſilia, ſi ea ſuppetant, numquam aſpernatur, annuit poſtulatis meis, & non aliter futurum deinceps, atque ego ſuaſeram, adpromiſit. Quæ omnia ubi ex me cognovit Emin. Veſtra, exhilaraſſe in primis ea Summi Pontificis animum reſcripſit: placuitque Emin. Veſtræ humaniſſimè affirmare, me huic negotio magno vitam, atque animum dediſſe.

Interim, quia reipſa Oſnaburgenſi Epiſcopo Imperator Epiſcopatum Mindenſem, Magno autem Præpoſito Trevirenſi Lubecenſem Epiſcopatum jam diſtribuerat: cùm hi ambo flagitarent, me interprete, à Sanctiſſimo D. N. Urbano VIII. Apoſtolicam Confirmationem; ſpem omnem impetrandi eam ego ipſis ademi. Reſcripſi enim, debere de integro eis honorem a Summo Pontifice conferri; cujus erat videlicet Epiſcopos, hoc eſt Principes Eccleſiæ ibi conſtituere. Uti Mindæ poſtmodum factum eſt, & fiet porrò etiam Lubecæ, ſi hoſtibus ſuis ibidem aliquando Catholica Religio caruerit, & ſi ad eam uſque oram Baltici maris extenderit victrices manus, atque adeò Cruci triumphanti glorioſum ibidem erexerit, & conſecraverit trophæum.

33 Sublato è vivis Philippo Adolpho Herbipolenſi Antiſtite, ac Duce Orientalis Franciæ; ego, tametſi eſſent dies caniculares, iter ſtatim arripui, & per ſaltus Arduennæ, perque Eyfliæ regionem ſterilem, ac vix Rhedæ perviam quatriduo Confluentiam veni; ubi ſalutatus, atque exceptus ab Electore Trevirenſi, cognovi Franciſcum ab Hartsfeldt læta, & communi ſuffragatione appellatum Herbipoli Antiſtitem, ac Principem fuiſſe. Decrevi nihilominus progredi, ut electionis proceſſum ibi commodiùs formarem, ubi nimirum ſuppetere teſtes idoneos haud ignorabam.

Moguntiæ inviſi Archiepiſcopum Electorem, cùm valeret improſperè; ibidemque cum Comite Joanne Ludovico Naſſovio egi, qui nuper a Fidei Catholicæ profeſſione clarus ad me Adamaria eò excurrerat, conſultandi cauſa de Collegio & Seminario, quod utrumque in ditionibus propriis Societati JESU fundare meditabatur. In quem finem Summus Pontifex antiquas aliquot pias fundationes, ab Hæreticis receptas, non ita multò antè eidem Comiti conceſſerat.

Dein Francofurto miſi unum ex familia mea citatia equla Herbipolim, ut de adventu meo ad novum Epiſcopum & Principem referret, traderetque ipſi à me litteras gratulatorias, ob recentem eum & ampliſſimum honorem. Mox verò inde Aſchaffemburgum Rhedæ quatuor miſſæ ſunt pro me, ac familia mea, cum uno ex primis ejus Conſiliariis, qui & inviſaret, & comitaretur Herbipolim.

Quocirca digreſſus Aſchaffemburgo poſt ſeſquidiem, procul ab Herbipolenſi Urbe ad unam ingentem leucam, novum Principem obvium habui, cum pluribus Rhedis, & cum inſigni ala Nobilium Equitum: ac poſt ſalutationes gratulationeſque, ad Arcem ejus, ſitam in loco excelſo, & prææalto veni. Superfuit verò adhuc ſpatium eo die, ut potuerim in Sacello ejuſdem Arcis Veſperas, ex podio familiari, unà cum Principe audire. Dum interim Epiſcopus Suffraganeus, Magnus Decanus, & aliquot alii Canonici, qui pariter obvii fuerant, in Sacello ipſo, quemadmodum & cæteri ex Aula, infrà, Odæi ſubſellia inſiderent.

Structura ædium ſumptuoſa & magnifica, conclavia item congruæ laxitatis, atque adeò ex eis amœniſſimus deſpectus in ſubjectam vallem, quam interfluit irrigatque Mœnus fluvius, quam univerſam explicant cultiſſimi agri, quam conſiti vineis colles circumdant, & veluti coronant, quam demum Civitas ipſa in primis nobilitat & frequentat, me ab itinere longo fatigatum non mediocriter recrearunt.

Ad hæc Aulæ honeſtas & ſplendor; apparatus menſæ prædives; ſupellectilis argenteæ copia & varietas; numeroſum equile; armamentarium inſtructiſſimum, & peculiariter in eo plurima ænea tormenta cæteram gloriam Epiſcoporum Herbipolenſium affatim patefaciebant.

Adfui hoſpes gratiſſimus vel ideo, quòd Electus Epiſcopus adſcriberet ſuæ magnæ felicitati, ut poſſet initio Principatus teſtificari, quàm amplis ſtudiis Apoſtolicam Sedem, ejuſque Adminiſtros coleret ac veneraretur.

Cæterùm ipſe dotes animi habuit dignas, propter quas præ aliis eligeretur; mores videlicet temperatos & ſuaviſſimos, cum prudentia ac dexteritate ſingulari, quam tractando negotia publica, regioneſque Europæ diverſas ac præcipuas peragrando acquiſivit. Peritus eſt inſuper linguæ Italicæ, Gallicæ, atque etiam Anglicæ, præter Germanicam, & Latinam, quam utramque callet fermè ex æquo.

Triduo in commentarios retuli ejus electionem, & quia monita quædam obtuli, chirographo meo ſcripta, ne exciderent ex animo, grates propterea Princeps habuit; navique demum inſtructiſſima, nec ad neceſſitatem tantùm, ſed ad honorem etiam præparata, ſecundo Mœno me abire permiſit.

In Oppido VVertheim Comes à Rupeforti, quoniam ibidem recuperaverat Eccleſiam, quam fratres ejus Hæretici, & ante illos Parentes eorumdem ritibus Lutheri proſtituerant, avidè opperiebatur reditum meum: ut nimirum Cives præſentia Legati Apoſtolici magis in Religione Catholica confirmarentur. Id fuit cauſæ, cur poſtridie publicè Aris perlitaverim, concionique interfuerim. Porrò dum ad Templum irem, præter aſſeclas honoratios, armata peditum cohors tegebat latus meum: nam cum Satellitio Comes ſemper in oppido illo erat; quandoquidem ex odio aſſertæ denuò religionis unus è ſectariis in eum paulò antè ſclopum exoneraverat, aliique vitæ ejus inſidiabantur.

33 Reverti Francofurtum, quo tempore Comitia ibi habebant Legati omnium Principum Germaniæ, ſeu Catholici forent, ſeu Sectarii; Comitiiſque præerat, loco S. C. Majeſtatis, Joannes Gaſpar Magnus Magiſter Ordinis Teuthonici.

Cum eo, dum ibam Herbipolim, optaveram equi- “
dem loqui, ut commendarem negotia Religionis. Sed “
enim, etſi jam Francofurti erat ante adventum meum, “
me adire primus recuſavit: voluiſſetque à me antea “
in ædibus propriis ſalutari, cùm diceret, ſe à Cæſare “
ad ea Comitia ex peculiari deſtinatione miſſum eſſe; “

„ me

„ me autem ad illa ita peculiariter à Summo Pontifice
„ non deſtinari.
„ Reſpondi me, dum intrà legationis meæ fines eram,
„ ad promerendam retinendamque honoris prærogati-
„ vam, ea peculiari deſtinatione haud quaquam indigere:
declinavique ideò congreſſum; & ſolùm poſtquam redii, ſcripto ipſi capita rerum communicavi, quæ cenſui poſſe conducere, ut Catholica Religio nihil detrimenti ex eo Conventu Imperii pateretur.

Ea erant potiſſimùm; ut nihil ſtatueretur, in quo Cæſar aut ab Edicto ſuo æquiſſimo de recuperatione bonorum Eccleſiaſticorum recederet, aut Sectariis aliqua permitteret, quæ pacem Religionis vulnerarent, & Paſſavii pacta convellerent. Atque in eandem ſententiam privatis alloquiis adducere conatus ſum plurimos ex Legatis Catholicis, qui Francofurti in eodem Conventu erant. Quamquam id fruſtra fuit, quia paulò poſt commiſſo ad Lipſiam ingenti prælio, ſuperatoque & caſtris exuto Joanne Comite Tillio exercitus Cæſarei Supremo Duce, Guſtavus Rex Gothorum & Vandalorum ſimul opes Catholicorum afflixit, & veram ubique in Inferiori Germania Religionem oppreſſit.

Cæterùm occaſione alia Leodii etiam gradum perſonæ, quam gerebam, ſuſtinui; nec paſſus ſum, quidquam detrahi de honore illo, ac de illa veneratione, quam in Adminiſtris ſuis Apoſtolica Sedes promeretur. Advenerant Vienna Comes Iſemborgius Eques Velleris Aurei, & duo alii Sacræ Majeſtatis Cæſareæ Commiſſarii, quorum alter Baro erat, alter fuerat Eminentiſſimi Electoris Trevirenſis Cancellarius, & tunc ipſimet Cæſari erat à conſiliis. Annitebantur verò erant, ſi quomodo populum Leodienſem conciliare ac diſponere ad ſobſequii reverentiam erga Sereniſſimum Principem poſſent, controverſiaſque aliquas ſaltem præcipuas, pro partis utriuſque honore vel commodo ſedare.

Certior ego de ipſorum adventu, Antonium Abundantium, qui mihi eſt ab Epiſtolis, juſſi ad eos ſalutandos confeſtim adire: & me ipſi perinde, per Nobilem Virum ex Aſſeclis ſuis, mox reſalutarunt; atque adeo ex eis unus inſinuavit, adfuturum ſe pariter & Collegas, ut in ædibus propriis me viſerent, conſuetaque obſervantiæ profeſſione fungerentur.

Quia tamen in ea me officia venturum ante ipſos arbitrabantur, id recuſavi equidem, gnarus conditionis eorum: nec enim Sacræ Majeſtatis Cæſareæ Oratores erant, quales ad ſubjectas Civitates Imperii deſtinari à Cæſare non ſolent; ſed erant dumtaxat ejus Commiſſarii. Quodirca cùm eſſet inferior Legato aut Oratore titulus vel dignitas eorum, ab officio abſtinui, nec in mutuo fuimus vel conſpectu vel alloquio.

Indixerant quidem Magnus Decanus & Canonici Ædis primariæ S. Lamberti celebre Sacrum, in quo vota Cleri & populi nuncuparentur, offerrenturque Superis ac Deo, pro Patriæ ſalute ac tranquillitate: meque ac ipſos Cæſaria Commiſſarios ad illud invitaverant: ſed ii in Sacro eodem deſiderati fuerunt.

Nempe inaudierant, mihi locum primum in ſubſelliis Odæi majoribus paratum eſſe, cum umbella, ſuſpenſiſque ex ea aulæis: ſibi verò extra eas Canonicorum exedras, juxta principem aram tamen, ſedes tres adpoſitas fuiſſe, abſque inumbrantibus aulæis: etſi ſtragula veſte & pulvillis ante ſedes ipſas inſtructa erant ſcamna, ex quibus pro honore de genu orare potuiſſent. Nihilominus quia par eis decus minimè decernebatur, abeſſe à celebri eo Sacro maluerunt.

Magnus Decanus poſtea convenit eos, conditionemque muneris eorum exponens clariùs, atque inſinuans haud majore unquam in honore habitos, anteactis temporibus, alios quoſque Sacræ Majeſtatis Cæſareæ Commiſſarios, induxit demum, ut novo in iiſdem ſedibus Sacro, quod pro felici Sereniſſimi Principis, & Leodienſis populi concordia celebrabatur denuò, intervenirent.

35 Vetus controverſia, quam aliquando Parochi ſuſcitaverant adverſùs eorum Religioſorum Ordines, qui adminiſtrant Sacramenta in propriis Templis, rurſus agitari cœpta erat, Coloniæ præſertim ac Leodii: nempe an laicis liceret in Paſchate alibi, quàm in Parœcia, per exomologeſim à noxis animum repurgare: ſicuti tum non licet frequentare alibi ſacram Synaxim. Nec erant dumtaxat de ea re privati ſermones, ſed è Parochis aliqui pro concione ipſa, veluti definiendo pronunciaverant, id non licere.

Exorti proinde magni motus, cum offenſione gravi, tum populi, qui ægrè patiebatur ſuam ſibi adimi libertatem in his, quæ ſpectant ad conſcientiæ regimen aut medelam; tum Religioſorum Ordinum, qui meritò querebantur, revocari ab eis in dubium certam alioqui, & confirmatam Apoſtolicæ Sedis oraculo, eorum poteſtatem. Ideò ne motus major ex periculoſa ea diſceptatione conſequeretur, ad Colonienſes quidem Parochos litteras dedi, ac propoſui rurſus Clementis VIII. fel. rec. ea de controverſia ſententiam, ac deliberationem: qua integrum eſſe voluit eiſdem Religioſis Ordinibus, tum omni tempore, tum in Paſchate ipſo, pœnitentibus quibuſvis, ex privilegio Sanctæ Sedis, aures dare: atque item monui, abſtinerent à diſſidiis atque ſententiis, quæ nihil aliud parere poterant, niſi detrimentum charitatis, populorumque aut offenſam, aut certè pravum documentum.

Leodii deinde tum Parochos, tum Ordinum Religioſorum Præſides acceerſivi ad Ædes meas; eademque ipſis graviter, ac ſeriò injungens, ſum hortatus, mutuo eſſent animo, nec dejuvarent invicem in his, quæ ſpectant ad procurationem animarum: ſed paribus ſtudiis eam imò deinceps promoverent, conferrent opem, piaque æmulatione ſe ab hac parte quodammodo alterutri ſuperarent.

Res ea mox in tranquillo fuit: at non ita multò poſt in Epiſcopatu Paderbornenſi alia ſeri, ac vulgari cœperunt; nempè haud poſſe deinceps eoſdem Religioſos Pœnitentium confeſſiones audire, vel in Paſchate, vel in mortis articulo, vel toto anni tempore: laicos inſuper præcepto Eccleſiæ non ſatis obtemperare, ſi Feſtis & Dominicis diebus Rei Sacræ intervenirent in poſterum in Templis eorumdem Religioſorum. Occaſionem porrò ea ſerendi arripuerunt ex Diplomate Summi Pontificis, quo privilegia revocaverat, conceſſa ex vivæ vocis oraculo: quaſi Ordines Religioſi poteſtatem aliam majorem antehac exercendi ea munia non habuiſſent.

Dedere idcircò ſtatim ad me iidem Religioſi ſupplices epiſtolas, & Sanctæ Sedis patrocinium rogarunt. Quapropter ſcripſi ad Epiſcopum Suffraganeum Paderbornenſem, qui novæ hujus quæſtionis auctor maximè habebatur, ac oſtendi mentem longè aliam fuiſſe Summi Pontificis, cùm privilegia ex vivæ vocis oraculis accepta revocavit, nec Religioſis Ordinibus ullatenus ademptam eſſe poteſtatem ea munia obeundi, quæ antea memoravi; atque ita ceſſavit demum contentio, quæ publicæ quieti alioqui plurimùm officere potuiſſet.

36 Ea accepta clade ad Lipſiam fractæ vires fuerant, & fracti Catholicorum animi; & tunc repentè imperitia, vel metus in propugnandis Arcibus, aditum Hoſti victori magnum aperuerunt, ut viſcera Imperii mox infeſtis armis invaderet. Ex quo Fulda, Herbipolis, Bamberga, Moguntia, Vvormatia, Spira, aliæque Urbes, atque Oppida fuerunt exiguo tempore, vel expugnata, vel dedita.

Colonia ſuperfuit, Principum exulum perfugium; & hi theſauros, qua Sacros, qua Laicos, in eam Civitatem importaverant, ſi quibus licuerat tamen illos avehere, antequam ingrueret ea belli vehemens, & ſubita tempeſtas. Ibidem anxiæ curæ Principum, & dubia conſilia erant, an ſicut propoſuerat Orator Gallus, expediret deinceps neutri parti, ſeu Cæſaris, ſeu Guſtavi Regis, tam arma Principum eorumdem, quàm arma ipſiuſmet Civitatis Colonienſis favere.

Id Coloniæ ſuadebat Orator Chriſtianiſſimi Regis, ſed neceſſarium fore affirmabat, ut in eam Urbem, pariter atque in alias ditiones Principum Electorum, cohortes præſidiariorum, ex Regis ſui legionibus, introducerentur. Tunc enim reveritus Coloniam Guſtavus Rex, aliò arma convertiſſet, aut ſi venire hoſtis nihilominus deliberaſſet, provocaſſet meritò Chriſtianiſſimum Regem, ac fœdere extincto inimicitiam, & iram ejus experiri cœpiſſet.

Gravis nimirum videbatur ea conditio, admittendi cohortes præſidiarias Regis externi in Civitates, ac ditiones Imperii; ſed graviores multò erant conditiones aliæ, quibus ut neutri parti faverent deinceps, proponebatur: quia in bello tam ancipiti Cæſareo non juvare, ſed quaſi deſerere, videbatur maximè alienum à profeſſione perveteri Civitatum, ac Principum ipſiuſmet Imperii.

Hoc ſupereſſe tamen conſilii, & eum portum ſecuritatis unicè adeundum eſſe, judicabat pariter Apoſtolicus

Digitized by Google

Nuncius Pariſienſis, ad quem ſcripſeram de ingenti clade Religioni Catholicæ, Templiſque & Aris illata, per Guſtavum Regem. Quò ipſe Chriſtianiſſimo Regi ſtatum ærumnoſum exponeret nobiliſſimarum Eccleſiarum Mœni & Rheni, quæ hoſtium injuriis, ad ejus utriuſque amnis tractum, fermè univerſæ patuerant. Credebat enim conducere omninò, ut ſi eſſe neutrales, quod ajunt, antedictæ Civitates & ditiones Imperii recuſarent, ob conditiones utique minùs conſentaneas, quæ proponebantur, ſaltem ad Regem Chriſtianiſſimum adhæreſcerent, Regioque ejus patrocinio ſe, ac ſuos tutarentur.

Etenim futurum ajebat, ut Rex copias magnas Metis, ad limites Regni, propediem habiturus, & ibi manſurus etiam, præſto eſſet iis, quibus erat patrocinaturus; & omnem injuriam ab eis propulſaret. Quocirca illud ſuadere, rem eſſe arbitrabatur tanti momenti, ut me ideò facturum operæ pretium crederet, ſi Coloniam migrarem Leodio, efficeremque, ut ea deliberatio iniretur.

Quin imò Sereniſſimus Elector Colonienſis mihi eodem tempore per Virum primarium ſatis indicaverat, Principum eſſe commune deſiderium, ut adeſſem, & coram expromerem, quid facto opus. Ego tamen mecum reputans difficultates, quas modò inſinuavi, ac ſciens Electorem Trevirenſem deſciviſſe à Principum aliorum conſenſu, vel fœdere, malui Coloniæ deſiderari, quàm intervenire conſultationi, cujus neutra pars umquam ſatis offenſione, vel invidia caruiſſet.

Etenim ſuadere, ut ab auxiliis belli, Cæſareæ Majeſtati offerendis, ſuppeditandiſque, eæ Civitates, ac ditiones impoſterum ceſſarent, parum videbatur congruere membris S. R. Imperii tam præcipuis; ſecùs admittere patrocinium Regis externi, fuiſſet contra leges Imperii, & fortaſſe officere Civitatibus, & ditionibus antedictis, tempore ſuo potuiſſet.

37 Agitari pridem cœpta erat lis admodum gravis, & pertinens, in Apoſtolico Tribunali meo, inter Sereniſſimum Electorem Colonienſem, uti Leodienſem Antiſtitem & Principem, atque inter Abbatem S. Huberti, cauſa ſylvarum quarumdam, quæ intra ipſos Arduennæ ſaltus ſitæ ſunt, juxta vetus caſtrum Bulloneum, & juxta novum Sedani oppidum, ac Principatum. Nec poterat prudenter aliquid ſtatui, niſi jugera ipſa earumdem ſylvarum coram ad terminos proprios exigerentur, inſpicerenturque de ea re Sedanenſis Curiæ monumenta.

Nimirùm ea ſylvarum jugera Leodienſis Princeps mutuo habuerat ab Antiſtite Sancti Huberti, tantumdem in aliis, aut ſylvis, aut frugiferis fundis, aut certè pecunia repræſentaturus: quando ceſſit eas Principi Sedanenſi, ut poſt difficultates ſatis moleſtas, & diuturnas concordia cum eo demum iniretur.

Eò itaque proficiſcens, primùm contuli me ad Sancti Huberti, quod eſt celebre Cœnobium, tum propter Religioſorum diſciplinam, & ſanctitatem, juxta primævum inſtitutum S. Benedicti Conditoris, & juxta normam Sodalitii Caſſinenſis; tum propter admirabilem curationem à morſu canis rabidi, quæ fit inſerto in eorum, qui læſi fuerint, fronte licio tenui è Sacerdotali ſtola, quam Sidereus Nuncius Divo Huberto de cœlo attulit, dum Romæ Leodienſis Antiſtes à Romano Pontifice inaugurraretur: tum demum propter eam ipſam ſtolam, quæ deciſa quotannis, ut medeatur, non ideò deficit tamen, ſed à multis ſæculis perennat, & oſtendit ſe fuiſſe cœleſte donum, dum ita ipſius cœli refert æternitatem.

Abbas ipſe vir religioſiſſimus, & cui uni accepta debet referri ea, quam memoravi, laus diſciplinæ, ac ſanctitatis, famulos Leodium miſerat, qui ducerent, atque in via me honorificè tractarent, & ad limites propriæ ditionis (nam pagos ſatis multos, latifundia, & ingenta ſylvarum habet) ſubditorum armatas cohortes venienti adeſſe voluit. Ab his verò crebræ militares exploſiones in via, & de genu quidem fiebant, dum in Rheda ego pertranſirem: tanta erant obſervantia erga Sanctam Sedem.

Sed Abbas ipſe etiam adfuit obvius, & cum obſequio ſummo me in ſepta Cœnobii introduxit. Priùs tamen in Templo indutus veſte compluviata, cum agmine Religioſorum me admiſerat, uti Apoſtolicum Legatum. Tamdem re diſpoſita eundum fuit Sedanum; cùm adeſſent nomine Sereniſſimi Principis Leodienſis duo intimi ejus Conſiliarii. In ea porrò Civitate, quæ ſita ad Galliæ limites, eſt altera Geneva, & in qua ſunt omnes ſordes Calvinianæ pravitatis, exceptus ſum eo nihilominus honore, ut inviſerint me ſtatim Præſides Urbis; & Matrona, quæ eſt ejuſdem Urbis Domina, & Soror germana Principis Auraſiæ, mihi uni conceſſerit, quod impetrare ab ea non potuerant, ut ipſamet narravit, Cardinalis Joyeuſe, & Archiepiſcopus Rhemenſis: etſi in hujus Diœceſi eſt Sedanenſis Principatus. Nempè unum ibi dumtaxat eſt Templum Catholicorum, & unum ibi ſacrum à ſolo ejus Templi Parocho celebratur. Volui ego, ut pro me ibidem Aris perlitaret alter ex his, qui mihi erant è Sacris, idque ab ea Principe demum obtinui: quæ, ut dixi, profeſſa eſt ſe mihi in re annuere, in qua recuſaverat aliis, etſi erant conditionis maximæ, gratificari.

38 Vix Leodium Sedano remeaveram, cùm adfuit mihi Præſes Monaſterii Siburgenſis, nobilis Religioſus, & miſſus ab Antiſtite ſuo item nobili; ut quia is Poſtulatus fuerat Abbas, & Princeps Fuldenſis, formarem proceſſum Poſtulationis, Romamque tranſmitterem: quò nimirum de Confirmatione Apoſtolica ibidem agi poſſet.

Ea res implexa & plena difficultatum erat; nam ex quo Joannes Bernardus Fuldenſis Abbas, & Princeps, de ſuo inſigni Cœnobio ac Principatu optimè meritus, obierat trajectus glande, in exercitu Cæſareo; dum prælium fermè decretorium, totis caſtris ad Lutzen committeretur, deſideratis hinc Comite Pappenhemio inclyto Heroe, illinc ipſo Guſtavo Rege Gothorum, qui duo belli fulmina fuerant. Ex quo, inquam, Joannes Bernardus obierat, etiam veteres Præpoſiti Monaſterii Fuldenſis, quibus eſt jus eligendi, & qui ad comitia, quoniam in diverſis regionibus erant, nullatenus poterant convenire, in tres Imperii Principes, & aliquos Antiſtites Ordinis S. Benedicti jus proprii ſuffragii tranſtulerant; ut ſaltem per compromiſſum, quod vocant, novus Fuldenſis Abbas & Princeps ab eis eligeretur.

Terni Principes illi erant Eminentiſſimus Archiepiſcopus atque Elector Moguntinus, Epiſcopus Herbipolenſis, & Epiſcopus VVormatienſis: iidemque ſuffragio ſuo Joannem Adolphum Hoheneck Præpoſitum S. Petri, & Profeſſum Abbatiæ Fuldenſis, ejuſdem Abbatiæ Antiſtitem ac Principem dixerunt. Is verò fuerat aliquando Alumnus Romæ in Collegio Pontificio nationis Germanorum, & præ aliis Præpoſitis habitus ſemper fuerat dignus qui Antiſtes ſupremus eligeretur.

Antea tamen alii Religioſi, qui tranſcripti fuerant in familiam Fuldenſem, poſt reſtitutam à me in ea veterem diſciplinam, & ex quibus aliqui Capitulares, quos vocant, nondum erant, ſeu quia deerat eis Ordo Sacerdotii, ſeu quia deerat nobilitas, ſine qua nulli ab annis trecentis jus ſuffragii Fuldæ habuerant, Comitia nihilominus inierant: & cùm ex antiquis Præpoſitis neminem dignum honore ſupremo judicarent, poſtulaverant Antiſtitem Principemque Abbatiæ, ac ditionis Fuldenſis, Bertramum à Bellintkhauſen, qui Abbas erat, ut dixi, Monaſterii Siburgenſis. Tum verò diviſa ſunt Principum ſtudia; nam erant Coloniæ, qui Electo, erant Viennæ, qui Poſtulato faverent.

Indicavi ego hæc omnia Emin. Veſtræ; & ab ea poſtmodum intellexi, jubere Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, ut proceſſum formarem Electionis pariter, ac Poſtulationis. Quo dein Romæ, ubi Apoſtolica Confirmatio deberetur, æſtimatis utriuſque partis ſuffragiis, deliberari poſſet.

Id cauſæ fuit, cur impensè rogatus à Præſide Siburgenſi, & à viris aliquot primæ Nobilitatis, quos Siburgenſis Abbas ad me miſerat, Coloniam iverim. Etſi periculoſum erat, eò tunc proficiſci; cùm Sveci frequenter tranſmiſſo Rheno, in citeriore ejus ripa quoque prædas agerent, & cædes item viatoribus inferrent. Nec à Svecis modò erat metuendum, ſed à Batavis pariter, & ab Hiſpanis militibus, qui populabundi ficto Svecorum nomine, paſſim vagabantur. Ibi ritè omnia, quæ ad Electionem pariter, & ad Poſtulationem ſpectant (auditis teſtibus perquam idoneis) in commentarios retuli: eaque dein Romam perlata, ſtatim fuerunt arbitrio ſubmiſſa Præſulum illorum, quibus Summus Pontifex diſcuſſionem totius controverſiæ demandavit.

39 Cæ-

Digitized by Google

39 Cæterùm quia Colooiam ex inopinato advenetam, nec licuerat epiſtolas antemittere, quibus conſilium eò proficiſcendi inſinuarem Principibus, qui io eadem Civitate Colonienſi morabantur, & qui Joannem Adolphum Hoheneck Fuldenſem Antiſtitem ac Principem elegerant: ſaltem poſtridie ab adventu Joanoem Baptiſtam de Ninis Auditorem meum ad eos miſi, qui ore tenus id iodicaret, excuſaretqoe ſobitam profectionem meam.

Adveoere ideò eadem die ſalutatum officioſiſſimè, tum Epiſcopus & Princeps Herbipolenſis, tum Epiſcopus & Princeps VVormatienſis. „ Eminentiſſimus verò Archiepiſcopus & Elector Moguntinus Nobilem Virum ex „ Aula ſua miſit rogatum, quanam hora me eodem pariter die adire poſſet; atque ego adventum Emin. Ejus „ omnibus horis, ſeu cùm libuerit, fueritve commodius, „ me expectaturum reſpondi.

„ Nihilomious eùm primæ jam tencbræ appeterent, „ rediit idem ille Nobilis Vir, atque affirmavit, obve„ niſſe negotia, quæ impediverint, quò mioùs inviſerit „ me eo die. Ego viciſſim oſtendi, me excuſationem „ æqui boni conſuiere, & momenta ei commodiora op„ periri velle. Circumegerant ſe aliquot intereà dies, quos impenderam in Commentariis formandis antedictæ tum Electionis, tum Poſtulationis: & poſt eos idem Elector Moguntinus miſit alios, qui me ad conviviom invitarent. Feceram verò aliquam ego ſpem, ratus prius ad me venturum, quàm ego coovivium ejus adirem.

Quocirca cùm noo adſuiſſet, deſtinavi ad Emin. Ejus Antouium Abundantium, qui mihi eſt ab epiſtolis; ac juſſi, ſignificaret, me negotiis perinde impediri, quò minùs eo die ipſius conviva eſſem. Id verò fuit antemeridianis horis ejuſdem diei, in qua epulum apparaverat ſatis hooorificè ac lautè: ut proinde deprecanti convivium acquieſcere ſtatim non potuerit, ſed Nobiles Viros ex Aſſeclis ſuis cum rheda potius venire juſſerit, ſi quo modo ii poſſent efficere officioſis ſuis perſuaſionibus, ut à me prandium acceptaretur. Manſit tamen eadem voluntas, neque tuoc Coloniæ ambo ſimul unquam fuimus: etſi aliquoties per idoneos interpretes egimus, de Electi Antiſtitis Fuldenſis præſertim impetranda Romæ Apoſtolica Confirmatione.

„ Non eram oeſcius, Electorem eò collineaſſe, ut ſpe„ cie convivii traheret me primum ad ædes ſuas; & ideò „ poſtmodum Viro gravi, & cui præbet ipſe familiares „ aures, per epiſtolam expoſui, aliàs ſemper citrà con„ troverſiam Electores, in quovis publico, & maximè „ proprio ſeu coogreſſu, ſeu conſeſſu, Apoſtolicis Le„ gatis cedere conſueviſſe. Ita Coloniæ, inſtitota cele„ bri ſupplicatione, Joannes Baptiſta Caſtaneus Archie„ piſcopus Roſſanenſis, & Apoſtolicus Legatus proceſ„ ſerat medius, inter Gebardum Truchſeſium Colooienſem Electorem, & Jacobum Electorem Trevirenſem. „ Cùm deinde adſequerentur Julius Herbipolenſis Anti„ ſtes, uti Orator Cæſareus, Carolus de Aragonia Dux „ Terræ novæ Orator Hiſpanus, & Philippus Dux Ar„ ſchotaous, aliique Oratores Provinciarum Belgii. „ Atqoe adeò Fraocofurti non aliter in ipſa Maximilia„ oi Regis Romanorum inauguratione, ſedit ſupra ipſos „ Electores Apoſtolicus Legatus, poſt eos verò Electo„ res aſſedere Principum aliorum Oratores.

40 Conſules & Magiſtratus, dum eram Coloniæ, præter uſitatas ſalutationes, gratulationeſque adventus mei, etiam eo nomine mihi adſuerunt, ut grates referrent Summo Pontifici, quòd non ita multò ante Civitati Colonienſi dena millia Imperialium largitus eſſet: opportunum utique ſubſidium, quia tunc novis operibus munire Urbem, & vallum firmis propognaculis, adverſus hoſtes propioquos, tutari oportuerat: poſtquam Siburgenſe Caſtrum invaſeraot Succi, & ibi opes belli præcipuas conſtituerant.

Sed Tuitii maximè adlaborabant Colonienſes Cives; hærebat quippe animis periculum recens, in quo eorum Civitas fuerat: quando Baudiſius cum valida prædonum veriùs, quàm militum maou, eum pagum occupaverat: habiturus Civitatem graviſſimis obnoxiam injuriis, quippe adverſam & ſolo Rheni alveo diviſam, ſi figere in eo pago ſtationem potuiſſet.

Certè multorum ſententia fuit, fore ut ad deditionem cogeretur, aut ad pacta iniqua deſcenderet Coloo ienſis Civitas, ſi perpaucorum dierum intervallo inde quaterctur, extructo ab hoſte aggere tormentario. Ideò ſalu-

berrima fuit alacritas eorum civium, qui priuſquam otium Baudiſio eſſet, eumdem aggerem exſtruendi, ante lucem, defenſi tenebris & nebula, trajecerunt armati Rhenum, hoſtemque aggreſſi tormentis majoribus ex urbe intereà fatigatum, tanta vi, atque impreſſione tam vehementi ex pago exturbarunt, ut ei ad abitum conclamare vaſa minimè licuerit.

Illud tamen laudare non potui, ſtudio muniendi Tuitium, imminutam Colonienſis populi obſervantiam erga magnum Decanum, ſuoſque Summi Templi Caoonicos. Quos utique cum tumultu paulò ante adegerat, ut ex ædibus clauſtralibus, quas voeant, ad locum habendi conſeſſus migrarent, ac darent conſenſum, quo demum locus ille vallo, & foſſa defenderetur.

Neque enim Senatui, ac populo Colonienſi eſt jus, aut poteſtas ulla in propinquos pagos, aut in finitima Urbi jugera terrarum. Et verò videbatur metuendum, ne Tuitium jam ita muniretur, ut poſteà eſſet Arx opportuoa tuendæ, confirmaodæque libertati, in quam Senatus, Populuſque ſeoſim vindicaverat ſe; Archiepiſcopo Electore, ac Principe paulatim excluſo, ſi minùs à titulo, & à jure, ſaltem ab exercitio, vel uſu omnis fermè juriſdictionis, ac poteſtatis.

Effeci proinde, ut Senatus contineret in officio plebem, atque aodaciam coerceret quorumdam, qui jam parum reveriti fuerant, in Civitate maximè Catholica, ſupremum Ordinem Sacerdotii. Quapropter motus ille prorſus quievit, præſertim habito conſeolu de Arce in pago Tuitii extrueoda quidem, ſed mox etiam, ubi primùm à belli præſeotis gravi tempeſtate conſerenaverit, diruenda.

41 Poſtquam eadere Trajectum oportuit, tolerata diu Principis Auraſiæ, & exercitus Batavorom obſidione; Sanctiſſimus Dominus Noſter, ſecum reputaos inclinationem Catholicæ Religionis, quam pati ſenſim poteſt ea Civitas, ſubjecta Dominis inſectis contagio Hæreticæ pravitatis, illud ſubſidii pro ejus conſervatione ſuppeditavit, ut ibidem in duobus Collegiis Canonicorum, oempè S. Servatii Patroni, ac Tutelaris, Deiparæque Virginis, Sacerdotia voluerit citò diſtribui, ſi ea in menſe Apoſtolico vacaverint. Ideò mihi poteſtatem conceſſit, qoatuor primos Canonicatus utriuſque Collegii confereodi in menſibus Pontificiis; ſed neceſſe habui, obicem magnum, dum id ſemel conarer, experiri.

Ne ſpatium Batavis eſſet conſultandi, aut pro poteſtate intercedendi, prohibendique admiſſionem; poſtquam uni, ex deſtinatione peculiari Sanctiſſimi Domini Noſtri dederam jam Sacerdotium in Eccleſia S. Servatii; credideram in rem fore, ſi uteretur ille tantùm obſignatis à me litteris, ad capeſſendam poſſeſſionem.

Nimirum interpretabar, conſenſum Senatus Batavorum haud eſſe rogandum: etſi enim jam perinde Batavi, (atque antehac Duces Brabantiæ, ſeu Reges Hiſpaniarum) nolunt Sacerdoria, & Eccleſiaſticas dignitates, ex Sanctæ Sedis diſpoſitione, à quoquam adiri abſque ſuomet conſenſu, quod *Placetum* vulgò appellant. Rebar equidem eum conſenſum rogari debuiſſe dumtaxat, quoties Romæ, hoc eſt in regione longinqua, honores Eccleſiarum Belgii diſtribuebantur. Secùs verò eſſe, quando in ipſiſmet Provinciis Belgarum ii cooferuntur ab Apoſtolicis Legatis: quoniam hi coram adſunt, nec metuendum videtur, ne honores iidem Viris perparùm idoneis decernantur.

Decanus tamen, & Canonici S. Servatii cenſuerunt, Senatui Batavorum omninò exhibendas litteras collationis; oti maximè ipſorum intereſt jam, cùm alienæ ſectæ Dominis circumſpectè agere. Tum verò Batavi, inſtructi à Miniſtris ſectæ Calvinianæ, inhiantibus avidè ad ea Sacerdotia, ut Dei cultum inquinent ſacrilegio, & ex patrimonio ſacro abdomen ſuum liberaliùs ſagineot, Batavi, inquam, ita inſtructi, etſi expeditæ fuerant litteræ antedictæ, & propoſitæ rationes, propter quas conſenſus negari ab eis non debuiſſet, nihilominùs inhibuerunt Caoonicis iiſdem, ne is, qui Sacerdotium à me obtinuerat, aut qoivis alius poſtmodum, qui Apoſtolicas Litteras acciperet, ad poſſeſſionem admitteretur. Ac ſimul reſcripto iniquiore pronunciarunt, haud plus poteſtatis, aut juriſdictionis debere permitti Romano Pontifici in Oppido Trajectenſi, quàm ei permittatur in cæteris Urbibus, Oppidis, & Municipiis fœderatarum Provinciarum, in quibus videlicet nulla ei poteſtas permittitur, vel juriſdictio.

Ubi jactam eſſe hanc aleam à Batavis agnovi, & ſi conſideravi, ab eis ludum haud omninò inſolitum ludi, cùm Ultrajecti, Arnhemii, Amſterodami, olim conceſſam, fide manifeſta, & publicis tabulis, Religionem Catholicam, ſola legum iniquarum violentia, penitùs ſuſtulerint; ſtatui nihilominùs omni conatu jus Apoſtolicæ Sedis, in re præſenti, propugnare.

Dedi proinde fiduciarias litteras ad Principem Auraſiæ: nam enim hoc pacto à me compellari poſſe potiùs, quàm Senatum ipſum Batavorum (ſi opus foret ſcribere ad Sectarios in cauſa Religionis, aut juriſdictionis) ſignificaverat Emin. Veſtra. Tum Joanni Vandervveecken, Viro Catholico, & qui nomine Sereniſſimi Principis Leodienſis reſidens apud Batavos, audit eruditus, & prudens, ſcripſi omnia, quæ juri Apoſtolicæ Sedis mihi videbantur ſuffragari: quo de iiſdem ipſe ad Principem Auraſiæ coram, Hagæ Comitiis, referret.

Nempè cùm pertineret ad honorem, & famam ipſius, pacta ea ſervari, quæ ſacramento firmaverat, quando potitus eſt Oppido Trajectenſi, hortatus ſum, ſiquidem ſectatur gloriam, ut à Senatu Batavorum, pactorum eorumdem exigeret fidem.

Adhæc quoniam profeſſi fuerant Batavi, ſe in ea dumtaxat venire jura, quæ fuerant olim Ducum Brabantiæ, ſeu Regum Hiſpaniæ: atque inſuper quoniam omnia Eccleſiæ Catholicæ, ſeu membra, ſeu bona fore deinceps intacta, jurejurando promiſerant. Idcircò petii, ſinerent Romanum Pontificem frui libero jure diſponendi de Sacerdotiis, quæ altero quovis menſe Trajecti vacant: quandoquidem hoc jus numquam fuerat Ducum Brabantiæ, ſeu Regum Hiſpaniæ. Neque adeò impedirent, quo minùs Caput Eccleſiæ Catholicæ, hoc eſt Romanus Pontifex, aut influeret benignè in membra eiuſdem Eccleſiæ, aut bona fortunaſque ejus, ſicuti egit anteà tranquillè, ac perpetuò, diſpenſaret.

Sed & ſcripſi, haud congruum videri exemplum aliarum Civitatum, quæ ſubſunt regimini fœderatarum Provinciarum. Nam cum illis pacta recentiſſima non interceſſerunt perinde, atque cum Oppido Trajectenſi. In quo præ illis propterea exercitium Religionis Catholicæ, Aræ, Templa, & Sacerdotes manent; veruſque Fidei Romanæ, atque Apoſtolicæ profeſſio perſeverat.

Cæterùm adjeci, Summum Pontificem hactenùs à Batavis habitum eſſe Principem, qui ſit extra omnem ſocietatem belli cum Hiſpano Rege (neutralem vocant) Idcircò fas non eſſe, ut ei quicquam adimant, ſi cum ipſo bellum non geſſerunt. Quod ſi fecerint, intelligant ei ab ſe injuriam irrogari, qui non modò eſt ſupremus Præſes Orbis Chriſtiani univerſi, in his quæ ſpectant ad veram Religionem, ſed eſt quoque Princeps magnus, & compos temporariæ ditionis; cui amplis ſtudiis Reges, & Proceres Maximi Europæ obſequuntur.

Eſſe ideò cur Batavi poſſint metuere, ne ii Magnates & Reges graviùs accipiant, cum Romano Pontifice ita injurioſè agi, ſpoliarique eum jure tam antiquo. Neve ex iis aliqui negent auxilia impoſterum ad bellum; ſi demum agnoverint, à Batavis, dum ita cum Romano Pontifice agunt, non utique geri bellum Regionis, quod ajunt, ſed bellum Religionis.

Princeps Auraſiæ ſenſit harum rationum pondus, ſuaſitque, ut Joannes Vanderveecken eas traderet diſcuſſioni ſex Jureconſultorum, qui partim eſſent Catholici, partim Sectarii: quo dein certiùs efficeret, ne Batavi rem præſentem, pro ſola voluntate definirent. Conſcius ego hujus deliberationis, reſcripſi, me ſtare quidem ſententiæ ipſorum nolle, at ſuffragium eorumdem nihilominus expectare, quod crederem fore conſentaneum æquitati.

Nec aliter fuit; nam ii Jureconſulti, communibus calculis, & mira conſenſione cauſam Romano Pontifici adjudicarunt; noviſque rationibus, rationes à me propoſitas, ſeu quod inde fit, jus Apoſtolicæ Sedis non mediocriter confirmarunt.

42 Trajecto dedito, & ſimul occupata Lymburgi Provincia, cùm viderem exitum rerum, & fama in dies augeri opes Batavorum, unaque involvi ruina, cum Oppidis & Provinciis, Religionem Catholicam, propoſui Sereniſſimo Electori Colonienſi conſilium, quod ipſe ſtatim arripuit. Nempè ut maturè ageret cum Sereniſſima Belgii Principe, & cum Adminiſtris Hiſpani Regis, quo ipſi Rheinbergæ munitionem Colonienſi Eccleſiæ, de cujus patrimonio erat, reſtituerent, priuſquam Batavi ea potirentur.

Videlicet VVeſalia etiam jam ſtaret, niſi à præſidiariis Regiis munita, Batavis anſam dediſſet, eam invadendi. Idem imminere caſus videbatur Rheinbergæ, quæ ſola in tractu Rheni ſupererat hoſti tentanda, & quod verebar etiam, vincenda.

Sereniſſimus Elector, ſuaſu meo, eam Urbem repetere Bruxellis deliberavit: & porrò id magnoperè urſit. Sed Hiſpani fiducia virium ſuarum in ſpem evecti eam retinendi, ſeu marte aperto, ſeu ſtratagemmate hoſtes eandem adorirentur, annuere Serenitati ejus recuſarunt. Mox Batavi vix caſtra figere circa eam cœperunt, cùm ad deditionem coegere, non ſine Præfecti quadam infamia, qui nihil militare agere, aut pati auſus fuerat, pro illius neceſſaria, aut ſaltem honeſta defenſione.

43 Fuerat Coloniæ Otho Senheim, Religioſus Ordinis S. Dominici, ac deſignatus Epiſcopus Suffraganeus, ab Eminentiſſimo Archipræſule atque Electore Trevirenſi eò miſſus; quò ibi tum ejus Eminentiæ, tum Regis Chriſtianiſſimi nomine, ageret cum Othone Gereone Suffraganeo Colonienſi, & Harigero Henoto Eccleſiæ primariæ ibidem Canonico; atque ii dein exponerent Sereniſſimo Electori Colonienſi, quidquid ille inſinuaverat. Rumor interim erat, eum promovere in Civitate Colonienſi Regis Chriſtianiſſimi patrocinium; quod alioqui, in plebe præſertim, numquam benignè accipiebatur.

Is cùm Confluentiam in Rheno aſcenderet, coactus eſt navem appellere ad ripam, infeſſam ab Hiſpano milite: mutatoque Religioſi Ordinis ſchemate, & laico involutus habitu, violenter abductus eſt Juliacum; ibique arcta in cuſtodia deinceps habitus eſt.

Mox ad me querimoniæ Eminentiſſimi Electoris Trevirenſis perlatæ ſunt; qui urgebat, ut quia in Rheno captus fuerat, id eſt in Legatione mea, in qua etiam eſt Arx Juliacenſis, procurarem illius liberationem. Itaque dedi ad Sereniſſimam Belgii Principem litteras, & partim in eis expoſui, facinus eſſe, Virum Religioſum, Sacerdotem, ac Epiſcopum capere, & carceri mancipare: quaſi cæleſtium execrationes graviſſimæ non prohibeant omnem vim, & injuriam à corpore eorum, qui Eccleſiæ ac Deo militant, & qui ſunt ſacris Ordinibus initiati: partim rogavi Illuſtriſſimum Nuncium Bruxellenſem, id ore tenus Celſitudini ejus ſuaderet efficaciùs: quo demum alter in priſtinam libertatem aſſereretur.

Sereniſſima quidem annuere ſtatuerat; ſed inſinuavit eſſe agendum priùs cum Eminentiſſimo Electore Moguntino. Interea, cùm rem totam retuliſſem ad Eminentiam Veſtram, brevi oppreſſa morbo, longum ſui deſiderium Provinciis, quas ſumma æquitate & moderatione rexerat, reliquit, uti Heroina & Mater Caſtrorum pariter ac regionum, quibus mitiſſimo imperio præfuerat. Cum Marchione de Aytona ideò agendum fuit, qui Præfectus jam erat gubernaculis Belgii ab Rege Hiſpano: & is acceptis eodem tempore Apoſtolicis litteris à Sanctiſſimo D. N. in quibus libertas ejuſdem Epiſcopi Suffraganei Trevirenſis admodum ſeriò petebatur, paruit; ac mandavit Arcis Juliacenſis Moderatori, è cuſtodia eum abire permitteret.

Quæ dum Eminentiſſimo Archiepiſcopo Trevirenſi perſcriberem, & dum à Marchione de Aytona iteratum liberationis ejus mandatum expectarem (id enim rogaveram, quò certiùs & citiùs ille dimitteretur) Marchio idem mutato conſilio juſſit, Juliaco eum ad me deſtinari, integrum relinquens Summo Pontifici, ut de ipſo decerneret, ſicut magis conſentaneum judicaret.

44 Quæ ſunt hactenus narrata, ea majori ex parte inſtructioni reſpondent, mihi propoſitæ ab Eminentia Veſtra, dum Legationem primùm auſpicarer. Superſunt nonnulla, quæ attexam inſtar ſupplementi: eaque jam expediam quàm breviſſimè.

Cùm nihil habuerim prius aut potius, quàm ut Religionem Catholicam rurſus in Provinciis Germaniæ ſtabilirem; ideò crebris epiſtolis, dum fierent præſertim Comitia Mulhuſii, ac Ratisbonæ, ſum hortatus Eccleſiaſticos Electores, ut crederent, ſolicitudinem præcipuam ſui ipſorum debere eſſe, Hæreſim aut retundere omnino, aut hebetare; ſiquidem à ſimultatibus, & à cruentis diſſidiis Imperium pacatum aliquando eſſe vellent.

Eos

Digitized by Google

Eos perinde, quibus Ferdinandus Cæſar demandaverat bonorum Eccleſiaſticorum recuperationem, ac præ aliis Epiſcopum Oſnabrugenſem identidem exſtimulavi, ut cordi rem tanti momenti haberent. Quæ verò ſucceſſu læto ab ipſis peragebantur, eorum à me conſcia fiebat ſtatim Emin. Veſtra, & ut interdum reſcripſit, Sanctiſſimi D. N. aliquoties magnoperè animum ea exhilararunt.

Præter Civitates complures Inferioris Saxoniæ, in quas armata pietas Comitis Joannis Tillii Religionem Catholicam velut poſtliminio reduxerat; Comes Joannes, & Comes Joannes Ludovicus, ambo Naſſovii, ille quidem Sigenæ, hic Adamariæ, atque in propinquis pagis patrimonii ſui, ablegata Hæreſi, Religionem veram, ac veterem reſtituerunt, ex quo tempore fui ego in Legatione; meamque ad id opem neuter eorum umquam deſideravit.

Adhæc eſſet quidem pernecesſarium, auctoritate Apoſtolica viſitare Canonicorum Collegia; ſed opus irritum erit, niſi auxilium adſit brachii ſæcularis. Certè in Eccleſiis Cathedralibus, cùm præſertim Sedes vacat, Canonici quædam ſpontè ineunt pacta, eaque confirmant ſinguli jurejurando, ut ſerventur certiùs ab eo, qui eſt futurus inter ipſos Antiſtes, & Princeps. Semper verò ejuſmodi pacta eò collineant, ut Canonicos ab Epiſcopi eximant poteſtate. Abuſus iſte ſublatus fuit per Conſtitutionem Innoc. XII. editam die 22. Septembris 1695.

Præterea dum Sedes vacat, ſubtrahunt ſæpè annuos proventus ab Epiſcopali menſa quam vocant, eoſdemque addicunt menſæ Capitulari. Hi verò, & ſimiles abuſus tollerentur facilè, ſi ſimul Pontifex, ſimul ſupremi Principes darent operam, ut ea pacta reſcinderentur, abrogarenturque. Interdum ea paſſim nota non ſunt, quia ne emanent, ſtudio magno ab eiſdem Canonicis celari ſolent. Cæterùm ego, uti narravi ſuperiùs, inſpectionem obivi tum Diœceſeos Leodienſis, tum Fuldenſis Abbatiæ fructu non contemnendo, & de quo fama in finitimas Provincias cœpta eſt illicò pervagari.

Ad piſs expeditiones, ſeu miſſiones deſtinare non debui alios ab iis, quos elegerat, deſtinaveratque Sacra Congregatio de Propaganda Fide. Sed ſum hortatus eos ſaltem crebris epiſtolis, ut agrum Domini ſedulò excolerent; deque ipſorum induſtria, & meſſe uberiore poſtmodùm retuli, tum ad Eminentiam Veſtram, tum ad Eminentiſſimos alios Cardinales ejuſdem Sacræ Congregationis.

Circa Monaſterii Noveſienſis gravem, & difficilem controverſiam effeci, ut obtemperaretur Sacræ Rotæ Romanæ deciſionibus, atque ſententiis. Tametſi Sereniſſimus Ferdinandus Archiepiſcopus, & Elector Colonienſis initio id impedire omni ſtudio, atque ope annireretur; nam interpretabatur, citra damnum ſui honoris, ſuæque exiſtimationis, non poſſe eiſdem obtemperari; quandoquidem Serenitatis Ejus partes antea fuerant, exequi Pontificium Diploma Gregorii XV.

Libros, qui vel Religioni Catholicæ, vel Apoſtolicæ Sedi videbantur graves, atque injurioſi, atque adeò eos, qui Sacræ Congregationis Cenſuram meruerant in Indice Romano, expungi & eradi ex albo aliorum Codicum, quantum licuit in Provinciis Hæreſi obnoxiis, curavi. Sed & peculiariter Francofurti, dum nundinæ inſtarent Veris, aut Autumni, primas in Generali Catalogo deferri juſſi Catholicis ſcriptoribus, ac dein accenſeri eis Scriptores Sectarios; cùm antea iis eorumque damnatis codicibus honor in eo Catalogo præcipuus tribueretur.

Quæ fuerat conditio Epiſcopatuum, Eccleſiarum, & Cœnobiorum; quæque in his uſurpaverant Hæretici, aut quæ Catholici, ex Cæſaris decreto, recuperaverant, ea Eminen. Veſtræ ſignificavi tempore ſuo. Scripſi pariter de inſpectione locorum Eccleſiaſticorum, in Univerſo Palatinatu obita à Joanne Baptiſta de Ninis Auditore meo, ſimul & ab Epiſcopo Suffraganeo Spirenſi, ex particulari partim deſtinatione, partim voto Eminentiſſimi Archiepiſcopi, & Electoris Trevirenſis, qui eſt pariter Epiſcopus, & Princeps Spirenſis.

Cum Epiſcopis, & Principibus meæ Legationis ita egi, officia & obſequia certatim deferendo, ut Sedem Apoſtolicam in honore magno, & me in amore præcipuo ſemper habuerint. Quoties inviſere me oportuit Sereniſſimum Electorem Colonienſem, toties obvium eum habui, extra omnia conclavia: & is me deinde ad Rhedam uſque abeuntem deduxit. Eadem ſpecie officiorum uſus eſt mecum Em. Elector Moguntinus, quando ipſum adivi. At Em. Elector Trevirenſis, quoties Confluentiæ fui, cum Rheda eò, quo diverteram, venit, ut me duceret ad Ædes proprias: diſcedentem verò ad navem uſque comitatus eſt.

Congregationi Burſfeldenſi Ordinis S. Benedicti, auctor ſemper fui, ut è ſingulis Cœnobiis, delectos juvenes, poſt exactum Tyrocinium, ad ſtudia Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ mitteret Coloniam, in qua nimirum Civitate proprii Ordinis Seminarium habet.

Idem ſuaſi pariter Ordinibus Præmonſtratenſi, ac Ciſtercienſi; & ille quidem ibi Seminarium ſuis Religioſis perinde aperuit, ad bonas animi artes capeſſendas, referendamque ſacræ eruditionis famam: hic verò, quoniam fuerunt hactenus ſtudiis tranquillis parum amica tempora, vel parum certè commoda impenſis erogandis pro Seminario ſimili erigendo, ſuos ſaltem Religioſos in Cœnobia diverſa Civitatis Colonienſis, item ſtudiorum cauſa, ire permiſit; ut ſanæ doctrinæ ſubſidio, diſciplinam Ordinis certiùs retineret.

Oculo ſemper vigili conatus ſum tueri Apoſtolicam, & Eccleſiaſticam juriſdictionem Leodii, circa cognitionem cauſarum; cùm ei non Spirenſe Prætorium modò, ſed ipſa Tribunalia Sereniſſimi Principis, ac Civitatis Leodienſis perpetuò inſidientur. Etenim ægrè, ac vix ferunt Judices Apoſtolicos, & Eccleſiaſticos, vel jus dicere Leodii in cauſis Laicorum tam Civilibus, quàm Criminalibus: vel eaſdem cauſas in gradu appellationis, ex conſuetudine perveteri devolvi, ſeu ad Metropolitanum Colonienſem, ſeu ad Sanctam Sedem. Cui profectò eſt imprimis honorificum, & glorioſum hoc juriſdictionis exercitium in Germania, atque in Imperio; nam ex eo, ſi benè adminiſtratur, augetur plurimùm Apoſtolici Nuncii exiſtimatio, Clerique dignitas, ac poteſtas ſimul creſcit: è Clero enim ſunt Judices, quibus diſcuſſio demandatur iſtiuſmodi cauſarum.

Equidem fateri poſſum, me Colonia migraſſe, manſionemque Leodii ſtabilem fixiſſe, cum impenſis pro me & familia longè majoribus; vel ideò ut aſſererem antedictam juriſdictionem, quæ ſine exemplo eſt in Germania, atque in Imperio, & ut retunderem Spirenſium mandata, quæ crebrò adverſus ſententias Judicum Apoſtolici, vel Eccleſiaſtici tribunalis ex eo Cæſaris Prætorio manabant.

Cavi deinde ſtudio magno, in reſcriptis ad libellos eorum, qui provocabant, ne quid præjudicii paterentur partes, aut in Poſſeſſoriis, aut in ſententiis Proviſionalibus, aut in tribus conformibus. Si verò cognitio cauſarum retineretur, diſcutienda in meo Apoſtolico Tribunali, ſemper injunxi meo Generali Auditori, ut antequam circa eas definiendo pronunciaret, de jure ipſarum ad me referret. Partes ambas præterea coram me in jus devocabam, ut pro ſe quæ paraverant, promerent, atque adeò invicem opponerent; donec ipſiſmet in comperto eſſet, utri ſuffragaretur æquitas.

Ita fiebat, ut plerumque nullæ audirentur querimoniæ partis, cui lis abjudicabatur, nec provocaret ad Curiam Spirenſem; ſed potiùs latæ ſententiæ omnino acquieſceret. Aut certè, agnoſcens eſſe conſentaneum & pertinens id, quod me aut meum Generalem Auditorem in eam ſententiam induxerat, ad Sanctiſſimum D. N. dumtaxat provocans, exſpectabat, abſque perfugio ad poteſtatis Laicæ tribunalia, tantummodo ex Urbe reſcriptum.

Effeci præterea, ut meus Generalis Auditor ſportulas moderatas exigeret; hoc eſt minores multò, quàm exigant judices primæ aut ſecundæ ſententiæ; quo ita minùs cenſeretur odioſa eadem Sedis Apoſtolicæ juriſdictio. Quin etiam, quò ego cauſis magis obſequens forem, novennium ita vixi Leodii, ut manſerim domi perpetuò, quando erant dies negotioſi, ſeu dies fori; excepto quòd paulò ante primas tenebras in Rheda interdum ſpatiarer per Urbem, ut captarem nonnihil laxamenti, vel otii. Interim momenta diei omnia Advocatis, aliiſque Cauſidicis, & Scribis, & Partibus, inter quas lites erant, impertiebar non ſine magno earundem ſolatio vel commodo; cùm antea iſtiuſmodi arbitria ut plurimùm in Auditorem rejicerentur, tædio inamœnæ contentionis, quæ ſolet eſſe in jure dicundo, & in exercitatione Forenſi.

Sanè hæc patientia vel aſſiduitas meruit, ut Partes ipſæmet, quæ debuerunt cauſa cadere, æquitatem judicii agnoverint, nec in jus iverint denuò ad poteſtatis Laicæ prætoria. Ex quo & illud commodi natum eſt, quod ra-

ra

ra Spirenſes mandata deinceps, adverſus Judices vel Apoſtolicos, vel Eccleſiaſticos, Leodium tranſmiſerint.

Dum Ratisbonæ Cæſaris, Electorum, aliorumque Procerum Imperii erant Comitia, odoratus clam fueram, quoſdam S. C. Majeſtatis Conſiliarios illud moliri, ut exauctorarent exercitum Confœderationis Catholicæ. Et tum interpretans, immeritò eos inſectari copias, quæ ante eam diem ſemper pro Deo, ac pro Cæſare hoſtem vicerant: dedi ad viros primarios, quorum ibi conſilia æſtimabantur, efficaces litteras, ſuaſique, ne tanto præſidio Imperium, imò Religionem Catholicam nudarent, exarmarentque. Manſit proinde Principum Fœderatorum exercitus: atque ejus pariter, alteriuſque exercitus Cæſarei, abdicato Duce Fridlandio, Ductor Generalis conſtitutus eſt Comes Joannes Tillus, caſtra moturus adverſus Imperii novum hoſtem Guſtavum Adolphum Regem Gothorum ac Vandalorum, circa Viſurgim, & circa Oderam; perdomito jam, & Cæſari conciliato altero Rege Cimbrorum.

In familiæ meæ moribus honeſtatem atque modeſtiam ita ſtudui retinere, ut non ea opes & munera, ſed bonam famam quæreret, quoties aliquò eundum, aut alicubi manendum erat. Peculiariter dum obirem Viſitationes Apoſtolicas, intentato metu Cenſurarum inhibui publicè, ne acciperent famuli donaria. Porrò ab iiſdem accipiendis abſtinuerunt adeò, ut cùm recuſaſſent Fuldæ torques aureos, annuloſque gemmatos, quippe in loco Viſitationis, eoſdem recuſaverint perinde Francofurti, quandoquidem ibi rurſus ex Abbatis & Principis Fuldenſis præſcripto eis offerebantur: neque enim interdicti religionem ſimul ipſi cum regione mutaverant. Hujus moderationis verò exempla, & non leges tantùm à me illi acceperant: nam ex Germania iſtam abſtinentiæ referre gloriam duxi ego ſatius, quàm opibus aut donariis ditari.

45 Academiæ, præſidia Religionis, bonarumque mentium adverſus errores omnes armamentaria; ſeu ſtudiis nos imbuant, quibus circa mores temperati & mitigati ſumus; ſeu erudiant gravioribus diſciplinis, quibus Mundum & Mundi Conditorem contemplari, moderari Orbem terrarum legibus æquiſſimis, Deumque agnoſcere vel colere, ejuſque retinere ceremonias vel ritus debeamus. Hæ inquam Academiæ, intra Legationis meæ fines, novenæ numero, ſunt puræ ab omni Hæreſeos inquinamento vel macula; eædemque ab aliis Catholicæ, Apoſtolicæ, ac Romanæ Fidei ſacramento, veluti teſſera diſcriminantur; nempe Colonienſis, Trevirenſis, Moguntina, Herbipolenſis, Muſſipontana, Paderbornenſis, Molshemenſis, Monaſterienſis, & Oſnaburgenſis.

Media & veluti mixta eſt unica, videlicet Erfurtenſis: quæ verò ſanam doctrinam non ſuſtinuerunt, ſed maluerunt ſectari Magiſtros prurientes auribus, habenteſque marcidam Hæreſi animam, undenæ numerantur: nimirum Lipſienſis, Heidelbergenſis, Francofurtenſis, Roſtochienſis, Vittenbergenſis, Marpurgenſis, Helmſtadienſis, Herbonenſis, Altorfenſis, Argentinenſis, & Gieſſena.

De his dumtaxat ego jam ſingillatim & brevi agam: mea ſiquidem non attinet dicere de Academiis aliis Imperii, atque Germaniæ, ſeu penes Catholicos, ſeu penes Sectarios illæ ſint: quoniam intra Legationis meæ limites minimè continentur. Uti ſunt Baſileenſis ad Rhenum, Dilingana in Svevia, Ingolſtadienſis in Bavaria, Friburgenſis in Briſgoja, Pragenſis in Bohemia, Konisbergenſis ſeu Montis Regii in Pruſſia, Tubingenſis in ditione Vittenbergenſi, Viennenſis in Auſtria, Græcenſis in Stiria, & Breslavienſis in Sileſia.

Colonienſem erigi ac fundari An. M. CCC. LXXXVIII. Urbanus VI. Pontifex Maximus permiſit; eandemque munitam privilegiis, atque indultis Academiæ Pariſienſis non ita multò poſt confirmavit. Porrò in quatuor velut membra præcipua diſtribuitur, eaque ſunt Facultas Sacræ Theologiæ, Facultas Juriſprudentiæ, Facultas Medicinæ, ac Facultas Philoſophiæ, Artiumque liberalium.

Univerſis præeſt cum poteſtate ſumma Rector Magnificus; is autem in vices quotannis ab ipſis Decanis quatuor Facultatum eligitur. Penes quem etiam eſt poteſtas juris dicundi in cauſis, & litibus Academicorum ex conſuetudine perantiqua. Magiſtratus tamen Civitatis ſæpenumero, ſi præſertim cauſæ criminum fuerint, & in facinore ipſo deprehendantur Rei, eandem juriſdictionem ſibi vendicat, pœnaſque criminibus conſentaneas decernit.

Quotquot in Colonienſi Academia vel cathedram obtinent, vel donantur laurea, vel in quavis ex facultatibus antedictis, uti membra earum tranſcribuntur, vel ſunt indepti gradum earum aliquem, antea ſemper Catholicæ Fidei profeſſionem emittunt. Alii nullo ejuſmodi vel honore, vel gradu, vel charactere inſigniti, ſi fuerint Sectarii, tolerantur: & quia inficere Catholicos poſſent, ideò præſtaret, infelix lolium à deliciis & vero frumento ſeparare.

Facultas Theologica, ut de ſingulis particulatim jam dicam, magnam ſenſim inclinationem ſubierat. Cùm enim ejus Magiſtri, loco Minervalium, ex Indulto Apoſtolicæ Sedis, Sacerdotia opulenta, quas primæ gratiæ præbendas vocant, ut plurimum haberent, nec enim alia ſtipendia eis erogantur; idcircò earumdem opibus ad vitam clementem & ſuavem inſtructi, raro aut numquam ipſimet Sacram Doctrinam tradebant, ſed aliorum vicaria opera paſſim utebantur. Hinc ſine pondere, ac methodo inſtruebantur Academici, & anni quindeni facilè circumagi ſolebant, priuſquam univerſam illi Theologiam audirent. Ea res verò antehac incommodaverat non parum Archidiœceſi Colonienſi, & præſertim ditionibus Juliæ, Cliviæ, ac Montium; quia pro obeunda in eis animarum procuratione, reparandiſque Religionis Catholicæ ruinis, Parochi & Sacerdotes idonei hoc pacto, niſi poſt longiſſimum diem, non inſtituebantur. Tandem ægra diu hæc Facultas Theologica non mediocriter convaluit, ex quo ad ejus Cathedras Religioſi Societatis admiſſi fuerunt, eaſdemque ad exedras Divinæ Sapientiæ, vel illorum exemplo, vel æmulatione, Ordinum aliorum Religioſi ſeſe laudabiliter invitarunt. Theologia Moralis tamen, & jus Pontificium in hac Academiæ Colonienſis Facultate Theologica non explicantur.

Facultas Juriſprudentiæ dumtaxat jus Cæſareum exponit, qua in exedris publicis, qua in privatis cœtibus Academicorum. Stipendia Magiſtratus exſolvit iis, qui publicè docent, & hi ad Fidei Romanæ profeſſionem adiguntur. Secùs dubia eſt eorum fides, qui docent privatim, & utrorumque Auditores partim Catholici ſunt, partim Sectarii.

Facultatis Medicæ in Academia Colonienſi raræ habentur prælectiones, & ſunt peræquè rari earum Auditores. Videlicet gemini dumtaxat ſunt Magiſtri ejuſdem facultatis, quibus otium non ſupereſt ad docendum; cùm ad eos perſanandos, qui in Civitate oblangueſcunt, frequentiſſimè debeant commeare.

Facultas Philoſophiæ, ac Liberalium Artium ea eſt, quæ in Academia Colonienſi maximè floret, & ſunt illius tria Gymnaſia perinſignia; nempè Montanum, Laurentianum, & Trium Coronarum. In his verò ſingulis Grammatica, Syntaxis, Poeſis, Rhetorica, Logica, Ethica, Phyſica, & Metaphyſica, peculiariter autem in tertio Gymnaſio Litteræ Græcæ, ac Matheſis explicantur.

Collegium Montanum vetus præ aliis, eas quotannis opes ex proventibus ſuis percipit, ex quibus ſi congrua ſit œconomia, juvenes ducentos fermè ſuſtentaret. Magiſtri in hoc Gymnaſio ſunt omnes è Clero, aut ad Cleri ſtatum aſpirantes. Victum pro Minervali habent, & inſuper pecuniæ aliquid ex his, quæ pendunt, quotquot ad Philoſophiæ lauream promoventur tempore ſuo. Expectant ii demum Sacerdotia, ex Apoſtolicæ Sedis indulto: & tum plerumque, ut dixi, cathedris ſuis nuncium remittunt. Univerſi qui hoc Gymnaſium, ſtudiorum cauſa, quotidie frequentant, erunt facilè ſeptingenti.

Collegium Laurentianum haud magnoperè diſcrepat à proximè ſuperiori Collegio Montano, tum in conditione ipſa Magiſtrorum, tum in eorum Minervali, & ſpe Sacerdotiorum. Superat tamen, partim numero adeuntium quotidie illius prælectiones, circiter ad mille ducentos; partim numero eorum, qui aluntur in eo ex Magnatum & Civium honeſtiſſimorum legatis. Hi nimirum, aut ſubditis, & popularibus ſuis, aut affinibus ſtationem ibi, manſionemque, captandæ eruditionis cauſa, fundarunt, facilè ad trecentos juvenes alendos. Sed & frequentant prætereà hoc Laurentianum Gymnaſium ſponte, nonnulla Ordinum Religioſorum Seminaria, uti Benedictinorum, Præmonſtratenſium, & Franciſcanorum; atque adeò Seminarium Juvenum Batavorum, qui educantur; ut ſuppetant Parochi, & Sacerdotes, Provinciis fœde-

fœderatis, ad ſemen avitæ Religionis ſovendum in eis, & propagandum. Laudares ideò ab omni parte hoc Gymnaſium, niſi duo deſiderares: videlicet, ut exigeret, etiam ante Philoſophiæ lauream, Fidei Catholicæ profeſſionem, atque ut in diſcipulis, majore aliqua exercitatione Chriſtianæ pietatis, nimiam juventutis licentiam, vel coerceret penitùs, vel mitigaret.

Collegium trium Coronarum, ante annos ampliùs, ſeptuagenos habuit Præſidem, ac Moderatores Sectarios, ſed Senatus iis exactis, illud Societati JESU dedit, cum appellatione trium Coronarum. Ea eſt icon teſſeraria Populi Colonienſis, ob ſacra trium Regum Lipſana, qui & olim peregrinabundi ad cunas infantis Dei, ex Oriente cum donariis venerunt, & jam in Æde primaria Civitatis veneratione ſumma coluntur. Æmula virtus, in aliis duobus Collegiis, illicò exſtimulari cœpit, cum magno bono rei litterariæ. Nam docendi modum, quem in uſu habet Societas JESU, inpoſterum ibi ſectando, effecerunt, ut Academicorum numero & laude admodum creverit. Floret cæteroqui maximè hoc Gymnaſium trium Coronarum pietate, eruditione, & frequentia ſuorum Academicorum, quos ſupra mille ducentos recenſet in politioris Litteraturæ, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ palæſtris. Eſſet imò numerus eorum adhuc multò frequentior, niſi ſubſidia idonea juventuti, ſeu ſovendæ, ſeu promovendæ, eidem Societati JESU eſſent adempta. Fundationes quippè Alumnorum, translatæ ad alia duo Gymnaſia fuerunt: & cùm Sacerdotia Magiſtris aliis Academiæ Colonienſis conceſſa, Patres Societatis JESU non admittant, nec ad eadem aſpirent; dolent ſaltem, ſpem eorum adimi perinde Academicis ſuis, quandoquidem ab ea ſpe haud excluduntur Academici aliorum Gymnaſiorum. Certè ad hæc immigrant non rarò ii, qui honores, atque opes ſimul cum peritia venantur; eaque res in grave incommodum cedit hujus Gymnaſii trium Coronatum. Frequentant in eo peculiariter ordinarias prælectiones, quotquot à Sereniſſimo Archiepiſcopo & Electore, in Cleri Seminario aluntur, ut ſint Curiones ſacri, & Paſtores animarum in Colonienſi Archidiœceſi, atque adeò Adoleſcentes ex altero Seminario Sodalitii S. Crucis, qui ex Provinciis Hæreſi affectis oræ Septentrionariæ, ad Fidem Orthodoxam adducuntur.

Terni ſunt abuſus præcipui, in hac Artium Facultate, quos emendare, ſed irrito conatu, etiam Anteceſſores loci Apoſtolici Legati, necdum alii Præſules & Magnates, ſtuduerunt. Nempè ex iis, qui peritiæ ſuæ periculum ritè ſubeunt, nemo rejicitur à gradu, vel laurea Magiſterii: ex quo fit, ut non pauci minùs digni quotannis promoveantur. Dein promotio ipſa eſt nimio ſumptuoſior, quia ſuſcepturi gradus Academicos uſque ad Magiſterium, pendunt ſinguli vicenos minimum daleros Imperiales; nec multi ſimul, more aliarum Academiarum, ſed terni dumtaxat, aut quaterni promoventur; & hi ſemper epulo excipiunt, ac tractant ferè Convivas centum. Hinc tota Quadrageſima ſunt quotidie Academicorum Sympoſia, in quibus dum Convivæ cum exceſſu ſe frequentiùs invitant, ſimul Parentum ſæpè inopum crumenas, & æraria domeſtica, cum detrimento Reipublicæ non mediocri, exhauriunt. Prætereà retinetur conſtantiſſimè ritus antiquus, novos Academicos initiandi: in quo ritu exceſſus varios licentiæ, ac petulantes ineptias exercent juvenes temulenti, nec decenter, aut modeſtè ludibundi, cum inſigni nota, vel probro totius Academiæ Colonienſis.

Eſt ea cæteroqui celeberrima, quam etique illoſtrarunt tria maxima ingeniorum lumina, & primæ ſapientiæ oracula, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, & Joannes Duns, cognomento & patria Scotus. Ille olim Coloniæ Cathedram habuit, Cœnobiumque ac Templum Ordini ſuo fundavit. Fuit verò ibidem Præſes, dum Thomas Aquinas, ex Sacræ Theologiæ exedra, grande illud ſpecimen ingenii cœleſtis daret, ex cujus admiratione Albertus ipſe vaticinatus eſt fore, ut qui bos mutus anteà (quippè ſilentio tegens, ac ſervans theſauros animæ) vocabatur, ederet mugitus, olim audiendos in univerſo Orbe Terrarum. Thomas idem Aquinas hoc ipſum æternum ſui monumentum ibidem, & exedram eamdem, quæ viſitur hodieque in Clauſtro, & intra ſepta Cœnobii, memoriæ poſterorum conſecravit. Joannes Duns demùm, & ſuæ ſapientiæ famam, & ſui corporis exuvias, in Odæo Templi Ordinis proprii, Coloniæ reliquit.

Trevirenſis Academia, omnium vetuſtiſſima, primas in hoc cenſu mereri poterat; niſi, uti ferunt temporum, ac rerum humanarum viciſſitudines, imminuta & propemodum collapſa, cœpiſſet non ita pridem à propriis Archiepiſcopis reſtaurari, & ad normam exigi Academiæ Colonienſis. Patres Societatis JESU humaniores litteras, Philoſophiam, & Sacram Theologiam in ea explicant; & quotquot, aut Academiæ inſcribuntur, aut conſequuntur honores ejus, profitentur publicè Catholicam Fidem. Prælectiones, tum Juris Prudentiæ, tum Artis Medicæ Lotarius Archiepiſcopus, ante annos non ita multos, reſtituit: omnium verò gubernaculo præficitur quotannis primarius aliquis Antiſtes, aut Præſul ex iis, qui degunt in ipſa Civitate Trevirenſi.

Moguntina Academia primùm inſtituta eſt à Diethero Iſnemburgico Archiepiſcopo, & Electore, vertente propemodum quintodecimo ſæculo, eandemque Sixtus IV. Pontifex Maximus, auctam privilegiis Apoſtolicis, confirmavit. Alioqui anteà Moguntiæ fuerant Viri doctiſſimi, ævo æquales ipſimet S. Hieronymo: nec iidem ibi deſiderabantur poſtea, Regnante Pipino Principe, & Carolo Magno Imperante. Qui ſtudiis bonarum artium pariter, & ſublimium diſciplinarum ibi redintegratis, ingenia ſæculi ſui egregiè ſoverunt: non ideò tamen tunc, aut deinceps Moguntiæ Academia erat propriè, ante Dietheri Iſenburgici Principatum. Ceterùm, ut initia ſunt plerumque plena vigoris & alacritatis, confirmata vix ea fuerat, cùm propugnare cœpit coram ipſo Archiepiſcopo fundatore ſuo pronunciata quædam Joannis Burchardi VVeſalienſis, aliena prorſus ab Orthodoxæ Fidei veritate; & illuſtre trophæum de iiſo ſtatim veræ Religioni conſecravit. Senſit ea nihilominus, aut languorem pacis, quæ ex noſtro ut plurimum vitio abit in otium ignobile, quoniam huic pax finitima videtur; aut bellorum incommoda, in quibus bellis, & ſi digna litteris geruntur, extinguuntur tamen & litteræ ipſæ, & earum amor atque exercitatio: aut denique cariem temporis, cum quo artes animi aliquando, ſi minùs ipſe animus, conſeneſcunt. Idcircò cùm hebeſceret paulatim virtus & fama ejus, evoluto propemodum ſæculo à primis illius exordiis, Daniel Brendelius Archiepiſcopus & Princeps Elector, è Societate JESU Magiſtros accerſivit, eoſque in Academiam tranſcribi juſſit. Eiſdem Joannes Svvicardus Chronebergius, pariter Archiepiſcopus & Princeps Elector, Collegium Moguntiæ ſundavit. Ex eo tempore autem floret imprimis Sacra ibi Theologia; ſed contrà deficit ſenſim Juris prudentia: quotquot verò ad lauream aſpirant, Symbolo Fidei Catholicæ ſemper, militaturi deinceps certò in caſtris Eccleſiæ, priùs initiantur.

Herbipolenſis Academia quattuor omnes Facultates, & Præceptores in ſingulis earum ternos aut quaternos habet, cum Alumnorum Seminario, qui ſunt partim Nobilium, partim tenuiorum Natalium. Fundator ejus fuerat Joannes ab Egloffſtein Epiſcopus ac Dux Franconiæ, fundationique ſubſcripſerunt Bonifacius IX. ac Rupertus Rex, atque adeò ille Viros cum primis eruditos aliunde, ut docerent in ea, devocarat. Poſtmodum gravi oborta inter Clerum & Cives ſimultate, ab ejuſdem Epiſcopi obitu, Academia Erfurtum Urbem Thuringiæ traslata eſt: Moderatoribus Studiorum eam tranquillam Sedem poſtputantibus Civitati perturbatæ, ac fermè diſſidiis fatiſcenti. Eandem proximè ſuperiori ſæculo reſtituit Fridericus Epiſcopus & Princeps: qui etiam Herpipoli Domicilium & Gymnaſium Societati Jeſu aperuit. Dein Julius Echter à Meſpelbron Epiſcopus, & Dux glorioſi nominis in omnes annos conſequentes, nova Academiæ ſuæ privilegia, à duobus ſupremis Reipublicæ Chriſtianæ Principibus Gregorio XIII. Pontifice, ac Maximiliano II. Cæſare perrogavit. Ipſe verò haud eſſe inferius ſua dignitate arbitratus eſt, quod ſuffragatione communi, à quatuor Facultatum Decanis primus Academiæ reſtitutæ Præſes, ſeu Rector Magnificus diceretur. Imò eam inter Litteratos perſonam, ſolidum annum, uti mos eſt, retinuit: atque ab hoc in bonas artes amore, dignus profectò earum immortali commendatione, auſpicatus eſt ſuum nobiliſſimum, quem rexit glorioſè in annos plurimos, Principatum.

Muſſiponti Academia, in Lotharingiæ ditione, ante annos ampliùs ſeptuaginta Fundatorem ac Parentem habuit Carolum à Lotharingia S.R. Eccleſiæ Cardinalem, Tullenſis Eccleſiæ Antiſtitem, atque Regiæ Galliarum

ger-

Digitized by Google

germanum Fratrem. Hic porrò eandem Academiam Societati JESU univerſam volens ac libens permiſit; & peculiariter conſtituit, ut Moderator ipſius Societatis, ſimul ſit Academiæ totius Rector, ac ut in Præceptores quoque Juriſprudentiæ poteſtatem exerceat. Atque adeò ſanxit, ut qui Præfectus eſt ſtudiis in Collegio antedictæ Societatis, idem ſit ſemper totius Academiæ Cancellarius. Juventus frequens, ejuſque diſciplina in litteris peræquè, atque in moribus, præclarum ac celebre admodum reddiderunt hoc litterarium emporium, finitimis Belgii, Galliæ, atque Germaniæ Provinciis opportunum, ad quod propterea indidem commeant multi, ejuſque decus augent magnoperè, iſtiuſmodi pulchra ingeniorum pariter ac nationum varietate.

Paderbornenſis Academia in VVeſtphalia à Theodoro Furſtenbergio Epiſcopo & Principe fundata eſt; munita verò privilegiis à Paulo V. Pontifice, ac Mathia Imperatore, anno hujus ſæculi M. DC. XVI. extructis pro ea ſumptu magno ædificiis. Hæc pariter univerſa Societati JESU tradita eſt, cujus Religioſi Paderbornæ annis anteactis, in ſumma temporum, ac rerum difficultate, litteras humaniores docuerant, primò quidem habitu diſſimulato, tamquam Laici Præceptores, dum erant adhuc odioſa nomina Sacerdotium & Religio; dein omiſſa, nec ampliùs neceſſaria veſtium ea diſſimulatione, ſed in loco tameo perincommodo, nempe in ipſo ſummi Templi periſtilio. Donec Theodorus Antiſtes & Princeps ſingulari liberalitate Gymnaſium eis exædificavit. Cum autem præter minores diſciplinas, Philoſophia & Sacra Theologia ibidem à Præceptoribus Societatis JESU explanentur; Rector ejuſdem eſt Academiæ ſemper ſupremus Præſes, Præfectus verò Studiorum eſt illius Cancellarius. Juventus in hoc Paderbornenſi Gymnaſio eſſet frequentior, ſi bello extincto, viduæ ab incolis finitimæ Urbes, ac Regiones poſſent liberiùs ſtudia, quæ ſunt pacis ornamenta, conſectari.

Molshemenſis Academia originem ſuam acceptam refert Joanni à Manderſcheidt Epiſcopo, ac Principi Argentinenſi. Nam is à Civibus rebellibus & Sectariis Urbe ſua pulſus, ac Tabernis Civitate ſatis munita degens, cùm propriam Diœceſim repurgare ab Hæreſi deliberaſſet, adjutores hujus præclari conſilii adſcivit Religioſos Societatis JESU: & eorum aliquos juſſit in vera Religione, ac bonis moribus juventutem inſtituere Molshemii, Oppido cæteroqui exiguo, ſed propinquo ſaltem Civitati Argentinenſi, quam lues Lutherana univerſam infecerat, & ritibus ſuis prophanaverat. Auſpicatus deinde ſtructuram Gymnaſii idem Princeps, alterum ejus latus excitavit, in quo Religioſi ſeorſim, & Alumni deinceps inhabitarent. Sed è vivis interea excedens, ſucceſſorem habuit Carolum à Lotharingia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem; qui novi ædificii acceſſione alterum latus adjiciens, ſupremum etiam impoſuiſſet lapidem, niſi belli atque armorum neceſſitas coegiſſet, ut in ſtipendia militum erogaret, quidquid faſtigio ædium extruendo jam animus ejus deſtinaverat. Diſſidia enim Canonicorum, & factio eorum adverſa, Epiſcopum & Principem alium ſuffragiis ſuis elegerat unum, ex liberis Septemviri Brandeburgici: & hi ambo ideò galeam, quàm cidarim, lanceam, quàm lituum tractare debuerunt. Conſummavit itaque opus, iis difficultatibus cœptum, Leopoldus Archidux Auſtriæ, & in Epiſcopatu Succeſſor, tametſi bella etiam tum ingruerent, & tubæ undique conſonarent. Quocirca ſumma cum admurmuratione Catholicorum, ringente verò Argentinæ Lutheranorum Synagoga, impetravit, & promulgavit Pauli V. Pontificis, ac Mathiæ Cæſaris privilegia Ann. M. DC. XVIII. ac Molshemienſem Academiam inchoavit. Pro Alumnis quoque, ſeu Nobilibus, ſeu humilioris notæ, annua ſtipendia fundavit, munificentia ſanè admirabili, atque ad honores Academiæ vidit promoveri ſtatim Viros præſtantis ingenii, qui eò ex variis Alſatiæ Urbibus commigraverant, ut auſpiciis tam egregii Principis, utpotè Mecœnatis Litteratorum, operarentur Sacris Sapientiæ Æternæ; laureaque inornati, Antiſtites ejus inaugurarentur.

Monaſterienſis Academia cœpta eſt erigi poſtremis annis meæ Legationis; ſupplicavitque pro ea erigenda Sanctiſſimo D. N. Urbano VIII. Sereniſſimus Ferdinandus Bavarus, Archiepiſcopus & Elector Colonienſis, qui eſt ſimul Epiſcopus & Princeps Monaſterii. Hæc Civitas eſt totius VVeſtphaliæ Metropolis, & nobili Clero, honeſtis Civibus, ac ingenua juventute abundat: adeò ut, vel in his difficillimis temporibus, Gymnaſium Societatis JESU, ſolius litteraturæ politioris cauſa frequentarent diſcipuli mille quadringenti. Diœceſis univerſa lue ſuperſtitionum omnium, nempe Anabaptiſmi, Lutheraniſmi, & Calviniſmi dudum affecta, non videbatur poſſe commodiùs ad veræ Fidei ſemitam reduci, quàm ſi Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ prælectiones, in Civitate totius Ditionis domina, deinceps haberentur. Sic enim finitimas Sectarum Academias oppugnare certiùs licuiſſet; & formari ſimul idonei Paſtores animarum potuiſſent, qui plurimis in pagis Diœceſeos deſiderabantur. Aliò enim migrare ad hauriendas majores diſciplinas ii, quibus res domi anguſta eſſet, nequibant: nec admodum proderat, ad eas comparandas ire interdum Adoleſcentes alios, aut nobiles, aut opulentos; nam hi cùm ad lares proprios revertebantur, aucupabantur honorabiliora Sacerdotia, & copioſos eorum proventus in Collegiis Canonicorum quærebant: dedignabantur verò Parochi munia, & opus, quod opes exiguæ ut plurimùm comitantur. Voluiſſet quidem Summus Pontifex, ut Juriſprudentia etiam, præter Philoſophiam, & Sacram Theologiam, in hac Monaſterienſi Academia juventuti traderetur; ſed dum interim ad id expectantur feliciora tempora, ſolùm licuit, neceſſitati Religionis conſulere. Demùm penes Religioſos Societatis JESU ſunt cathedræ pariter, ac regimen iſtius Academiæ.

Oſnaburgenſis Academia, olim ab ipſo Carolo Magno, uti perhibent, inſtituta, & demùm extincta Hæreſum veneno, ruſus excitata eſt ante ſeſquiannum à Franciſco Gulielmo Epiſcopo, & Principe Oſnaburgi. Qui ut ſanioris doctrinæ luce, & Catholicæ veritatis calore foveret meliùs ſemina Orthodoxæ Fidei, cui excolendæ in hac ſua Diœceſi impenſiſſimè ſtuduit, impetravit & ipſe à Sanctiſſimo Domino Noſtro Academiæ inſtaurationem. Summa verò celebritate, nova illius exordia decoravit, excivitque è Sedibus ſuis partim ſama egregii conatus, quantumvis belli, atque armorum ſono ubique omnia perſtreperent, partim officioſa, liberalique invitatione primos finitimarum Urbium Antiſtites, ac Præſules; qui cum infulis, & inſignibus ſuis, ibi primordiis illius intervenerunt. Ad humaniores litteras, Philoſophiæ & Sacræ Theologiæ dumtaxat pronunciata, & oracula acceſſerunt, quod erat maximè neceſſarium in præſentia, adverſus Magiſtros Heterodoxos, qui Synagogas frequentes habent in Urbibus propinquis extremæ Saxoniæ. Sed cùm perinde ſoli Religioſi Societatis JESU hujus Academiæ Oſnaburgenſis exedras, & gubernaculum tegerent, atque adeò meſſis magna incaminatæ ſapientiæ ad grande Religionis incrementum jam feliciter matureſcere videretur: violenter invaſit Oſnaburgenſem Urbem Miles Dynaſtæ Luneburgenſis, & momento emarcuit omnis ille vigor ſapientiæ, in quo ſpem frugis uberrimæ, optimus Princeps, & vigilantiſſimus Antiſtes collocaverat.

Erfurtenſis Academia fundatorem dicitur habuiſſe Regem Francorum Dagobertum, exeunte fermè ſæculo quattodecimo. Privilegia verò accepiſſe primùm à Boniſacio IX. ac dein à Pio II. Summis & Romanis Pontificibus. Sed & in eam ſtatim ferunt immigraſſe ſtudiorum cauſa plurimos, ineunte proximo ſæculo quintodecimo, qui ex Pragenſi Academia exceſſerunt ſponte, poſtquam in ea graſſari Huſſitarum lues occœpit. Cæterùm quemadmodum Erfurti Civitas, ita ejus Academia (quod indicavi ſuperiùs) mixta eſt; nam in ea Religioſi Societatis JESU tantummodò humaniora ſtudia, & Logicam antehac docuerunt, ſublimiores autem diſciplinas explanarunt Laici Præceptores plerumque Sectarii. Civitas quidem Archiepiſcopo, & Electori Moguntino ex jure ſubeſt, qui Epiſcopum Suffraganeum in ea, & Præfectum Urbis pro poteſtate conſtituit; ſed dum re ipſa in Prætorio Spirenſi diſceptatur, hinc pro juriſdictione, illinc pro libertate, inita interim eſt concordiæ ratio, ex qua nihilo plus commodi cepit, aut Academia ipſa, aut Catholica Religio.

Lipſienſis Academia orta primùm eſt initio quintodecimi ſæculi, quando Joannis Hus, & Vvicleffi errores univerſam Bohemiam, & imprimis Academiam Pragenſem ab Orthodoxa Fide ſejunxerunt. Peculiariter ea origo ſeceſſionis fuit, quod cùm in Pragenſi Gymnaſio quatuor cenſerentur nationes, Bohemica, Polonica, Saxonica, & Bavarica; ab Rege ſuo Bohemi odioſam

præ-

prærogativam impetraverint; ex qua nimirum ſoli ternis aliis anteirent adeò, ut tantundem ea Academiæ commodis & privilegiis ſoli ad ſe derivarent impoſterum, quantum Poloni, Saxones, Bavari, ſimul erant habituri. Quocirca hi conſilio inito, Lipſiam contulerunt ſe, ibique novam fundarunt Academiam, quam pariter nationes quatuor frequentarent, nempè Miſnienſis, Saxanica, Polonica, & Bavarica. Cùm diu tamen floruerit, Hæreſis eam poſtremò infecit.

Heidelbergenſis Academia, à Ruperto II. Comite Palatino fundata, & confirmata ab Urbano VI. Pontifice, omnium Artium, Philoſophiæ, Medicinæ, Juriſprudentiæ, ac Sacræ Theologiæ ſtudiis clara, diu famam habuerat. Cùm Calviniana impietate tamdem depravari etiam ipſa cœpit; & tum in Germania diſſidiis Religionum, ac præliorum vehementer concuſſa, uti ad prædam patuerunt ſepta Religioſorum, quæ ſpreta ſanctitate haud ſatis jam poterant cuſtodiri; ita in eorumdem Cœnobiis inſignes quævis Bibliothecæ expilatæ fuerunt, iiſque ſpoliis mirum in modum crevit Bibliotheca Heidelbergenſis. Amplis etiam redditibus Collegium ibi fundatum eſt inſtituendæ juventuti, cui à ſapientia (ſcilicet Calviniana) vocabulum inditum eſt; & Seminarium hoc fuit, ea quo translata germina Hæreſeos Calvinianæ in regiones finitimas pariter, ac longinquas, latè impietatem eamdem proſeminatunt. Tamdem Federico Comite Palatino exauctorato, & propriis ditionibus exuto, Bibliotheca ea tam celebris, uti Victoriæ monumentum, à Maximiliano Bavaro, Catholicæ Confœderationis Supremo Duce, ac Victore, miſſa eſt ad Romanum Pontificem, & inſuper reſtitutæ Catholicis Præceptoribus Cathedræ jam fuerant. Felicitas ea tamen non diuturna fuit; quia rurſus ad Sectarios Dominos Civitas, & Principatus, bello recrudeſcente, remearunt.

Francofurtenſis Academia, ſita in ditione Brandeburgica ad Oderam fluvium, & fundata à duobus Brandeburgi Marchionibus Joachimo, & Alberto, ad initia ſæculi ſexto-decimi, privilegia dicitur habuiſſe ab Alexandro VI. & Julio II. Romanis Pontificibus, atque à Maximiliano I. Cæſare.

Roſtochienſis Academia, in Megalopolis ditione, fundata eſt à Dynaſtis ejus regionis Joanne, atque Alberto, ineunte ſæculo quinto-decimo: quo nimirum tempore, Legatio inde miſſa eſt in Urbem Romam, ad petenda privilegia Sanctæ Sedis, cujus eſt Chriſtianæ Sapientiæ Gymnaſia confirmare.

Vvittembergenſis Academia, quæ ad Albim flumen eſt, in Metropoli Superioris Saxoniæ, fundatorem habuit Fridericum I. Ducem, & S. R. Imperii Septemvirum, in ipſo exordio ſæculi decimi-ſexti. In eam non ita multò poſt Martinus Lutherus, & Philippus Melanchton virus omne ſuum vomuerunt. Fuit verò cathedra præcipua peſtilentiæ ipſorum; regionemque omnem, afflatu virulento, graviter admodum inquinavit.

Marpurgenſis Academia primùm erecta, cùm Lutheri delira & impia dogmata cœpta ſunt proſeminari, hoc eſt ad annum M.D.XVI. novennio poſt inſtaurata eſt à Philippo Haſſiæ Lantgravio.

Helmſtadienſis Academia, in ditione Brunſuvicenſi, ab Helmanis Vallibus in quibus jacet, eam appellationem accepit; cùm Julia inſuper nuncupari ſoleat, à Julio Duce, ac fundatore. Is & Academiam erexit, & in eam tranſcripſit Gymnaſium aliud minùs frequens, quod antea Gana fluvio alluebatur.

Herbornenſis Academia, in Naſſoviorum ditione, multum intulit damni Catholicæ Religioni; cùm in ea plurimi Nobiles Adoleſcentes, Calvini corruptelas didicerint, aliique tenuioris notæ ea eadem prodierint Miniſtri, & Prædicantes, quos appellant; atque in Vveſtphaliam & Friſiam errores ſuos deinde importarunt. Fundator illius fuit Joannes Naſſovius Senior; ſed alter Joannes Naſſovius Junior, qui jam eſt Magiſter Equitum in exercitu Regis Catholici, profeſſus Orthodoxam Fidem, non ita pridem Sigenæ Gymnaſium Societatis JESU aperuit, ex quo Hæreſis non parum in ditione Naſſoviorum debilitatur.

Altorfenſis Academia, à Magiſtratu Reipublicæ Norimbergenſis erecta eſt, intra Diœceſim Epiſcopi Bambergenſis, circa annum M.D.LXXI.

Argentinenſis Academia, circa eadem tempora perinde cœpit frequentari, etſi antea ibidem ludum litterarium S.P.Q. Argentinenſis, juventuti ſuæ aperuerat. Hæ ſaltem duæ poſtremæ accepiſſe privilegia à Maximiliano II. Cæſare dicuntur.

Gieſſena Academia demùm inchoata eſt Anno M.DC.II. imperante Rodulpho II. Cæſare.

Atque hic eſt cenſus Academiarum, quibus intra fines Legationis meæ, partim Religionis Catholicæ veritas propagatur, partim Sectariorum Synagogæ, in errore pertinaci, confirmantur. Plurimæ ſunt deinde Civitates, in quibus Collegia, & minores cathedras habet Societas JESU, ut in vera pietate, boniſque artibus juventutem erudiat, ac ſenſim ad Fidei Orthodoxæ profeſſionem Germaniæ, atque Imperii Provincias reducat.

46 Deſcribam jam, velut alterius appendicis loco, Civitates aliquas, quas adivi, obeundo negotia meæ Apoſtolicæ Legationis, & in quibus aliquantulum moratus ſum; nec enim ita noſſe alias licuit, quas debui ego ita in itinere pertranſire, ut penè tantùm eas à limine ſalutaverim. Coloniæ ac Leodii deſcriptio erit paulò prolixior, quia in ea gemina Urbe ordinariam ſedem ac manſionem habui.

Colonia eſt Auguſta Ubiorum, qui olim Populi finitimi Sicambris, habitanteſque in ea Germaniæ Regione, quæ explicat ſe inter amnes duos Rhenum & Mœnum, amicitiam Populi Romani expetiverunt, adverſus Cattos, populos item propinquos, & infenſos. Ideò Cæſar ſocialia eis arma, & ſigna conferens, in Rheno pontem ſtravit, movitque in trans-Rhenanos, quos Marte felici ſuperavit; & in Gallias cum ingenti præda per Ubiorum fines remeavit. Sed Cæſare dein, non modò in Provinciam ſuam eunte, verùm excedente demùm è vivis, cùm Ubii nova ab hoſtibus paterentur damna, quibus nec propulſandis, nec ferendis erant; impetrarunt ab Auguſto Cæſare, ut ex Civitate ampla, & quamdiu vis externa abfuerat, florente migrarent in Rheni ripam citeriorem, quæ tunc erat limes Galliæ, obſequentis Imperio Romano. Itaque in eam ripam non inviti, ut loquitur Strabo, traducti ſunt Ubii, ab ipſomet M. Agrippa Galliarum Præfecto; ab eoque, veluti novæ Urbis eorum Conditore, Agrippinenſes appellari fuerunt. Civitas ipſa ita extructa eſt, ut referret Romæ quadratæ veterem formam; quò nimirum ita ea Civitas, quæ Colonia Romana non eſſe meruit, tamquam Filia pulchra, Matrem ſuam pulchriorem imitaretur. Cæterum ex veterano Milite coloniam eò deduci primùm curavit Agrippina, Germanici Filia, Neronis Genitrix, & Claudii Conjux: quia nimirum ibi nata fuerat; ab eaque Coloniæ Agrippinæ vocabulum accepit. Quoniam verò in Coloniis Romanorum ea forma Reipublicæ, atque is olim erat Magiſtratus, ut Duum-viri, Trium-viri, ſeu Quatuor-viri, ad hæc Ædiles, Quæſtores, Cenſores, Decuriones populum regerent: ideò jam non incongruè ſex Viri Conſulares, nimirum duo Conſules, duo Proconſules, duo Quæſtores Coloniæ Agrippinæ populum regunt, loco Duum-virum, Ædilium, & Quæſtorum. Cenſoris vices obeunt duo, quorum id eſt muneris, ut mores Reipublicæ ordinent, ac modum præſcribant Magiſtris violentiarum: nam hi ad illos de omnibus referunt; curantque, ut populus leges, decreta, & Senatus conſulta exequatur. Pœnas præterea exigunt à Reis, eoſque per Satellites proprios carceri mancipant, ac turbas & motus omnes in plebe compeſcunt. Inſtar Decurionum verò, qui in vetuſtis Coloniis erant Senatores earum, ſunt jam Coloniæ Agrippinæ Senatores undequinquaginta: Conſules autem, & hi, ſunt ſupremus Magiſtratus hujus Civitatis; qui ita inſtitui, ac ſuppleri ſolet. Sex Viri Conſulares, cùm ſint perpetui, ordine in orbem eunte ita Conſulatum gerunt, ut duntaxat ex eis bini uno anno ſint Conſules, ac Senatui præſint. Duo qui proximè abierunt Conſulatu, cenſentur, ut dixi, Proconſules, & præficiuntur Cameræ redituum, quam appellant Veneream; fortaſſe quia curant ea, quæ ad matrimonia, dotes, & pacta conjugum ſpectant. Alii duo, qui ante hos Conſulatum geſſerant, & qui mox eundem gerent, ſunt Quæſtores, ac præſunt Cameræ redituum, quæ appellatur Mercurialis, & quæ fortaſſe mercimoniis, ac eorum vectigalibus præſidet. Hi autem Viri Conſulares creantur ſuffragio Senatus: ita ut quoties deſideratur eorum aliquis, ſufficiatur novus, & obeat cum Collega, Conſulis, Proconſulis, aut Quæſtoris vices. Porrò tametſi dum vivunt, ſibimet ordine perpetuo ſuccedant: eſt nihilominus penes Senatum jus & poteſtas, quotannis eo legendi, confirmandique; quos item,

obvenirent cauſæ conſentaneæ, poſſet idem Senatus abdicare. Suum bini quique ineunt Conſulatum Menſe Junio, 9. Kal. Quintiles, hoc eſt in profeſto S. Joannis; & tunc Senatorum dimidia pars defungitur, aliaque pars dimidia defungitur pariter ix. Kal. Januarias, nempe in profeſto Divinorum Natalium. Bis enim quovis anno Senatus mutatur: & Comitiis quidem æſtivis plebs, diſtributa in duas ac vicenas tribus; Senatores duodeviginti, antiquus verò Senatus ſenos creat; in Comitiis autem Hibernis totidem plebs, Senatus ſeptenos renunciat; quia tunc Senatores numero impares abeunt ex Curia, & ad eam viciſſim leguntur. Itaque ſex ac tricenos plebs, Curia tres ac denos propria ſuffragatione dicit quotannis; quod ſi duo Conſules, Curiæ totius Præſides, iis accenſeantur, erunt univerſi unus & quinquaginta. Hic Magiſtratus poteſtatem habet, quoſvis Reos apprehendendi in Civitate, etiamſi è Clero fuerint. Pro Eccleſiaſticis tamen capiendis, veniam rogat Antiſtites, ac Præſules Eccleſiæ; reoſque ipſorum carceri tradit. Ut omittam penuarii ſecretioris Promoſcondos, qui Senatoribus, per teſſeras in eum finem cuſas, vinum diſtribuunt; hoc enim loco ſtipendii eis penditur: atque adeò Curatores monetæ, macelli, fori piſcarii, cervitiæ, rei lignariæ, ceteræque annonæ vel ubertatis; & ut veniam ad cauſarum judices, ſeu vindices criminum. Hi ſunt imprimis duo Commiſſarii, quos appellant, ad quos licet provocare à minorum judicum reſcriptis atque ſententiis. Sunt inſuper carceris Magiſtri, ſeu Præfecti, qui inſtituta in ſontes quæſtione, de illorum criminibus ad Senatum referunt: ſi autem capite illa luere debeant, per Magiſtros Violentiarum Alto Judicio, quod appellant, ſolemni quadam formula ſubjiciuntur. Libet magis à cura hujus in reos, ſeu juriſdictionis, ſeu animadverſionis ritum ac modum proſequi. Magiſtri violentiarum duo (quorum alter in Comitiis æſtivis, alter in Comitiis hibernis eligitur; & qui ambo in vices ſuam præfecturam obeunt, ceteroqui odioſam; ad quam propterea, niſi ſemel, aut iterum, nullus Civium adigi poteſt) reos quoſcumque, ſeu laicos, ſeu ſacros, tum auctoritate propria, tum ex præſcripto Senatus, vel Cenſorum arripere poſſunt; nec in cuſtodiam modò detrudere, ſed etiam laicos punire, ſi levia admiſerint crimina. Quod ſi culpæ fuerint graves, cognitio earum ad carceris Præſides, vel ad Senatum pertinet. Ut pœnæ poſtmodum, quas ii ſtatuerint, à Reis exigantur, ſiſtere ipſos Magiſtri violentiarum ſolent Alto Judicio. Hoc verò eſt Tribunal Laicæ poteſtatis, cui Vicecomes & Scabini præſunt: iique ab Archiepiſcopo atque Electore, ex numerum Civium tamen eliguntur, ut per eos jus gladii exerceat. Qui Senatui & populo favent, ajunt eidem Archiepiſcopo, & Electori hoc jus gladii convenire dumtaxat ex Cæſaris privilegio: nam aſſerunt, penes Imperatorem fuiſſe olim eam poteſtatem, quam videlicet per Burgravios (ſic Prætores vocant) diu Imperator adminiſtrarit; donec extincta familia, cujus poſteris Præturam ejuſmodi dederat, eandem Archiepiſcopis atque Electoribus demùm tribuit. Sed enim alii, qui Electoribus, quàm Senatui, æquiùs multò adjudicant Coloniæ principatum, affirmant, illud jus ipſis congruere, tamquam antiquis Dominis. Memorant quippe, ex vetuſtis codicibus, atque ex Hiſtoriæ monumentis Othonem Cæſarem, Francis ereptam hanc Urbem, dediſſe Brunoni Archiepiſcopo, ac Fratri Germano; nec aliis legibus, quàm quibus ad annos amplius quingentos fuerat ſub Imperio Francorum. Cùm verò præterea S. Hanno item Archiepiſcopus Civitatem hanc novis munierit mœnibus, quod eſt proprium Principis ac temporarii Domini, cùmque Succeſſores Archiepiſcopi Tribunal antedictum Alti Judicii ſemper retinuerint; hæc oſtendunt manifeſtè, ipſos eſſe veros Urbis ac Senatus Dominos. Ut ad inſtitutam deſcriptionem redeam, ſunt inſuper Quatuor-viri Magiſtri querelarum, qui adnituntur obortas Civium lites ſummatim reſtinguere, ac ſedare, dum gliſcere primùm incipiunt. Sunt Tribuum Præfecti, ſeu earum Vexilliferi, qui vocare tribus ad comitia ſolent, ac diſponere pro poteſtate negotia earum. Sunt denique Præfecti rei militaris; & Civitas univerſa in octo legiones, ſicut legio quævis in octo cohortes, diſtribuitur: nec iis deſunt proprii, vel Tribuni, vel Centuriones. Eccleſiaſtica gubernatio ab Archiepiſcopo, per idoneos Vicarios, adminiſtratur: Ii ſunt Vicarius in Pontificalibus; qui eſt ſemper Epiſcopus Suffraganeus, & Clericos Diœceſis initiat Ordinibus ſacris, confert Sacramentum Confirmationis, & ſacra ſeu vaſa ſeu utenſilia ritè inaugurat. Vicarius in ſpiritualibus, qui Cœnobia & Parœcias viſitare, diſpenſare, & ea definire ſolet, quæ ad fori ſtrepitum non pertinent. Officialis qui eſt judex ordinarius in cauſis forenſibus Cleri, habetque, tamquam Aſſeſſores, Sigilliferos majorem ac minorem, ac Judicem Fiſcalem. Deinum Archidiaconi quatuor præcipui; nempe Præpoſitus Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis, Præpoſitus Eccleſiæ Bonnenſis, Præpoſitus Eccleſiæ Xantenſis, ac Præpoſitus Eccleſiæ Suſatenſis. Idem Archiepiſcopus ut plurimùm reſidet Bonnæ, Oppido Urbi propinquo, & raro intereſt Eccleſiæ functionibus. In Civitate ipſa hæc ſunt præcipua Collegia Canonicorum. Collegium Metropolitanum, in eoque numerantur illuſtres Canonici ſex ac triginta, Canonici presbyteri octo, qui non ex proſapiæ gloria, ſed ex Ordinis Sacri, & eruditionis commendatione aliis aggregantur: ſinguli verò annuè percipiunt Philippicos mille. Jus ſuffragii tamen, ſeu comitia ſint habenda, ſeu decernendum ſit aliquid, ſoli habent, ex illuſtribus Canonicis, ſex ac deni, atque octo Canonici presbyteri, ita ut ſint numero bis duodeni. Collegium S. Gereonis, & in eo Canonici triginta illuſtres, decem obſcuriorum natalium, cum cenſu annuo in ſingulos ſeptingentorum Philippicorum. Collegium S. Severini, & in eo Canonici ſex ac viceni, cum cenſu annuo ducentorum & quinquaginta Philippicorum. Collegium S. Cuniberti, & in eo Canonici tres ac viceni, cum annuo cenſu ducentorum Philippicorum. Collegium S. Andreæ, & in eo Canonici duo ac viginti, cum cenſu Philippicorum ducentorum & quinquaginta. Collegium SS. Apoſtolorum, & in eo Canonici triginta, cum cenſu ducentorum Philippicorum. Collegium Sanctæ Mariæ ad gradus, & viceni in eo Canonici. Collegium S. Georgii, & in eo Canonici totidem. Collegium Sanctæ Urſulæ, & in eo præter illuſtres Canonicos quinque, Canonici ſex. Collegium B. Virginis in Capitolio, & in eo præter Canonicos nobiles duodeviginti, Canonici tres ac deni. Collegium Sanctæ Cæciliæ, & in eo Canonici quinque. In quibus poſtremis Collegiis cenſus Canonicorum annuus eſt circiter ad Philippicos ducentos. Sunt inſuper Coloniæ Domicilia, & Cœnobia omnium Ordinum, & eorum Templa ſatis egregiæ, atque amplæ ſtructuræ; adeò autem Reliquiis referta, ſeu ex parthenio Sodalitio Divæ Urſulæ, ſeu ex legione Thebæorum, ut eæ loculamentis ſuis diſpoſitæ Templorum eorumdem parietes undique exornent. Peculiariter admirationem provocat nova Societatis JESU Baſilica, ex liberalitate ac munificentia Sereniſſimi Maximiliani Bavari Electoris, à fundamentis ibidem excitata. Populus Colonienſis Religionis avitæ retinentiſſimus eſt, quam utique ſemel ſuſceptam, numquam deſeruit. Tolerantur quidem in Civitate familiæ aliquæ Sectariorum; ſed vetitum eis eſt exercitium omne Sectarum ſuarum, & ære gravi mulctantur, ſi qui clam habere privatos conventus, & audire Lutheri, aut Calvini buccinatores deprehendantur. In Senatum ipſum nulli cooptantur, qui Catholici non fuerint; & quotquot in eo conſcripti ad Curiam veniunt, ſententiam dicere, aut ferre ſuffragium non poſſunt, niſi priùs eodem die intervenerint Rei Sacræ, in proximo Palatii Senatorii Sacello. Noctu ipſi Cives excubias habent in potioribus plateis Civitatis: nec vis, aut injuria metui poteſt; quia ſtrepitu quovis exciti adſunt, & opitulantur: graſſatores verò, ac ſicarios in vincula conjiciunt. Sed & plateæ omnes catenis ferreis noctu vinciuntur, ne pateant liberis excurſionibus; ideòque populus maximè in tranquillo agit. Inter alia plebis commoda illud in primis commemorari debet: licere cuique, ineunte hieme, boves ac ſues emere, eoſque fumo areſacere, ac in eſcam anni conſequentis, qua veſcuntur avidè, domi ſervare. Spatium verò ejuſdem anni eis concedi ſolet ad pretium repræſentandum, dum interim aliqui à Senatu conſtituti Mercatoribus ſolvunt: nec umquam opifices ulli, quamvis inopes, patiuntur ſuam fidem in ea re deſiderari: quia deinceps haud foret integrum eis, rurſus ejuſmodi annonam rei cibariæ, illo tam inſigni ſubſidio æris publici, coemere. Sunt & triclinia tribuum communia; in eiſque poſſunt omnes iis diebus, quibus feriantur in hebdomade, conſtituto pretio admodum facili convivari.

Leodium Auguſta Eburonum, quæ olim gens perantiqua Reges Ambiorigem & Cativulcum habuit, adverſus quos geſtarunt bellum difficile Romani Duces, Legia

etiam

Digitized by Google

etiam paſſim à Scriptoribus ſuperiorum ætatum appellatur. Ut propterea exiſtimaverint nonnulli, legiones duas Romanorum, cum Legatis Titurio Sabino, & Cotta Auruncalejo, deletas internecione, ab antedictis Regulis Ambiorige & Cativulco, Civitati dediſſe nomen: atque adeò Præfectum Lætorum Lagenſium, qui imperantibus Honorio & Arcadio dicuntur habuiſſe ſtativa prope Tungros, fuiſſe Præfectum Legienſium, ſeu militum præſidiariorum Imperii Romani, qui in Urbe Legia degerent; rati hanc eandem eſſe Urbem antiquam Eburonum, de qua meminit in Hiſtoria ſua Julius Cæſar. Sed priſci Scriptores, qui Leodium Urbem novam, ſeu incunabula ejus cernere potuerunt, tradunt; Legiam exilem rivulum, qui hodieque ſurum præterfluit, indidiſſe vocabulum Urbi: quam Sanctus Hubertus, ex illuſtri proſapia Ducum Aquitaniæ, Romæ à Sergio Pontifice, Cæli admonitu, Antiſtes Tungrorum initiatus, condidit, & ex ignobili vico reddidit illuſtrem ac potentem Civitatem. Id verò contigit, poſtquam S. Lamberto anteceſſori à ſicariis improbis mors illata fuerat: ex quo ille aliquoties libera voce, uti decuit Sacerdotem magnum, redarguerat Pipinum primi Pipini nepotem, quoniam ſpreta forma, fide, & toro juſtæ conjugis, Alpaidem pellicem ad thalamum admiſerat. Ex ea enim Carolum Martellum, Carolomanni, & Pipini Regis Parentem, ac magni Caroli Avum ſuſcepit; & juxta Leodium ſunt Jupilia, atque Herſtallum; in quibus locis Pipinorum gens lares habuit, ac fundos hæreditarios. Itaque in ipſo patratæ cædis loco, in quem S. Martyris Lamberti oſſa Trajecto tranſtulerat ſupplicatione percelebri S. Hubertus (erat enim Sacellum vetus Sanctorum Coſmæ ac Damiani) condidit Civitatem. Eſt porrò ſitus ejus aperta vallis, & amœna, Moſa flumine, & aliis rivis affinibus irrigua: quam circumſurgunt colles ſaluberrimi & virentes, eamque veluti coronant. Fundum & Principatum novæ Urbis eidem S. Huberto, Carolus Martellus, velut expiaturus noxas Parentum Pipini & Alpaidis, donavit, ſumptuſque Urbi condendæ ex parte magna ſuppeditavit. Dein tulit Hubertus conſentaneas pro ea leges, ordinavitque Rempublicam: cujus gubernaculis deinceps omnes ejus Succeſſores Antiſtites præfuerunt. Eliguntur verò ii ſuffragio Cleri primarii, ſeu Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, & confirmantur à Romano Pontifice: cui peculiaris obſequii fidem, tum omni ævo profiteri conſuevit hæc Civitas, tum profiteri cœpit vel à primis exordiis ſuis: nam teſſera ſigilli, qua uſus eſt S. Hubertus, primus ejus Antiſtes & Princeps, fuit LEGIA ECCLESIÆ ROMANÆ FILIA. Ditio temporaria Principis Leodienſis, præter Urbem ipſam, in qua & in amplis ſuburbiis ejus, minimùm cenſentur Civium centena millia, continet Ducatum Bullonienſem, Marchionatum Francimontanum, Comitatum Loſſenſem, Comitatum Hornenſem, ac inſuper quatuor, & vicena oppida mœnibus circumſepta. Auctoritas temporaria tamen Principis, etſi magna eſt, quædam nequit decernere, abſque trium Ordinum ſuffragio, & hi ſunt Clerus, Nobilitas, & Plebs; abſque horum enim ſcitu atque conſenſu Princeps Leodienſis non poteſt Civitati, aut univerſæ ditioni vectigalia, novaque ejus generis onera imperare. De Plebejo, & Equeſtri Ordine nihil diſtinctè aſſero; ſed de Clero dumtaxat, ut conſtet eum, uti ad tres eos ordines ſpectat, complecti tantummodò Eccleſiaſticos Eccleſiæ primariæ, ſeu Cathedralis. Clerus enim ſecundarius, dignitate quidem impar, at numero & opibus multò major & potentior (quippe omnes Canonicos Eccleſiarum minorum, & Curiones Pagorum, atque item Antiſtites, Cœnobiaque utriuſque Sexus continens) haud obſtringitur decretis eorum trium Ordinum; ſed peculiarem conventum, ſuumque comitium init ad S. Petri; ſoloque ibi ſuffragio decernit, præſtet ſectari, an recuſare id, quod terni Ordines alii deliberarunt. Princeps pro adminiſtratione politica utitur Concilio privato, quod vocant, ſeu ſecretiore Senatu, adlectis in eum propriis Conſiliariis, quibus præeſt Cancellarius, & is eligitur ſemper ex Sacro Eccleſiæ Primariæ Senatu. Pro annui cenſus atque proventuum procuratione ordinaria Præſidem, ac proprios item atque diſtinctos habet Conſiliarios: Merum imperium exercet per Majorem Prætorem, cui ſubſunt Prætores duo minores, cum neceſſario ſatellitio militiæ armatæ, atque adeò per Scabinos quatuor ac denos. Hoc verò nuncupatur alter Juſtitiæ tribunal, nec reos criminum modò judicat, ſed in cauſis quibuſvis Civium fert arbitrium, atque ſententiam. Ab hac tamen ſententia provocare licet ad Concilium Ordinarium; ſecùs à ſententia, quam tulerit adverſus criminum Reos, nulla ſupereſt libertas provocandi. Porro trium horum conſeſſuum Patres, ac veluti Senatores, Princeps ſuffragio ſuo liberè conſtituit. At Conſilium Ordinarium, de quo paulò ante memini, novem conſcriptos Patres recenſet, ex quibus tres accipit à Principe, binos à Clero Eccleſiæ Cathedralis, binos ab Equeſtri Ordine, unum à Civitate ipſa Leodienſi, unum à ditionis reliquæ Oppidis ac Municipiis. Judices porrò ii ſunt in gradu appellationis, ab eiſque demùm ad Prætorium Spirenſe Cæſarium licet provocare, aut petrogare cauſæ novam coram, novamque ejus diſcuſſionem à Principe, vel ab ejus ſanctiore Senatu. Ad hæc Princeps habet Curiam Feudalem, quam vocant, in eaque gerit ejus vices primarius aliquis ex ordine Equeſtri, cum duodenis aliis, partim Canonicis Eccleſiæ primariæ, partim Nobilibus, partim Juriſperitis: atque ab his cauſæ omnes Feudorum decidi ſolent. Idem Princeps, uti Epiſcopus, juriſdictionem Eccleſiaſticam adminiſtrat per Canonicos Eccleſiæ primariæ: ex quibus habet Epiſcopum Suffraganeum, qui Pontificis munia obit, Clerum initiando, adultos Chriſmate ſacro inungendo, Sacrificii, & Templi vaſa, & utenſilia ritè inaugurando, atque operando Aris ad ſolemnes anni dies. Habet Vicarium Generalem, cui eſt ampla poteſtas circa fori Eccleſiaſtici negotia, iis exceptis, quæ cum litis contentione agitantur; nam pro his expendendis, decernendiſque Judicem generalem, ex iiſdem Canonicis Eccleſiæ primariæ habet, quem Officialem vocat. Sed & proprius eſt generalis Judex, ſeu Officialis ipſiuſmet Cleri primarii, quem hic ſuis legit ſuffragiis, cùm alios tres Epiſcopus conſtituat. Sunt in eo prætereà Magnus Præpoſitus, qui in Civitate Leodienſi habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & cum Epiſcopo ipſomet concurrit in illius uſu, atque exercitio; Decanus, qui eſt caput & Præſes Cleri primarii; Scholaſticus Cantor, & imprimis ſeptem Archidiaconi, qui tamquam oculi ipſius Epiſcopi univerſam latè Diœceſim circumſpiciunt, & Parœcias foris omnes regunt. De numero annuiſque proventibus Canonicorum, cùm egerim alibi, nihil rurſus attinet dicere. Solùm inſinuaverim, in Senatum Eccleſiæ primariæ neminem cooptari, niſi ex legitimo toro, tum ipſe, tum Parentes & Avi fuerint, ſine cujuſvis alterius ignominiæ memo, vel nota. Omnes inſuper, aut per explorata Avorum nobilium ſtemmata, aut per Sacræ Theologiæ, vel Juriſprudentiæ lauream, tamquam per teſſeram hujus ſupremi ordinis Eccleſiæ Leodienſis, probantur; ut ſint ex Collegio, quod cum Principe ipſo audit, Dominus totius ditionis, & ex quo judices Synodales ſinguli cenſentur, ſicuti cenſentur Decani Canonicorum Ordinis Secundarii, & omnes Apoſtolici Protonotarii. At Senatus & Populus Leodienſis ſuum peculiarem habet Magiſtratum, Conſules nimirum duos, qui quotannis in menſe Quintili, & in ipſo Feſto S. Jacobi mane ita eliguntur. Circa primam lucem, triginta duæ Tribus, in quas univerſus populus diſtribuitur, ad comitia veniunt, ſuaſque cellas, ſeu ſtationes, ſitas circa forum, ſeorſim ſingulæ adeunt. Ibi terna ternos renuntiat, ex unaquaque Tribu, ex quibus unus Trigintaduum-vir, bini, alii verò Jurati appellantur: Trigintaduum-viri mox ad Curiam Civitatis veniunt, & novos Civitatis Conſules creant communibus calculis. Sed neceſſe eſt, partem dimidiam excedat numerus calculorum. Hi porrò Conſules unà cum quatuor Urbis Cancellariis, & ſexaginta quatuor Juratis, conſtituunt Magiſtratum, ad quem anni conſequentis regimen ſpectat: iidemque ſunt veluti Senatus Civitatis, ſeu quod vulgò appellant, Concilium Civicum. Hujus ea eſt juriſdictio, ut Urbem & pomœrium, hoc eſt ſuburbia, & pagos finitimos undique ad unum milliare magnum, regant. Peculiariter cùm in cauſis Civium ſententiam Cancellarii & Jurati tulerint, licèt ab ea provocare ad tribunal Trigintaduum-virum, qui Conſules creaverant; iterùmque ac tertiò diſcuſſio litis denuò à judicibus habetur, quos iidem Trigintaduumviri deſignarint. Ad hæc ipſi Conſules, uti moderatores plebis univerſæ, Cives ad arma, ſi neceſſitas ingruat, pro imperio vocant; excubias diſponunt, & ordinant in portis, atque ad mœnia; habentque claves Civitatis, ſed pro excubitoribus, & milite à Magno Decano Cleri primarii teſſeram accipiunt. Nullus porrò Civium

poteſt capi in ædibus propriis, ſeu propter æs alienum, ſeu propter quaſvis civiles cauſas. Si quos tamen criminà reus fecerint; primum eos meruiſſe cuſtodiam, & vincula, decerni debet, rum in conſeſſu Scabinorum, tum in conſeſſu altero Conſulum, & Juratorum; hoc eſt, ut vulgus loquitur, per legem, & franchigiam. Dein verò ne capi quidem poſſunt, niſi alter Conſulum Prætori clavem Conſularem dederit, & quaſi conceſſam domui immunitatem aperuerit. Eſt prætereà Tribonal violentiarum, conſtatque ex Vigintiduum-viris, quos Clerus primarius, Equeſtris ordo, Plebs Civitatis Leodienſis, & octo aliæ totius ditionis urbes nominant, ut omnem vim à Civibus prohibeant. Excedunt ii tamen poteſtatis ſuæ limites; nam in jus vocare non ipſios Principis modò ſupremos Miniſtros, ſed Eccleſiaſticos etiam judices interdum audent. Ab hujus deinde Tribunalis reſcriptis, aut decretis provocare eſt ad Tribunal aliud, quod Statuum appellant, & in quo cenſentur Viri quaterdeni; nempè duo conſtituti à Principe, atque hi ſunt ejus Cancellarius, ac Generalis Vicarius; duo alii è Clero primario, quatuor ex Equeſtri ordine, bini Conſules, duo Exconſules eorum anteceſſores, ac demùm duo ex externis Oppidis Leodienſis Principatus; ab his iterùm integrum eſt cuicumque, ad Cæſaris Prætorium Spitenſe provocare. Cæterùm Leodienſis populus, quàm eſt retinens ſuæ, vel immunitatis, vel mixtæ cum ſubjectione aliqua libertatis, tam eſt Religionis Catholicæ perſtudioſus, nec admittet facilè pravam Hæreſeos jam nimiùm propinquæ novitatem. Conati quidem ſunt nonnulli clam ea proſeminare, quæ in avitæ Religionis perniciem ſuccreſcere ſenſim potuiſſent; poſtquam Batavi Venlonam, Ruræmondam, Trajectum, & Lymburgum in poteſtate habuerunt: ſed ne virus hoc animis lethale radices poneret, ego effeci, tum apud Vicarium Generalem Epiſcopi, & Clerum primarium, tum apud Conſules & Magiſtratum Civitatis; fuitque eorum omnium mira conſenſio, ut qua ſaluberrimis edictis, qua metu carceris, & mulctæ gravis, & exilii fidem Catholicam propugnarent.

Moguntia vetus, & olim re, ac vocabulo aurea Civitas ibi Rheno alluitur, ubi in eumdem amnem Mœnus exonerat ſe, & æſtuaria fermè juſti maris ingreditur, tanta ibi eſt Rheni magnitudo. Parùm à Civibus frequens hæc Urbs, tria eorum millia haud multùm excedit, ſubeſt verò penitùs tamquam Epiſcopo pariter & Principi, Archiepiſcopo atque Electori, qui eſt Sacri Romani Imperii Archicancellarius. Is verò in aliis Urbibus, atque Oppidis Moguntini Principatus partim obtinet eam utramque poteſtatem, partim eſt compos dumtaxat Eccleſiaſticæ juriſdictionis. Alioqui ampla eſt diœceſis ejus, & ampla temporaria ditio, habetque vicenos hæc, & quinque Præfectos, ex quibus unus facilè bis centum regit, vel oppida, vel pagos. Eccleſia primaria firmæ ac magnificæ ſtructuræ Canonicos duos & quadragenos enumerat, ex quibus quatuor & viceni ſuffragium ferunt, alii duodeviginti non ſunt ex eorum ſecretiore conſeſſu; percipiunt tamen ipſi perinde atque alii quotannis, ſi pax & ubertas faveat, Philippicos mille. Quinque primarii, qui obtinent dignitatem aut Præpoſiti, aut Decani, aut Cuſtodis, aut Scholaſtici, aut Cantoris, habent circiter Philippicos bis mille, & hi ſacra ornantur cidari, quando ritu ſolemniore ad Aram litatur. Sed & alia novena in Urbe ſunt Collegia Canonicorum, nempè S. Petri, S. Stephani, S. Victoris, B. Mariæ Virginis, S. Albani, S. Crucis, S. Joannis, S. Mauritii, & S. Gengulphi: & ex his prima quinque Canonicos circiter duodeviginti, alia quatuor Canonicos, vel ſex, vel octo recenſent cum proventibus ſatis opulentis. Peculiariter ad S. Albani, ſicut ad ſummæ Ædis, ſoli admittuntur Nobiles Equeſtris Ordinis.

Trevirorum Civitas plena vetuſtæ famæ, abſque ulla eſt recenti dignitate: nam infrequentior quàm Moguntia à Civibus, nec ædificiorum gloria ſpectabilis, ſolo antiquæ Urbis ſitu ad Moſellam mitem amnem atque perſpicuum jam placet. Archiepiſcopus & Princeps Elector, eſt illius Antiſtes ſimul ac Dominus; Canonici ſummæ Ædis ſex ac deni proventus ita percipiunt, ut deni univerſos, ſeni verò ex parte habeant: alii juniores tres ac viceni, nec proventibus, nec ſuffragii jure potiuntur. Dignitate inter eos inornantur Præpoſitus, Decanus, quatuor Archidiaconi, Theſaurarius, Scholaſticus, Cantor; & à nobilium Avorum ſtemmate clari omnes eſſe debent. Sunt inſuper Treviris duo minora Collegia Canonicorum, & quatuor inſignia Cœnobia ordinis Sancti Benedicti, præter alias plures utriuſque ſexus Religioſas familias, & Parœcias ordinarias Civitatis.

Herbipolis amœna Civitas & caput Orientalis Franciæ, ſeu Franconiæ, quam vocant, Epiſcopo Herbipolenſi ſubeſt etiam, tamquam Principi & Duci ejuſdem Franconiæ. Juxta Mœni alveum explicatur hæc Urbs in eam amplitudinem, ut ædes bis mille, cives decies mille circiter contineat. Eccleſia primaria, quæ eſt ſtructuræ perantiquæ, Canonicos habet duos & quinquaginta, nobiles omnes. Inter eos verò duæ ſunt dignitates Præpoſiti ac Decani, officia tria Cantoris, Scholaſtici & Cuſtodis. Viginti quatuor dumtaxat in ſecretioribus conventibus Seſſionem & Suffragium habent, & ſunt horum annui proventus Philippici circiter ſexcenti, aliorum autem fermè dimidio pauciores. Sunt deinde alia tria Collegia Minorum Canonicorum, primum eſt S. Joannis in Augis cum triginta Canonicis, alterum S. Joannis Novi Monaſterii cum Canonicis totidem, tertium S. Burchardi cum Canonicis duodenis: habentque ſinguli annuè Philippicos aut quadringentos aut trecentos. Arx in jugo montis excelſo ac prælto ſimul Epiſcopi habitatio eſt, ſimul eſt propugnaculum Urbis: In qua Urbe notabilia ſunt imprimis ſeminaria duo, alterum Juvenum Nobilium, alterum aliorum, qui centeni numero aluntur, in ſpem Cleri neceſſarii ad Parœcias diœceſeos regendas: ac inſuper Xenodochium ſeu hoſpitalis domus, quæ elegantia ſtructuræ, & horti amœnitate, non egenis ægriſve, ſed nobilibus ac felicibus parari potuiſſet; atque ibi fermè ad trecentos victu liberali honeſtoque ſuſtentantur.

VVormatia Urbs in Rheni tractu ſita inter Spiram & Moguntiam, ædes bis mille, ſed Cives haud pro earum numero nunc habet. Eſt Imperii libera Civitas, & ſub Palatini Septemviri patrocinio infecta Hæreſi, raros jam recenſet Catholicos. Eccleſia ejus Cathedralis dignitates quinque, Canonicatus duos ac vicenos habet, & ſunt VVormatiæ alia item quatuor Collegia Canonicorum Secundaria: neque redditus ſeu Epiſcopi, ſeu Canonicorum ſunt copioſi, tam avidè violenterque fundos ipſorum & opes finitimi Principes Sectarii, ſpretis quibuſvis aut legibus aut pactis pacis publicæ, invaſerunt.

Oſnaburgum VVeſtphaliæ Urbs habet ditionem propriam, & cum ea ſubeſt Epiſcopo, etiam tamquam Principi. Civium plerique Sectarii ſunt, ſed eorum non pauci nomen Catholicæ Religioni nuper dederant, cùm vis belli atque armorum ibi omnia rurſus perturbavit. Quinque in Eccleſia Cathedrali Oſnaburgenſi eminent dignitate, Præpoſitus, Decanus, Scholaſticus, Cantor, & Theſaurarius, Canonici alii numerantur quatuor ac viceni: nec ſunt annui eorum proventus admodùm copioſi: unumque aliud eſt prætereà Oſnaburgi Collegium Minorum Canonicorum.

Aquiſgranum Civitas, quæ gloriatur de Carolo Magno Conditore, duo habet Collegia Canonicorum, alterum primarium ab eodem Carolo Virgini Deiparæ dicatum, alterum ſecundarium ab Henrico III. ſancto item Imperatore dicatum Divo Adalberto Pontifici & Martyri. Illud Canonicos triginta duos cum opulenta dote, hoc verò Canonicos duodenos cum dote admodùm exigua enumerat. Tria ſunt in hac Civitate juris dicundi tribunalia: nempe Eccleſiaſticum, ſeu ſynodale, ut vocant, cui præſidet Archipresbyter, & in quo Parochi quatuor, Scabini Laici ſeptem ſententiam dicunt, in cauſis ſeu Teſtamenti, ſeu matrimonii, ſeu decimarum, ita ut ab eo non liceat aliò uſpiam provocare, ex antiquis Summorum Pontificum ac Cæſarum indultis. Tribunal laicum decem & quatuor Scabinorum, qui arbitria ferunt in ordinariis cauſis forenſibus, & in reos criminum quoque animadvertunt, atque hujus Tribunalis ſupremum Judicem conſtituunt jam Duces Juliæ, cùm id ageret olim Cæſar. Sed & ejuſdem tanta fuit olim auctoritas, ut ad ipſum provocaretur undique ex univerſa regione oræ Septemtrionariæ, ſicuti reipſa nunc ad eam provocant Noviomagenſes: tametſi Ordinibus pareant fœderatarum Provinciarum. Tribunal denique Electorale, ut appellant, cui duo Conſules, duo Scabini, & alii interſunt, quos Chriſtophoros nominant; ſunt autem judices dumtaxat eorum criminum, quibus aut exilium, aut mulcta æris, aut peregrinatio longinquior injungi ſolet.

Digitized by Google

ſolet. Populi gubernatio fit per magiſtratum, cujus eſt duplex Curia: nimirùm altera major ex ſenatoribus centum ac viginti octo, altera minor ex ſenatoribus duobus & quadraginta. Cogi prior Curia non ſolet, niſi cùm de arduis & magnis rebus fuerit deliberandum: minor verò Curia bis in quavis hebdomade habetur; & utrique duo ii Conſules præſunt, qui annuum gerunt Conſulatum. Pagi duodetriginta ſubſunt S. P. Q. Aquiſgranenſi, cum proxima Urbi Toparchia, quæ Porcetum nuncupatur; in qua perinde, atque in ipſa Civitate, ſunt thermæ aquarum ſaluberrimarum. Populus eſt potiori ex parte Catholicus, nec ad Magiſtratum, aut ad munia publica Sectarios admittit, vel eos exercere propriæ ſuperſtitionis ritus patitur, patrocinante Urbi Cæſare, faventibuſque Belgii Principibus, ut ibi fides avita retineatur. Atque hæ ſunt Urbes, quas interdum adivi, aut inhabitavi etiam; dummodò binas excipiam, nempè VVormariam & Oſnaburgum: quarum notitiam habui ex Commentariis à me formatis, quando electi ſunt novi Antiſtites earum.

58 Ut demum prodeat velut in theatrum etiam hujus narrationis, tragœdia miſeranda diſtracti cruentas in factiones Imperii, ex Religionis præcipuè diſſidiis, paucis jam referam ejus univerſam ſeriem. Poſt memorabile ad Pragam prælium, & ſubactam Bohemiam, Comes Joannes Tillius, Supremus Legatus fœderis Catholici, & Vir Imperatoriis virtutibus nemini ſuperiorum Ducum ſecundus, hebetaverat ſæpiùs conjurata Principum ſectariorum arma, & afflixerat non parùm eorum opes. Etenim Mansfeldium Nothum, Marchionem Badenſem Turlacium, Chriſtianum Brunſuvicenſem Alberſtadium, veluti terna unius Cerberi capita, ipſe alter Hercules, collatis univerſis ſignis, aliquoties domuerat, exueratque Caſtris. Hoc eſt ad VVimphenam, ad Lorichienſem ſaltum, & ad Hoextram: ubi peculiariter Mœnus, cum inuſitato ſanguinis & cadaverum hoſtilium tributo, extremas undas volvens, ſe in Rhenum propterea ſermè attonitum exoneravit, & univerſum eum tractum Germaniæ fama conflictus maximi replevit. Dein Heidelbergam ſedem Palatini Septemviri à Cæſare Ferdinando exauctorati, tametſi firmis operibus munitam, vi expugnaverat, Manhemiumque celebre, atque ex multorum ſententia inexpugnabile, deditione occupaverat. Ad hæc Mansfeldium novis auctum copiis, & ſigna rurſus inferentem, atroci pugna, juxta limites Friſiæ, ad Stationiam profligaverat, eo die maximè augurato, quo in Urbe Roma Urbanus VIII. Comitiis Vaticanis, mira conſenſione ſacri Senatus, Pontifex Maximus eſt renunciatus. Sed his feliciter geſtis, cùm jam pacati propemodum Imperii quies aliqua ſperari poſſe videretur, & recreando militi, feſſo tot anhelis expeditionibus, à Tillio victore ſtativa diſtribuerentur: repentè novus hoſtis è ſinu maris Baltici emerſit, & ex Cimbrica Cherſoneſo. Is fuit Rex Cimbrorum, vocatus in Societatem belli à fœderatis Sectariorum tam urbibus, quam Principibus oræ illius Septemtrionariæ, quàm appellant circulum Inferioris Saxoniæ; nam hujus ille circuli Dux ſupremus acclamatus eſt. Bellum itaque redintegratum eſt eo periculoſius, quòd vires hoſtium anteà diſperſæ, jam in unum corpus quodammodo coaleſcere inciperent, & unius animo, atque conſilio gubernari. Rex ipſe bellicoſus vulgò habebatur, & alienus adeò à feſtinatione in præliis, aut ſuſcipiendis, aut gerendis, ut ſolus eſſe, qui poſſet rem cunctando reſtituere, paſſim crederetur. Omen habuit tamen infauſtum ac triſte, in ipſo expeditionis exordio, collapſus ex Mœnibus Hameliæ in foſſam, dum obequitaret, luſtraretque vel Urbis munimenta, vel excubias. Equus certè eo præcipitio ſtatim exanimatus eſt; Rex verò abalienatis ſenſibus planè intermortuus averſus aliò, ut curaretur, dubiam famam, incertoſque rumores diu fovit in propriis caſtris etiam, nedum in Tilliano exercitu; quaſi Deus facili exitu ab inimico Rege Imperium liberaſſet, ſi ut conſtanter ferebatur, unus ille caſus equum, & Aſcenſorem ſuſtuliſſet: ſuperſtes fuit tamen; at vincere, ſi minùs vivere, ſtatim deſiit, etſi nondum inceperat pugnare: & vixit, ut ſemper ad Tillii gloriam æternam deinceps vinceretur. Kniphuſius Regis & Alberſtadii emiſſarius, in VVeſiphalia cæſus eſt; & mox trans Viſurgim amnem Tillius movit, nec alio antecurſore uſus eſt, quàm terrore nominis ſui; armorumque ſuorum fama repentè omnem eam latè regionem per-

pavefecit. Ditio Brunſuicenſis, & ditiones aliæ finitimæ præſidia militum ejus admiſerunt. Ad Calembergam pugnatum eſt juſto Marte; & non ita multò poſt ad Lutheram totis caſtris, eoque ſucceſſu, ut exercitus Regius propemodum omninò deletus fuerit, & Rex ipſe arripere ignobilem fugam, atque deſerere aciem debuerit. Exinde oportuit reliquias hoſtium in ipſis Urbibus aggredi; nam publico abſtinere, & pugnæ copiam negare conſtituerant: id verò anceps, aut ſaltem diuturnum Tillianis fuit. Attamen pleriſque, aut deditione, aut vi ſubactis, VVolfembutellam Brunſuvici præcipuam Urbem arcemque, Northemium, & Nyemburgam deliberavit Tillius per Legatos premere peculiari obſidione, & interim ipſe Regi occurrere, ſi quo modo ſuis auxilia ferentem, aut cædere rurſus, aut capere demùm poſſet. Rex contra declinare congreſſum; ſed Tillius eum ditionibus Lunæburgica, atque Bremenſi ultrà Albim pellere. Pontem quidem in eo amne ſibi Rex paravit; eoque uſus aliquandiu eſt ad excurſiones & populationes. Tillius tamen, qui in ſterili regione cùm exercitu interim agebat, difficilique ad commeatum importandum, & quem Ruſtici deſertis pagis, moranteſque in propinquis ſaltibus ſubinde aggrediebantur, certum habuit emigrare, Regemque adoriri, & obſidionibus quidem non intermiſſis, quas ejus Legati ſtrenuè promovebant. Pontem igitur ſuum & ipſe in Albim, ex pontonum & navium tumultuario annexu jecit, & copias tranſmiſit, quæ magis in delectu, quàm in numero victoriæ ſpem dabant; nam veteranis ſuis non adeò multis adjunxerat Ducis Fritlandii aliquot ex ejus exercitu Cæſareo legiones. Spectarunt Regii, qui inter fluvios Albim & Avelam fixerant caſtra: & admiratione primùm, dein fortitudine ipſa Tillii, ac militum ejus victi ſunt: Rex autem in extrema caſtra, atque indidem ponte in fugam prolapſus eſt. Tunc Tillius, qui in labore, atque diſcrimine ſolus fuerat, adſcito in partem gloriæ Duce Fritlandiæ, ſtatuit junctis copiis perſequi retrocedentem, & in Holſatiam euntem Regem. Aciem utriuſque Ducis antecedebat terror Cæſarei nominis; ſtatimque ad deditionem complura Holſatiæ oppida coegit. Ne ſegnis tamen victoria militi ſtrenuo eſſet, ſi nimirum obveniret ultro, ac ſine omni pugna, fuit opus quoque identidem dimicare. Quin imò Tillius ipſe, Dux & miles, ſolituſque obviam periculis inter ſuos primus ire, ad Pinnebergam vulnere impreſſo, læſus eſt: ideoque Lauvemburgum ſeceſſit, ut curaretur. Cæterùm Fritlandio Duci, ejuſque exercitui Cæſareo reliquit proſequendam victoriam, poſtquam proprio gladio ad illam aditum eis magnum aperuerat; ut meruerit elogium, natum non ex elementis magis, quàm ex omine felici nominis ſui. Luſit enim aliquis ingenioſè, & ex eo themate JOANNES COMES DE TILLY, litteris aliter ordinatis, atque diſpoſitis, reddidit hoc pulcherrimum Anagramma DANOS ILLE EJICIT OMNES. Dux Fritlandius certè haud magno conatu Glucſtadium, totaque ſubinde Holſatiam, & mox univerſam Cimbricam Cherſoneſum, quam longiſſimè illa extenditur in ultimos receſſus oræ Septentrionariæ, Ferdinando II. Cæſari adeptus eſt; compulſo in ſuamet propugnacula, nec tam iis, quàm æſtuariis interfuſi maris defenſo Rege. Intereà Tillius perſanato vulnere, ac omni diſcuſſo morbo, copias ſuas cis Albim reduxit; Northemium recepit; VVoltembutelam, & Nyemburgum, Urbes dudum obſeſſas, deditione occupavit, exactiſque omnibus Regis præſidiis ex Bremenſi Principatu, magnam equitatus ejus partem tradere ſigna, & abire inermem coegit. Demùm Stadam, Oppidum nobile, & ad Albis oſtia munitum, cui propugnando præerat Morganus Britannus, multorum præliorum fama notus atque impiger Dux, valida conſtantique obſidione Cæſarei juris fecit. Sed & ibi ſedem ſuam figens, Imperii Romani Aquilas victrices conſtituit: ut non niſi eas priùs venerans Albis, Fluvius Regionis illius maximus, Oceano Germanico illaberetur. Haud ita multò poſt tamen, cum Cimbrorum Rege, hoſte aliquoties debellato, haſtiſque & gladiis noſtrorum exercituum, in proprii Regni latibula retruſo, pax inita eſt, qualem ille à victis accipere debuiſſet. Nimirùm ex ignobilitate pacis, & concordiæ cum Rege externo atque Sectario, [illegible] buit ea, quæ mox ſecuta eſt, lamentabilis Italiæ [illegible] tas; ac tanti ſterit totius penè dixerim Inſubriæ [illegible] ac ruina, deſideratis partim ex bello, partim ex [illegible] ciſſima, militum & populariùm facilè ad deci[illegible] millia. Interim exarmato Imperio, ut cis Alpe[illegible]

Padum potiùs dimicaretur, Guſtavus Adolphus Rex Gothorum & VVandalorum, Dux belli peritia, diuturnaque armorum exercitatione, Cimbrorum Regi longè anteſcreudus, pactis cum Sigiſmundo Rege Poloniæ induciis, acceſſit ad Sectariorum Principum partes; qui redintegrato bello rurſus Imperium labeſactare, ſub capite magis valido meditabantur. Mare Balticum Rex claſſe cum exigua tranſmiſit, ſed quæ fortunam Cæſaris vehere illi videbatur: ut pari proinde omine, atque olim Cæſar poſt tranſitum Rubiconis, tunc etiam ipſe dixerit jactam eſſe aleam. Pomeraniam ingrediens Ducem Regionis, & Primores obvios habuit, qui inter ſalutationes gratulationeſque Vindicem ac Liberatorem ſuum jam tum eum appellarunt. Sed & commeatum affatim dederunt; plurimique deſertis Urbibus & pagis ſequi caſtra ejus deliberarunt. Quare auctus copiis, Stetinum Principem Urbem Pomeraniæ munivit, ac juſtum exercitum habere ſub ſignis cœpit. Haud procul Stetino Caſtra Cæſaris erant, quibus Torquatus de Comitibus præerat; ea tamen propinquitas dumtaxat velitationum occaſio fuit: & tum maximè apparuit, quanti fuiſſet momenti Stralcſunda, Civitas à præſidiariis Regis Guſtavi defenſa, ab Duce autem Fritlandio obſeſſa & oppugnata, ſi in poteſtatem Cæſaris redigi potuiſſet, aut ſi (quod multi exiſtimarunt) pecuniam Fritlandius, quàm Urbem capere non maluiſſet: poſtquam ſuorum jacturam ſatis gravem paſſus fuerat, in longa difficilique illius obſidione. Saltem Urbe illa Cæſari ſubacta, prohibere acceſſum novi hoſtis, aut impedire incrementa illius, initiaque ejus parva & tenuia extinguere licuiſſet, antequam incendium excitarent maximum, miſerandamque in Imperio ederent vaſtitatem. Fuiſſe pares aut ſuperiores vires Exercitus Cæſarei, quando Stetini Rex primùm erat, referunt aliqui, ſolamque abſentiam Ducum Supremorum opinantur cauſæ fuiſſe, cur eorum Legati Stetinum premere obſidione, aut Regem ad prælium evocare non deliberaverint. Etenim Comes Joannes Tillius Ratiſbonæ agebat in Comitiis apud Cæſarem, & apud quatuor S. R. I. Septemviros: Dux ipſe Fritlandius erat Memingæ: in iiſque Comitiis idem Fritlandius, cujus ſecretò quidem fides, palam ſuperbum imperium & arrogans poteſtas malè audiebant, exautoratus eſt: Tillius verò caſtris utriſque Cæſaris, & Confederationis Catholicæ impoſterum præfuit: etſi exautorare univerſum ejus Militem, ad Cæſaris peræquè, ac Religionis certam perniciem, aliqui conati fuerant in Comitiis Ratiſbonæ. Rex interea munitiones præcipuas, partim vi, partim deditione occupare, aut obſidione claudere, ac Cæſarianis eas omninò inutiles reddere. Colberga diu obſidionem toleravit, ſed poſtremò cadere, ac ſe Regiis dedere ipſa etiam debuit, ob penuriam annonæ, quam admittere tamen mari potuiſſet, niſi onerarias quatuor, (incertum fraude an injuria,) cunctari in portu, nec ſolvere, dum Civitatis obſeſſæ ſumma urgeret neceſſitas, contigiſſet. Gripſvvaldia pariter diù ſtetiſſet, Pomeraniæ arx munitiſſima, & cujus excurſiones frequentes, Stetinum uſque, & uſque Straleſundam, Regi, ejuſque copiis plurimùm incommodabant. Sed poſtquam Præfectus ejus, Vir ſtrenuus, inſidiis Regiorum circumventus occubuerat, paciſci debuit, ac facere deditionem. Egreſſi præſidiarii cum explicatis vexillis, cum armis, atque apparatu militari, fidem in Regiis (quam violare fœdiſſimum eſt vel in hoſte barbaro) deſiderarunt.

Etenim etſi eis Regii fore integrum promiſerant, ut Roſtochium, vita ſoſpite, ac ſalvo armorum inſtructu ad ſocios irent; attamen fuit impoſita neceſſitas, per ſemitas difficiles, ac propemodum invias, eundi aliò ad Albim. Quin etiam in itinere ipſo, immiſſa eſt legio equitum Regiorum, quæ arma illis ac vitam eriperet: adeò ut ex mille ſexcentis militibus veteranis ac ſelectis, centeni vix evaſerint. Comes Tillius datis ad Regem litteris, queſtus eſt inſignem eam perfidiam; atque eſt minitatus ſimilem ac parem ſtragem, ſi propitio Numine aliquando vinceret. Rex contra excuſavit facinus, cujus videlicet ſe haud fuiſſe conſcium ajebat; eoſque ſaltem, qui ex barbara illa nece ſuperfuerant, ſemiamictos, & confectos propemodum ſqualore, ad ſuos redire permiſit. Cæterùm Tillius ſecum animo reputans, exactis Cæſaris præſidiariis, univerſam Pomeraniam eſſe jam in Regis poteſtate, captis VVolgaſto, Greiffenhagen, Francofurto ad Oderam, & Temineo; quæ ultima munitio janua Regi eſſe poterat, ituro in Marchiam Brandeburgicam, vel in ditionem Megalopolitanam; juſſit in hac ſaltem ditione Principem Urbem Roſtochium muniri egregiè: ac Neobrandenburgum Regiis vi eripuit. Tentaſſet perinde Teminei recuperationem, ut pateſacto eo rurſus aditu, in ipſa Pomerania Regem quæreret: ſed metu gravis incommodi, quod ex illius obſidione hiemali exercitus accipere potuiſſet, maluit regredi, ac Magdeburgum caſtris totis oppugnare. Propinquas munitiones, & externa ejus propugnacula ſubegit ſtatim, Civeſque penitus intra mœnia concluſit. Ibi Tribunus Regis Falkenbergius, qui Civitati præerat, dicitur ſigillo Regio fuiſſe uſus aliquoties, ut epiſtolas concinnaret Magiſtratui ac populo inſcriptas, cum amplis pollicitationibus: nempe ut fieret perſuaſio, propediem ab Rege ſuppetias venturas. Hinc verò ajunt obortam pertinaciam Civium, qui deditionem alioqui deſperatis auxiliis feciſſent. Tandem perfoſſis cuniculis Cæſariani ſuggredi mœnia, periculum facere, atque aſſultare in præſidiarios & Cives. Sed enim utrique conſtantem animum, nec perinde concuſſum, ac mœnia oſtentare, ſtrenuèque propugnare Urbem. Tum verò Tillius, æſtimari ab ſe virtutem illorum ſimulans, canere receptui, abitumque & fugam fingere. Quæ res fuit occaſio, ut obſeſſos primùm fatigatio, dein ſecuritas in ſomnum prorſus morti proximum induceret. Videlicet repentè Tillius reverſus Urbem aut ſegnem, aut ceſſantem, aggreſſus eſt impreſſione tam acri, ut momento eodem propemodum viſa fuerint hæc omnia geri: nempe ab omni parte murum quatere, diruere, conſcendere, atque obvios quoſque hoſtium trucidare. Nec modò peditem expeditum & celerem, ſed equitem quoque admiſerunt ruinæ Urbis proſtratæ: fuitque initio atrox pugna, Regiis præſidiariis Cæſarianos excipientibus, vultu nondum ſuperato, ſed minaci. Tandem Tribuno Falkembergio in prima acie trajecto, Cæſarianorum, & imprimis Pappenhemii virtutem generoſam ſuſtinere diutiùs Regii non potuerunt. Proinde cùm & ipſi, & quotquot Civium advenerant armati, promiſcuè caderent; inermes alii rati ſunt, res Patriæ omninò eſſe conclamatas, pyriique pulveris cados plurimi in ædes proprias importarunt, & confeſtim ſubdita ſcintilla Urbem incenderunt. Diceres cum ferro & manu Cæſarianorum conjuraſſe ignem; ſiquidem in diverſis ædibus ac vicis ſeorſim excitatus, non abſque miraculo, vaporem junxit, Urbemque Cæſari, Superis, ac Deo rebellem, cingere, obſidere, abſumere univerſam viſus eſt.

Major tamen fuit ejuſdem ignis, quàm ipſorummet Civium religio: quoniam ſummum Templum, atque ædes ei propinquas non læſit, ut conſtaret, cujuſnam Aræ, per ſacrilegium abjuratæ, ac ſpretæ, Magdeburgenſium ſanguine litaretur. Deſiderati ex militibus Cæſarianis plures in hoc incendio ſunt, quàm in pugna ipſa, vel in obſidione; atque occubuere præſertim ii, qui ſtudio prædæ, intraverunt divitum domos, ac recta in pyram ſepulchralem, atque in tumulum abitura; priuſquam infortunium advertere, nedum evadere ipſis liceret. Cæterùm multitudo ingens cujuſvis ætatis, ac ſexus, cum ſuiſmet ædibus conflagravit, quam ſi accenſeas aliis, qui ferro necati ſunt, facilè una illa dies, funerum bis vicena millia numerarit. Dum hæc geruntur, Lantgravius Haſſiæ pro ſe militem legere, noviſque rebus ſtudere; ideò Haſſiam verſus Mulhuſium Tillius movit, conatuſque eſt eum ab inito belli conſilio dehortari. Ille tamen diſſimulare omnia, & profiteri, ſe rurſus inermem fore, modò Saxoniæ Septem vir, particeps conſilii ſui, pariter arma poneret; imò & jactare, à Cæſare ambos eſſe, & porrò deinceps futuros. Haud fefellit ejus diſſimulatio doluſque Tillii circumſpectum, ac ſolertem animum, voluiſſetque ſingulos eorum aggredi, atque conficere, priuſquam copias jungerent; ſed remora injecta eſt à Cæſare, vel ab ejus ſecretiore Senatu; nam erant Viennæ, qui conſultius ducerent, ambos eos Principes æſtimare amicos, quamdiu ſe hoſtes non proderent. Quocirca Tillius paruit, & adverſus Regem rurſus arma convertit, qui ſtraverat pontem in Albi, duodenis milliaribus infra Magdeburgum, juxta oppidum VVerben, in eoque vaſtam munitionem excitaverat. Caſtra ſua in propinquo loco fixit Tillius; ſed cum ſumma difficultate annonæ, quam ægrè ac vix ſperare poterat ex ditionibus Magdeburgenſi & Halberſtadienſi vaſtatis, atque exhauſtis: cùm interim Rex eam acciperet abundè ex ditione Brandeburgica. Nihil aliud ſupererat, quàm ut Rex, aut Tillius claſſicum caneret, inferretque alteruter ſigna;

dum

Digitized by Google

dum verò in dies ſingulos utrimque prælium exſpectatur, Rex ex munitione erupit cum univerſo equitatu: ſed retrocedere mox debuit; actuſque in fugam eſt ſimul per pontem peditatus, quem perſequi Tillius deliberaſſet, niſi ex Tribunis primarii hoc diſſuaſiſſent. Quia deinde caſtris ejus ibidem manſio diutina eſſe non poterat, in quibus commeatus militi, gramen equis deeſſet, reverti ac Vvolmerſtadium ire coactus eſt, ubi aliquo modo pro exercitu annona convaluit. Dein Magdeburgum prætergreſſus, copiiſque Eislebiæ conſtitutis, Halam conceſſit, ut ibi operiretur, quid demum ad Cæſaris litteras Septemvir Saxoniæ reſponderet: cum eis enim litteris ternos ad eum Legatos miſerat quæſituros, à Cæſare, an à Rege, tam ipſe, quàm miles ejus ſtaret. Ille ſolam ditionis propriæ defenſionem, reſpondit, conſilium dediſſe illius militaris delectus, quem ab ſe potuiſſe haberi arbitrabatur, citrà omnem Cæſaris injuriam, vel offenſionem. Tillius potiùs offerre Cæſaris patrocinium & arma, perque tabellarios ac tubicines pacem, amicitiamque identidem ſuadere. Fruſtrà id tamen fuit, & quoniam ille videbatur jam cum Rege palam conſpirare, ideò Mersburgum ac Neumburgum Civitates ditionis ejus præcipuas, atque ambas proprii Epiſcopi honore olim inſignes invaſit Tillius; dein ad Lipſiam veniens, illicò cœpit obequitare propiùs, atque urgere deditionem. Cives haud ſe alienos ſimularunt; ſi vim tamen aliquam priùs experirentur, quæ rei neceſſitatem tempore ſuo apud Saxonem excuſaret. Diſpoſita itaque majora tormenta poſtridie contra urbem fuerunt, & Comes Tillius Magiſtratui ad deliberandum horam dixit. Dum is interim cunctatur, & ſpecie conſultandi ſuppetias promiſſas à Saſone operitur, præſidiarii ſubditis ignibus ſuburbia incenderunt, multò ab ædibus, atque ab opibus præſtantiora, quàm ipſam Urbem; in ea enim mercatores externi ſua convehere, ibidemque proprias officinas extruere conſueverant. Porrò hi audiebantur, inter ejulatus & lamenta, Tillianos graviſſimè, tamquam incendiarios, criminari. *Sed* fraus deinde patuit, cùm ex vallo præſidiarii explicarunt vexilla, & repentè magna vi adverſus Tillii equitem ac peditem, exploſerunt; nam erant igni, utique ab ſe injecto, propiores multò, quàm Tilliani, qui eum juſſi reſtinguere, accedere, paluſtribus viis prohibiti, nequiverunt. Cæterùm quia ventum ad vim erat, Tilliani ſodere noctu, atque aperire ſemitas, quibus defenſi ad foſſam, & ad hoſtium vallum irent. Cives propterea admoniti exemplo Magdeburgi, & exterriti cladis ejus recenti recordatione, Urbem Tillio dediderunt; ſolique ex præſidiariis ii manſerunt, qui Arcem deliberaverant tueri. Poſtera die nunciatur, Regis, Saxonis, & Brandeburgici copias omnes adeſſe, & numero quidem ſuperiores adeò, ut foret neceſſe, cuivis uni ex Tillianis, ternos aut plures aggredi; nihilominùs ad pugnam illi anhelare, ſoliti nimirum, cauſa impetum in hoſte frangere, & virtute numerum in eo aſpernari. Voluiſſet Tillius figere aggeres tormentarios, vallo ſuos munire, ac noniſi de caſtris pugnare; ſed ejus conſilium ſenile, ac prudens evertit alacritas nimia quorundam Tribunorum, qui eſſe proprium Cæſarei exercitus dixerunt, non expectare prælium, ſed ire obviam, hoſtem provocare, atque adoriri. Itaque acie diſpoſita quæritur hoſtis, ac invenitur quadrato etiam ipſe agmine, dum jam erat meridies. Præluditur initio velitationibus, dum interim equitem tubæ, tympana peditem undique ad conflictum extimularent. Mox eum ſtrepitum excepit tormentorum fragor, ac hoatus, jaculantibus Regiis obliquè, atque in decuſſim adverſùs Tillii equitatum, nec levi ſanè incommodo. Tum legiones Tillianæ peditum tres, Regias quatuor invadunt fortiſſimè, diſſipant, fugantque plurimis peremptis. Subinde quaternæ aliæ Tillii legiones quinas Regis aggrediuntur, tantoque afficiunt damno, ut turmatim Regii partim caderent, partim fugerent abjectis armis. Dum hos tamen in fugam effuſos, ac præcipites Tilliani perſequuntur celeriùs, quàm par erat: longo ſenſim tractu ab equite disjunguntur: & ex eo factum eſt, ut voluptas vincendi, quæ plerumque improvida eſt, atque adeò ſecurior, quàm tutior, debuerit repentè alteram belli fortunam experiri. Etenim Tillius, qui primam ducebat aciem, re animadverſa, & gnatus periculi, juſſit quidem equitatum adproperare, ac peditatui tegere ſiniſtrum latus; ſed Sveci palantes, & cum Cæſarianis dimicantes toto eo campi ſpatio (ut quique erant obvii, poſtquam deſeruerant ordinem) nuncios aut retardarunt, aut interemerunt. Tillius proinde, etſi nulla ſtipatus cuſtodia prætoriæ cohortis ſuæ, quæ ante tempus ſpolia hoſtium legebat, ibat eò ipſemet, ut accerſeret equeſtres legiones. Cùm ecce Regii equites duo, eum conſpicati, adcurrunt, volenſque alter in ejus pectus explodere, quoniam ab igne deſtituitur, ſclopo alliſo, ſaltem capiti gravem ictum intentat, quem objecto ſiniſtro brachio excepit Tillius, & renovavit acri admodum dolore cicatricem vulneris, olim eidem brachio impreſſi à Turcis in Pannonia: alter ſclopum à tergo in eum exonerans, thoracem flamma exuſſit, ſed grande corpus Tillii perſtrinxit potiùs, quàm penetravit; nihilominùs ex vulnere illicò manavit ſanguis. Mox ſubmoverunt ambos, è Ducis Supremi corpore, Nobiles duo, qui comitabantur, & cum quibus ad equitatum Tillius demum pervenit.

Sed implicatum reperit difficili prælio: nam Equites Regii, utrimque ſuccincti à propriis ſclopetariis, impreſſione vehementi equites Tillianos fuerant aggreſſi, & dum dextera horum ala ſtrictis etiam gladiis ſtrenuè propulſat Regios, ala ſiniſtra, quæ in hoſtes procurrerat longiùs, fueratque ideò majoribus tormentis admodum quaſſata, poſtremùm à cuneo Regiorum equitum, & maximè à ſuccingentibus ſclopetariis tanta vi premi, atque urgeri cœpit, ut cùm capeſſeret fugam una ejus legio, impreſſioni propinquior, ex ea re perturbati ordines fuerint, & prolapſæ ſtatim quotquot ſupererant in ſiniſtra eadem ala Tillianorum equitum turmæ: Pappenhemio, qui præerat, nequicquam obeunte Ducis ſtrenui munia omnia, ſi quomodo reſtituere potuiſſet ſactam à trecentis tantummodo ſclopetariis, ſubitam ejuſdem alæ ſiniſtræ inclinationem. Poſt hæc ala dextera, & ſi ſeriùs, etiam ipſa deſeruit ſtationem ſuam; ex eaque legio Cronbergii ad peditatum itura, quia in Tillium ſupremum Ducem incurrit, ſaucium ac doloribus excruciatum, Lipſiam ex prælio eum reduxit. Interim ejuſdem Tillii pedeſtres copiæ equitatu proprio deſtitutæ, impetitæ verò ab equitatu hoſtili, nec ampliùs pares certamini, ſervato ſemper ordine retroceſſerunt; & Regii fuerunt campi pariter ac victoriæ compotes: tametſi ex iis plures multò quàm ex Tillianis occubuerint in acie; dum pedeſtres legiones Tillii fortiſſimè rem gererent, & victoriam non inchoarent modò, ſed perpetuis horis quatuor continuarent. Demùm Tillius audiens ex loco infelicis prælii diſperſam abire aciem, juſſit proclamari, quonam cunctis eundum eſſet. Major verò mœror, quàm trepidatio abeuntium erat: etſi penderent ex corporibus multorum cæſi & conciſi artus, manarentque adhuc recenti cruore, vulneribus nondum procuratis. Quippè exercitus, anteà ſemper aſſuetus victoriis, tunc primùm alteram fortunam experiebatur; neſciebatque, an Tillius jam ſaucius, eſſet futurus vulneri ſuperſtes. Ulciſci enim & reparare gloriam ſtrenui & veterani avebant maximè, ſuperati viribus, ſed nondum animis victi. Alberſtadii, viciniſque in Oppidis & pagis legionum reliquiæ convenerunt; cum quibus Comes Tillius, intuta itinera, & inſidias hoſtium devitans, ad Mœnum venit; ut partim ejus amnis alveo, partim ſuorum armis, ſiſteret ibi Regem victorem; ne ad damna Imperii alia progrederetur. Sed non ita multò poſt, dum Aſcaffenburgi cum Tribunis & Centurionibus agitat in re ancipiti conſilia, perferuntur ad eum litteræ, nunciantque, Bohemiam totam à Septemviro Saxoniæ ſubigi, & jam Pragam, urbem totius Regni maximam, eſſe in illius poteſtate. Tum verò neceſſe habuit, poſthabita Imperii defenſione, tueri ſaltem Cæſaris & Bavari ſeptemviri patrimonia. Legiones itaque exercitus Cæſarei dimiſſæ ſunt, ut Auſtriam propugnarent: aliæ quæ ſpectabant ad exercitum Confederationis Catholicæ, etſi cunctis ejus Principibus militabant, debuerunt Maximiliano, Supremo copiarum Duci, præ aliis præſidio eſſe. Interea Regi Guſtavo penitus viſcera Imperii patuerunt: nec hoſtis ei alius ſupererat, quàm qui arcibus includebatur. Venienti occurrit primùm Koningshoviana, à commeatu, à milite, à propugnaculis munitiſſima, in aditu ipſo Franciæ Orientalis: quæ tamen momento ceſſit Regi, tonanti ſolùm eloquio, nec vim aut ejus armatam iram expectavit: quamobrem ignaviæ fœdæ infamia Præfectus ejuſdem arcis paſſim aſpergebatur. Indidem profectus Rex Herbipolim celeritate incredibili, tantum non antevertit ipſos nuncios deditæ munitionis Koningshovianæ. Pavor, conſternatio, & fuga fuerunt prodromi adventus

ejus:

Digitized by Google

ejus: nam repentè quique honeſtiores immigrarunt aliò, Urbemque, lares, ſupellectilem hoſti reliquerunt. Attamen Arx ſita in jugo præalti montis, ſimul tutela Urbis, ſimul Epiſcopi & Principis domus reſtitit militi ejus, & in acceſſu complures ſuggredi temerè auſos peremit. Sed ſpreta eorum audacia accendebatur magis magiſque, ita ut demum fureret veriùs, quàm pugnaret. Eodem tempore alii prodiderunt arcem, Regiis ſecreto tramite per clivum adductis. Hi portam illicò pandentes pirio pulvere, aggrediuntur à tergo præſidiarios, dum propugnacula tuentur; ibidemque ſclopis, gladiis, ſecuribuſque eos trucidant. Poſt hæc inermes multi, & ex eis aliqui Religioſi, quotquot ſacellum, tamquam aſylum, adierant, fuerunt eiſdem ſecuribus occiſi; mulieres tamen ſuperfuerunt; ſed immanis lanienæ ſpectaculum eas fermè ſine vulnere ac ſine ferro exanimavit. Urbe atque Arce Herbipolenſi potitus Guſtavus Rex, vincere in Mœno perrexit, donec Francofurtum, Urbem amicam, ſed Cæſari ac Deo rebellem, pervenerit: ubi conſultavit de Moguntia oppugnanda, & de trajiciendo Rheno. Fluvius hic alveo maximus, nec in eo tractu pervius ponte ullo, Civitas ipſa Caſtro defenſa, quod ſuaſu Ambroſii Spinolæ, in colle opportuno fuerat exſtructum, atque adeo Hiſpani milites, Urbis & Caſtri propugnatores, difficilem expugnationem Guſtavo Regi reddebant. Certum habuit nihilominus rem tentare, ac fortunæ dudum blandienti auſus eſt fidere adeò, ut cum fruſtra ex aggere tormentario, fixo trans Rhenum, Moguntiam ab ſe quati experiretur, amnem ſuperius aliquanto trajecerit cum paucis ipſemet libera navi, excubitoremque tantummodo exterruerit nomine Majeſtatis. Nam ex inopinato eum, claro die aggreſſus in ripa, ſubmittere arma non aliis coegit artibus aut machinis, quàm quòd affirmaverit ſe Guſtavum Regem eſſe. Subinde aliæ ſolutæ naves, cis Rhenum appulſæ, copias ejus expoſuerunt, cum Hiſpanorum inſigni probro, qui vel una equitum ala ripam cuſtodire, & impedire hoſtium exſcenſionem potuiſſent. Ubi verò Moguntiæ rumor percrebuit, Regem eſſe in ripa citeriore: iidem Hiſpani Urbem deſeruerunt, atque inſuper magna ex parte eam in abitu ſpoliarunt: rati non tam Civibus, quàm hoſti venturo prædam auferri. Cæterùm incolæ partim in fugam effuſi ſunt; partim ad ærumnas graviores ibi manſerunt: & Rex Civitatem ſui juris fecit, pontemque illico in Rheno ſtravit. Tum adductis majoribus tormentis, claſſem inſtruxit, ut Coloniam ſecundo flumine iret: nec ſanè impetum ejus vis alia belli, atque armorum fregiſſet; præſertim ex quo Galli, accerſiti ab Electore Trevirenſi, tenebant Arcem Confluentinam: hæc enim ſola, utpote munitiſſima, potuiſſet Regi & claſſi ejus Rhenum claudere, omnemque prohibere tranſitum. Suſpenſa tamen expeditio fuit ab Regis Chriſtianiſſimi Oratoribus, ſeu deſiderio ſtationis militi proprio ſtabiliendæ in Civitate Colonienſi (quod diu optaverant ſuperiores eorum Reges) ſeu metu Regis externi, jam nimiùm propè, hoc eſt in ripa quondam Gallica dominantis; cui videlicet tot proſpera circumfluere, haud æquis ampliùs oculis videbant. Nempè polliciti ſunt omnem operam, ut Coloniæ ſuaderent neutri parti favere, nullaque Cæſari ſuppeditare auxilia, perindè ac ſi extra omnem belli aleam ea Civitas eſſet. Succeſſu caruit tractatio; quia enormes erant conditiones, quibus Guſtavus Rex Urbem reipſa ſibi uni obnoxiam quærebat, ſpecie petendi, ut neutro inclinarent animi. Attamen tempus tractationi datum, Colonienſibus ſaluti fuit; ſiquidem Rex interea, ebrius ea ſpe, aliò tranſtulit bellum, occupavit Vvormatiam, & Spiram, plurimaque in Palatinatu oppida ſubegit; Bavariam invaſit, multoſque in ea incendit pagos, uſque adeò ut Monachium etiam Principum ſedem victor intraverit. Sed enim Ingolſtadium ibi, quemadmodum in Palatinatu Frankendalium, firmas ac munitas Urbes, ex tædio diuturni obſidii, declinavit, utpotè qui feſtinare ad prædas, quàm ire ad victorias ſtabiles, & manſuras ſoleret. Dum hæc agerentur, vel non ita multò poſt, Comes Joannes Tillius, in tibia periculosè afflatus vapore globi majoris, ut qui adhuc defenſurus Bavariam adiret diſcrimina, deceſſerat è vivis, pietatis gloria, famaque rerum geſtarum perpetuò iturus ad poſteros. Vir enim fuit, quem felicitas ſemel duntaxat, neſcio fatigata dixerim, an de illius virtute nimiùm ſecura, inter dimicandum deſeruit: ut propterea, ſemel tantùm victus, qui ſemper vicerat, nihilominus clarus, & inclytus occubuerit. Non

Ideò tamen Imperatoris, aut Catholicæ confœderationis caſtra Ducibus carebant, quia reſtituerat Ferdinandus Cæſar belli ſupremum regimen Duci Fritlandiæ, & alterius exercitus, pro Maximiliano Bavaro, erat Legatus Comes Pappenhemius. Ille conſcripto ingenti exercitu, Bohemiam, & Pragam imprimis, Urbem Regiam recuperavit: poſteà cum Pappenhemio cœpit Guſtavum Regem inſectari, qui potitus Auguſta Urbe prædivite, ibi figere ſedem Regni ſtatuerat. Univerſam enim Europam ſibi velle ſubdere videbatur, fretus eventis ſecundiſſimis, atque eam indidem Imperio regere, vaſto vir animo, & cui parem ægrè inveniſſes, niſi deſideraſſes in illo religionem, & bonam cauſam. Auguſta Norimbergam conceſſit, habuitque circa eam alteram Urbem nobilem atque opulentam copias omnes ſuas. Tunc eò advenit cum propriis legionibus Dux Fritlandiæ: caſtra loco propinquo, & opportuno fixit, ſperavitque omninò futurum, ut vel Regem extraheret ad pugnam, vel conficeret fame, aut ſaltem lue: quæ haud ita multò poſt graſſari & ſævire in Civitate illa cœpit. Porrò multis admirationi fuit, belli Ducem tam circumſpectum aſtringi ſe permiſiſſe, & fermè claudi intra Urbis unius anguſtos fines; ex qua nec poterat commodè molem belli dirigere, quod in Septentrione toto ex ipſius nutu gerebatur, nec accipere auxilia ſociorum, niſi conflarent illi exercitum valdè copioſum. Sed & publica fuit expectatio pugnæ generalis ac decretoriæ, eratque cur Catholicis caſtris victoriam plurimi, non voverent ſolùm, ſed etiam ominarentur, quia Dux Fritlandiæ intra vallum munitiſſimum legiones habebat, cum propugnaculis, turribus, & caſtellis, ut nec internum, nec externum hoſtem metuere deberet, Regemque militum numero longè ſuperabat. Rex ideò auxiliares copias à fœderatis Principibus, nempe Saxoniæ Septemviro, Haſſiæ Lantgravio, & VVeymarienſi Duce, illuc ad ſe accerſivit: eæque Norimbergam pervenere: quia circumvallatio exercitus Cæſarei perpetua non erat, ſupererantque, inter ſtativa legionum, ſpatia ingentia agri Norimbergenſis; ut non tantùm lixæ, calones, & nuncii poſſent ultro citroque commeare; ſed poſſent pertranſire hoſtes, etiam cum acie inſtructa. Fuiſſet conſultius continuare aggeres, & vallum atque orbem abſolvere: ſed inſtruere ingentem ejus ambitum neceſſario milite, arduum erat. Velitationes, & prædæ invicem, actæ ſunt frequentes ex mutuo damno: aliquoties congredi Rex voluit, & optaſſet de ſumma rei aperto in campo decernere: ſed quoties acceſſit, toties ex Ducis Fritlandiæ munitiſſimis caſtris affectus eſt clade ſemper majori, quàm clades fuerat ab eo Cæſareanis viciſſim illata. Fatendum eſt tamen, fuiſſe pugnatum utrimque fortiſſimè, deſideratis in repetito identidem conflictu, non legionariis modò iiſque veteranis ac ſtrenuis magno numero, ſed Centurionibus & Tribunis. Inter quos clarum nomen fuit Marius Carafa Chiliarcha Cæſareus, & ſeptingentos equites in prælia ducens, qui pro Religione ac pro Cæſare ſanguinem ac vitam fudit, glorioſè tunc adverſus Regem & ejus legiones dimicando. Imò adierunt vitæ diſcrimen ipſimet ſupremi Duces; nam Fritlando equus proprius globo majoris tormenti extinctus eſt tunc in prælio, & Regi plumbea grandine excuſſa è ſclopis Cæſarianorum, non ſemel cuſtodes corporis & armigeri ad latus fuerunt perempti. Tandem cum incommoda quotidie augerentur, minueretur verò ſpes adigendi Cæſarianos, ut deſererent ſtationem, in qua vinci non poterant, deliberavit Rex conclamare vaſa, & abire Nurimberga, ut alibi ſaltem eos libero campo adoriretur. Sua pariter movit caſtra Dux Fritlandiæ, & quia cum hiems appeteret, ſtatuerat militi in ditione hoſtili aſſignare hiberna, ideò præmiſſis legatis Olka & Galaſſio cum parte copiarum, proſecutus eſt cum exercitu reliquo, Vortlandiamque univerſam ac Miſniam, ſi Dreſdam excipias, occupavit. Hæc Civitas Septemviri Saxoniæ ſedes eſt, quem hoc pacto Dux Fritlandiæ rebatur, aut induci poſſe ad obſequii reverentiam erga Ferdinandum Cæſarem, aut pertinacem in perduellione puniri. Sed enim Guſtavus Rex, ſuam fidem, ſuamque expectari opem intelligens à præcipuo Adjutore, & à Principe inter fœderatos alios ſummæ, tum potentiæ, tum dignationis; certum habuit, præſto eſſe quantociùs, ac tentare omnia, ut à diſcrimine præſentiſſimo eum eximeret. Idcircò mutavit conſilium, quod inierat hiberna quærendi, aut in Bavaria, aut in ditione Tirolenſi, aut in Alſatia, aut

in ea

In ea Sveviæ parte, quæ paret ac ſubeſt Auſtriacis, cœpitque ſeriò Miſniam cogitare, Saxonem & populares ejus liberaturus. Uti verò prudentia valuit imprimis, hebetare hoſtem, ac minuere illius vires priùs conatus eſt, ut imparem aggrederetur, certiùſque conficeret. Proinde Arnhemio, qui duodena peditum millia, & quatuor millia equitum ſub ſignis Septemviri Saxoniæ numerabat, ſuaſit, Sileſiam invaderet, eamque regionem omnem perturbaret: quò ita Dux Fritlandiæ juſtum exercitum illuc deſtinaret, cauſa injuriæ propulſandæ: nec aliter ceſſit; quia Sileſianam eam expeditionem Dux Fritlandiæ ſtatim Galaſſio demandavit. Batavos etiam proritare adverſus Colonienſes ea ſpe ſtuduit, ut devocaretur propterea Comes Pappenhemius ad Rhenum, nec jungerentur Duci Fritlandiæ legiones illius. Has tamen ad ſe migrare, & in Thuringiam venire Dux maluit, ut retunderet iis auxiliis, aut ſaltem eluderet Regis conatus atque conſilia. Rex itaque cum promptiſſimis & lectiſſimis, quos habere potuerat, citrà ordinarii præſidii detrimentum, ex Arcibus Alſatiæ, Palatinatus, & Orientalis Franciæ; cum Ducis Luneburgi, & Baudiſii copiis, quæ ad Thuringiæ limites expectaverant adventum ejus, ac præcipuè cum duabus legionibus flava & cærulea, quibus Europam univerſam ſe expugnaturum jactabat; & cum tribus millibus equitum, inferre bellum voluiſſet ad Erfurtum ſoli Pappenhemio, ibi tum agenti, niſi Dux Fritlandiæ Hallam eum adproperare juſſiſſet, atque adeſſe propiùs: Regem enim adventantem Dux ad Lipſiam decreverat oppetiri. Alioqui Pappenhemius avebat maximè conſerre ſigna, & in partem victoriæ neminem habere; ratus ſummam fore gloriam, ſi ſolus & copiarum numero impar vinceret: contra excuſandum ſe, ſi ſuccumberet, ac futurum in promptum novum exercitum, qui Regem, victorem quidem, ſed certamine ipſo (in quo multi debuiſſent cadere) debilitatum, feliciùs exciperet rurſus, ac profligaret. Rex tandem Vveymariam, Haumburgum, & Lutzen pervenit, ibique acie diſpoſita, progreſſus eſt ad unum adhuc milliare, verſus Lipſiam, quæ altero milliari aberat, & Duci Fritlandiæ per tubicinem obtulit prælium. Dux ea ipſa die, nempè 15. Novembris, tum Hallam tabellarios miſit, qui Comitem Pappenhemium accerſerent; tum præſidiariis conſtitutis, partim in Urbe, partim in arce Lipſiana, in campo ſtetit agmine quadrato. Sed quia ea belli denunciatio pariter, ac præparatio fiebat cadente jam die, noctem in utroque exercitu exegit miles obtinens ordinem, nec anhelans magis ad lucem, quàm ad ipſum prælium. Obtigit verò id percommodè, quia nocte eadem Comiti Pappenhemio ſpacium fuit adveniendi, cum ter mille ſaltem equitibus: quandoquidem ſequebantur tardiùs pedeſtres ejus legiones. Exortus manè ſol & dies vidit in conſpectu mutuo utramque aciem, eratque mira omnium alacritas, quippè cùm locus ipſe ſpem Regiis novæ victoriæ, Cæſarianis ultionis generoſæ ſuppeditaret. Pugnæ igitur tormenta præluſerunt, majore tamen ſtrepitu, quàm damno. Mox legiones ipſæ concurrerunt ſummo cum ardore, ductante primam aciem, hinc Rege Guſtavo, cum tribus millibus equitum, & cum Prætorianis legionibus flava, cyaneaque, illinc Comite Pappenhemio, cum equitibus bis millenis, & cum legionibus peditum veteranorum. Pappenhemius, cum ſuo equitatu, cyaneam legionem, ſitam ad Regis ipſius lævam, eo impetu invaſit, ut tametſi ea repugnaret perquàm acriter, propè jam nihilominus fatiſceret, nec eſſet ſuſtinendæ impreſſioni. Opem tulerunt hinc Regii, illinc Baudiſiani equites, & Comes Pappenhemius paulum flexit, ut veluti renovato impetu validiùs legionem eandem quaſſaret. Tum verò ex ea hoſtium parte, librato ictu colubrinæ, quam vocant, tactus circa præcordis fuit ipſemet Comes Pappenhemius, & ex proprio equo Dux fortiſſimus, manibus ſuorum elatus ad impedimenta, curru verſus Lipſiam avectus eſt adhuc ſpirans, ſeque ſuamque mentem Virgini Deiparæ, ac Divis tutelaribus piè admodum commendans. Itaque in his precibus, Vir immortalis famæ, nominiſque æterni, dum adhuc in via erat, & in curru, in quo triumphare meruerat, defecit. Senſit verò ſtatim jacturam proprius illius peditatus; nam veluti exanimatus, ægrè obtinuit ordinem, & niſi pedeſtres copiæ ſubmoviſſent hoſtem, incommodaſſet magnoperè univerſo exercitui. Rex interea equitatu ſuo fatigabat vehementer Cæſarianos, tam pedites, quàm cataphractos: & tum fervente admodum prælio, uti inter primos erat, ſuoſque

præſentia confirmabat egregiè, ab uno è muſquetariis glande trajectus eſt in ea brachii dexteri parte, qua brachium ipſum armo innectitur. Senſit ille vulnus, ſuoſque adhortans ut pergerent ſtrenuè, aliquantulum retroceſſit: Regemque ſecuti ſunt equites potiores. Ea res à Cæſarianis animadverſa tantum addidit momenti ad victoriam, ut ſine mora illius compotes evaſerint. Siquidem cataphracti, & peculiariter Tribuni Piccolominei equites tanta vi ſunt aggreſſi equitatum Regium, ut cùm eorum plerique jam receptui dederent ſe, atque adeo quiſque videretur certatim Regem periculo eripere velle, facile fuerit ſtragem eorum edere. Simul verò Rex adhuc ſclopi minoris glandem in femore accepit, & ex eo altero vulnere occubuit inter brachia Franciſci Alberti Dynaſtæ Lavemburgi. Dignus enimverò, qui manu potiùs Herois alicujus, quàm militis unius aut alterius obſcuri & gregarii caderet: niſi ejus famam apud poſteros belli ſuſcepti cauſa iniquiſſima multò adhuc obſcuriorem redderet. Momento eodem cœpta eſt utraque legio flava ac cærulea, ab exercitus Cæſarei tam pedite, quàm equite urgeri vehementiſſimè: tamen cum incredibili conſtantia, tametſi Regem & eum quidem ſtrenuum atque magnanimum amiſerat, reluctari viſa eſt, donec ſinguli locum tegerent moriendo, quem occupaverant pugnando, & penes propria arma, nec variato uſpiam ordine, proſternerentur: adeò in eis non malè Guſtavus Rex collocaverat ſpem ſuam. Cæterum deleviſſe has fortiſſimas legiones, exercitui Cæſareo ſtetit labore ac niſu magno: nam ſæpiùs conſeruerunt cum eis manus, in vices reverſæ ad aciem, legiones ſingulæ Cæſarianorum, adeò ut una pedeſtris legio Tribuni Piccolominei ſepties adverſum eas dimicarit. Cùm demum primæ jam tenebræ appeterent, hoſtes, qui etiam ſublato Rege, militari ſemper ordine in pugna ſteterant, ſenſim abſque agminum confuſione receperunt ſe: id verò conſpicati Cæſariani, ægrè ac vix à Tribunis intra propria ſigna contineri potuerunt: quoniam avebant maximè conſectari eos recedentes, & victoriam abſolvere, quam propitio Numine inchoaverant. Sed enim Dux Fritlandiæ tenebris fidere, & nocti, quæ tegit ſæpenumero inſidias, periculoſum exiſtimans, maluit receptui caneretur: quocirca Lipſiam copias ſuas, victoriæ compos, reduxit. Deſiderati ex Cæſarianis in hoc prelio Comes Pappenhemius, tres legionum Tribuni, quatuor eorum legati, quadraginta partim ductores equitum, partim centuriones, & militum ad tria millia: læti verò magno numero, etiam primores exercitus: ipſe Dux Fritlandiæ (perſtrictus in manu) Tribuni, & Centuriones; quos inter Piccolomineus ſenis muſquetti globis tactus, etſi à nullo lethaliter. Ex hoſtibus occiſi Guſtavus Rex, pluresque tam Tribuni quàm Centuriones, tam legionarii pedites quàm equites: perdita verò vexilla ſexaginta. Poſtridie cum Aurora ad locum pugnæ pervenerunt Comitis Pappenhemii pedeſtres legiones, Comite Merodio Duce: & graviſſimè indoluerunt ob Herois ſui interitum; nam ſaltem adeſſe in prælio, & ulciſci eum optaſſent. Sanè ſi interfuiſſent, magnum acceſſiſſet momentum exercitui Cæſareo; & fortaſſe hoſtium exercitus univerſus deleri potuiſſet. Legerunt ſpolia in campo cadaveribus conſtrato, & relicta ibidem tormenta utriuſque partis Lipſiam invexerunt: atque hoc eſt alterum memorabile prælium, commiſſum in Lipſienſi agro: quem bis irrigaſſe ubertim humano ſanguine, Regi Guſtavo ſtetit demum ſanguine proprio, ceſſitque ad meſſem priori longè diſſimilem: nam elatus ad funus hac vice fuit ex campo, ex quo aliàs exiviſſe videbatur ad triumphum. Ingens ex eo ſucceſſu ubique fuit Catholicorum lætitia, interque luſus varios, temporis notam referentes, placuit ille imprimis; GVſtaVVs CaDIt IMperat AVgVſtVs. Omnes verò in hanc ſpem venerant: quia ſi, ut luſit Alter:

ReX sVeCVs noſtras VIVenDo perDiDerat res, credebant id futurum omnino, quod prænuntiatur in luſu ſimili, nempe:

Rex SVeCVs noſtras MorIVndo reſtItVet res. Attamen Hæreſis & Rebellio, quia monſtra ſunt gubernationis, quà ſacræ, quà laicæ, uno avulſo capite, illico capita & cornua plurima in Cœlum & in Cæſarem extulerunt: molemque belli maximi, quod omnem ferè vaſtiſſimam regionem oræ ſeptentrionalis concutere, & collidere adhuc videtur, ſuſtentarunt atque adminiſtrarunt æquali tum potentia, tum providentia. In Alſatia atque Bavaria non modò Bavari Septemviri opes, ſed ſocia etiam

arma Regis Catholici, novumque ejus, & florentem exercitum, ex Inſubria miſſum, aut afflixerunt, aut contempſerunt. In inferiore Saxonia omnia ferè ſui juris fecerunt, ferentemque auxilia & commeatum Hameliæ diù obſeſſæ, & conſtanter à Catholicis præſidiariis defenſæ, Comitem Merodium cum novo exercitu, iidem collatis ſignis in ipſo acceſſu profligarunt, Merodio trajecto; qui paulò poſt dux & miles egregius, ex vulneribus ibi acceptis, obiit. Cadere ideò Hamelia debuit, præcipua illius regionis munitio; & ſicut in poteſtate hoſtium jam erat Epiſcopatus Paderbornenſis, ita mox acceſſit Epiſcopatus alter Oſnaburgenſis: illo enim Haſſiæ Langravius, hoc Dux Luneburgicus potiti fuerunt. Sed & Hildeſium à menſe jam undecimo premunt obſidione pertinaci: minanturque Monaſterio, quod unicum VVeſtphaliæ afflictæ præſidium & munimentum supereſt, ad ſolatium potiùs, quàm ad refugium Catholicorum: nam emigrare nuper, metu obſidionis imminentis, juſſi ſunt, quotquot in civitate, ex privata annona, & domeſtico penu ſe annum alere non poſſent. In Sileſia nihilominus erant potiſſimæ hoſtium pariter ac Cæſarianorum copiæ; ſed æſtate tota ceſſarunt ibidem arma, dum agitarentur conſilia, & de pace cum Septemviris Saxone ac Brandeburgico tractaretur. Tempus elabebatur interim rei benegerendæ: erantque non inutilia tantummodo, ſed damnoſa, ea quæ Dux Fritlandiæ ſubmiſerat auxilia Septemviro Bavariæ: nam his, qui ductabant aciem Cæſarianorum, ſeverè Dux injunxerat, abſtinerent ab omni congreſſu, aut pugna cum hoſte, niſi ab ſe fieret poteſtas dimicandi. Prudentiæ hoc tribuebant aliqui, & interpretabantur ita præcipi, ne ſi foret prælii neceſſitas in Sileſia, deleto (ut eſt incerta belli alea) Cæſareo ibi exercitu deeſſet alter exercitus, qui hoſti reluctaretur, ac res labentes Imperii ſuſtentaret. Alii potiùs opinabantur, proficiſci ea mandata ex occulto atque impotenti odio, quo ſi minus ab hoſte, ſaltem à ſuis deſtrui ſenſim Maximiliani Bavari opes peroptabat: hoc pacto ulturus procuratam in primis ab eo, & à Ferdinando fratre Colonienſi Septemviro, ſui ipſius exauctorationem in Comitiis Ratisbonæ. Damnum quidem erat certum, quod tum Bavaro ac ditioni ejus inferebatur ſanè maximum: quia Dux de induſtria milites eò miſerat, expertes omnis diſciplinæ, qui licentia atque libidine prædandi populandique pluſquàm hoſtes, in pagis oppidiſque Bavariæ animos omnium abalienaverant adeò injuriis aſſiduis, ut alicubi populares exacerbati ſtrinxerint contra eos arma, maluerintque aut perire, aut perimere, quàm à ſociis & ab auxiliaribus ea pati, quæ ab hoſtibus nonniſi ſuperati, & utique perituri, pati debuiſſent. Attamen haud ita certum erat, hanc à Duce Fritlandiæ ultionem peti; ſiquidem ſalvas eſſe res Imperii cuperet: etenim Bavari potentiam extenuare, hoc erat profectò exarmare Imperatoris brachium: quo nimirum brachio, & Bohemica ſeditio ad initia belli repreſſa eſt, & tot aliæ felices expeditiones à Comite Joanne Tillio, ſupremo ejus Legato, obitæ fuerant. Ut nihil dicam, quantum Imperatori deceſſiſſet & honoris, & roboris, ſi Bavarus ab ipſo deſeciſſet, juxta conſilium aliquoties datum, neutro inclinandi ſtudia: ut ſua tueretur interim, ac in tranquillo ageret, dum in Imperio fœdam tempeſtatem Catholici Principes alii experiebantur. Sed de Fritlandiæ Duce auctæ ſunt ſuſpiciones, æſtate exeunte abſque ullo ſuceſſo pacis: in qua æſtate pugnare & vincere ex multorum ſententia potuiſſet; jamque incipiebat traduci paſſim ob ſecretas colluſiones cum Arnhemio Septemviri Saxonis Legato; cum hanc ejus infamiam aliquantulum deterſit, aut mitigavit felicior, quàm fortior victoria Sileſiana, in qua hoſtes ſine cruore capti, receptæ arces, & tranſcriptæ ad Cæſaris vexilla eorum potiſſimæ legiones. At circumacto ſterili anno, fermè ſine omni uſu exercitus potentiſſimi, ſeriò actum eſt Viennæ, id urgente imprimis Hiſpano Rege, ut Rex Pannoniæ Bohemiæque caſtris Cæſareis præficeretur: ſeu jam ibi haberetur comperta Ducis Fritlandiæ proditio, ſeu foret ſaltem perſuaſio, Rege ipſo ad expeditiones bellicas eunte, majorem in caſtris alacritatem (in qua eſt ſæpènumero initium victoriæ) deinceps futuram. Miſſus ideò ad Ducem eſt Vienna Religioſus Vir Capucinus, natione Hiſpanus, & quem Pannoniæ Regina habet à ſacris confeſſionibus, perſuaſurus, ut daret conſenſum, atque æqui boni conſuleret, deinceps ab Rege ſummam rei bellicæ adminiſtrari. Ille contra negavit id factu pronum eſſe; utque invidiam ab ſe amoliretur, rem ad Tribunos ac Centuriones ſuos referens, dixit eos deliberaſſe, alio Duce Cæſari non militare. Atque adeò reipſa jubens acerſiri, quos interea penes ſe, atque in obſequiis habebat, Centuriones ac Tribunos, de ipſorum ore audiri ſuffragium voluit. Tum verò data eſt occaſio penitùs perſpiciendi ejus marcidum ambitione animum, & ſenſim patuit fœda proditio, cruentumque & execrabile, quod meditabatur, Auſtriacæ domus excidium. Nimirum Imperium Cæſari, & Regi Regnum Bohemiæ, utrique verò vitam, & ditiones hæreditarias adimere, ingratior an crudelior, ſtatuerat. Bavarum item, Saxonem & Brandeburgicum è medio tollere, quorum potentiam debuiſſet utique, immaniſſimi compos voti, aliquando metuere. Ideò ſceleris, & fœderis conſcios deſignaverat, eorum loco, Imperii Dynaſtas; nempè ipſe jam ſpe novus Bohemiæ Rex, & novus Auſtriæ Archidux, creaverat Bernardum VVeymarienſem Electorem Saxonum, Franciſcum Albertum Lauvemburgicum Electorem Brandeburgi, Arnhemium Pomeraniæ, Terſcham Moraviæ, & alios ditionum aliarum Principes; atque hæc Pilſnæ Bohemiæ oppido fuerant deliberata, ubi Prætorium & hiberna hoc anno fuerant. Devocati ad eam Urbem undique Tribuni ſunt ſpecie deliberandi de novis expeditionibus, ubi remitteret gelu, ac deſæviret hiems; ſed pertentandi ſe ipſa erant animi, an per Ferdinandi Cæſaris, totiuſque ſtirpis ejus Auguſtiſſimæ cadavera, Ducem ipſum Fritlandiæ ad Bohemiæ Regnum vellent evehere. Terſcha, Kinski, Illo, & Schafcotius fuerunt ſuaſores præcipui defectionis à Cæſare, ac parricidii facinus Tribunis aliis propoſuerunt, conati qua truculentis minis, qua inſanis pollicitationibus eos inducere, ut fidem Cæſari, ac Deo ſanctè juratam, Duci Fritlandiæ, cruentæque ambitioni ejus ſacrilegè proſtituerent. Tres in exercitu primi habebantur, quibus communicare quidem ejuſmodi conſilia periculoſum videbatur, ſed cenſebatur etiam pertinere ad ſummam rei, perſuaſionem eis eandem facere. Hi erant Galaſſus, qui in Sileſia, Aldringerus, qui in ſuperiore Auſtria militaribus copiis Legati præerant, & Piccolomineus: omnes ingenio, & manu prompti, ac ſummæ erga Cæſarem fidei. Solus Pilſnam venit Piccolomineus, & ubi à Terſcha, Kloſki, atque Illo gnarus conſpirationis eſt factus, exhorruit ſtatim, eamque uti barbaram & trucem, ſeque nobili Viro, ſtrenuoque indignam, execratus eſt. Quocirca illi mollioribus uſi ſermonibus, rem colorare aliter, ac mitiùs proponere, imprimis verò queri, à Cæſare Ducem Fritlandiæ propemodum deſeri, foveri aliquos illius adverſarios Viennæ in ſecretiore Senatu; quibuſdam inſuper Tribunis, illo invito, in caſtris continuari magiſtratum: denique non permitti, ut belli moles ab eo, ſicuti antea, pro poteſtate adminiſtretur. Anxius animi Piccolomineus ex alloquio abiit, & ſibi conſcio, nec probanti proditionem, cœpit haud ſanè temerè, à proditore, qui erat ſimul ſummæ ſævitiæ, ac ſummæ potentiæ, exempla extrema metuare. Cùm ecce ad eum, ipſa illius diei nocte jam adulta vocatur, ac tenebras inſidiis ſtruendis, & facinori patrando eſſe idoneas ratus, credidit quidem ſe ad mortem acciri, ſed deliberato interitu fortior, ne inultus moreretur, brevem ſclopum pirio pulvere & plumbea glande inſtructum occultavit ſago, cum eoque ad Ducem intravit, haud ſegnis utique moriturus. Sed quia facilem aditum expertus, & vultum amicum, diſſimulando etiam ipſe ſtatuit eludere fraudem, atque interim penitùs conſilia Ducis explorare. Ille animum Piccolominei obſtrictum ſibi eſſe ratus, conjurationem aperuit; ſpopondit, ſe ad præmia eò fore proniorem aptioremque, quò eſſet compos fortunæ majoris, præcipuè verò injunxit ad Galaſſum primò, deinde ad Aldringerum iret, & vel in conjurationis ſocietatem ambos traheret, vel alterum Pilſnam mitteret, alterum in Auſtriæ hibernis circumveniret. Lætus imprimis Piccolomineus, quoniam inſidias evadere, ac exire in libertatem licuerat; egreſſuſque Urbe, nihil habuit prius, aut potius, quàm ut Ferdinando Cæſari facinus indicaret, ac diſcrimen grande Auſtriacæ Domus illi confeſtim exponeret. Mox Galaſſum conveniens, de ſcelere immani opprimendo, atque ulciſcendo unà deliberat, nec alia mens Aldringero fuit, ubi gnarus ab eo barbaræ conſpirationis factus eſt. Intra breve tempus decernitur Viennæ Ducis Fritlandiæ proſcriptio: Tribuni & Centuriones, & Legionarii utriuſque exercitus, quorum alter in Sileſia, & alter in Auſtria hibernabat, in fide Cæſaris confirmantur; antevertitur imminens periculum incendii

Vien-

Google

Viennenſis, ac cædes ipſa Cæſaris, omniumque Auſtriacorum: cui Dux Fritlandiæ diem dixerat, atque indicuntur ideò perpetuæ noctu ibidem excubiæ. Praga etiam caput Regni Bohemiæ, quod ambierat Dux, præſidio munitur. Cæterùm ſenſim re patefacta Dux Fritlandiæ Pilſna Egram migravit anxius animi; & tunc Leslæum ipſe, Cordonum Terſcka, honoris cauſa obvios, uſque ad ſecundum ab ea Urbe lapidem (nam Urbi præerant) de inita conjuratione certiores in via fecerunt. Diſſimularunt illi, verbiſque probarunt facinus, quod toto penitus animo execrabantur, etſi natione Scoti, & Secta Calviniani ambo erant. Noctu autem cum Putlero equitum Tribuno, ac natione Hiberno, ſed Catholico, rem communicant, ac deliberant ſanctè, nixi genibus, gladiiſque diſtrictis, & ad pectora invicem admotis, atque adeò interpoſito jurejurando, ſe Ducem, & alios Auctores tam fœdæ conjurationis neci daturos, atque Auguſtiſſimam ſtirpem Auſtriacorum cum Imperio, ac Religione, ex præcipitio illo tam propinquo, aſpirante Numine, liberaturos. Triduo poſt Leslæus, re diſpoſita, in Arcem ad cœnam Terſckam, Illo, Khinſchy, & Neuman invitat: & ibi eos, cùm ad bellaria ventum eſt, delecti aliquot Hiberni, teſſera data, in cœnaculo ipſo trucidarunt. Nec patuit foris cædes, arce nimirum clauſa, & cuſtodita, cujus penes ſe claves Leslæus attinuerat, ne mors eorum emanaret, priuſquam ipſe Dux Fritlandiæ perimeretur. Ebroxio Centurioni, & vicenis legionariis natione Hibernis, cædes Ducis demandatur, Leslæo, & Cordono, & Putlero Urbis excubias, & militem, tam in foro, quàm extra mœnia hortantibus, ut ſacramenti memores, ſtarent in acie adverſus conjuratos, fidemque Deo & Cæſari ſervarent. Ebroxius cum ſatellitio ſuo, armatus bipenni, in Ædes Ducis Fritlandiæ irrumpit; adit conclave ipſum, cuſtodes partim territat, partim cædit, intrat, & ex cubili exſilientem in interula, cum facinoris exprobatione per medium pectus trajicit nihil loquentem, ſeu conſcientia ſceleris, ſeu ex inopinato ingruens ultima neceſſitas vocem, ante animam, Viro ademerit, qui eximiam magnæ fortunæ virtutem perpetuò retinere non potuerat. Atque hic exitus fuit Alberti Vvalſteynii Fritlandiæ Ducis, verè in altum ſublati, ut graviore lapſu rueret, & qui ſummos Principes erudire poſſit, ne maximam potentiam, univerſamque dominationem uni permittant, neve potentiam eandem reſtituant habenti vulneratum animum, niſi iram, quæ eſt furori proxima, exiſtiment metui non debere, cùm ea deintegro armatur. Certè exacerbato ſemper pectore Ducem fuiſſe, ex quo tempore exautoratus eſt Ratisbonæ, multi crediderunt, & à vindictæ propoſito numquam reſpiraſſe, donec conceptum diu virus evomuit, cœpitque ordinare conjurationem, cui parem aliam, & adæquè triſtem ac luctuoſam ſæcula proxima non audiverunt. Capti aliquot primarii Duces & Tribuni, ac Viennam perducti, ut conjurationis comperti puniantur; dataque iis præmia, qui & conjuratos peremerunt, & exercitum continuere in Cæſaris fide, atque obſequio. Quod verò diu expetebatur, Rex Pannoniæ Bohemiæque copiarum omnium ſupremus Dux renunciatus eſt, & ad caſtra profectus, exercitum luſtravit, atque adeò votis millenis omnium illorum, qui Rempublicam, & cum ea veram Religionem ſalvam volunt, auſpicatus eſt bellicam expeditionem, ex qua cuncti apprecantur ei lauream ultimi triumphi, diuque manſuram in Imperio tranquillitatem. Auſpicatus eſt verò belli regimen, tum à profeſſione pietatis erga Deum, cui Æterno Duci Chriſtianorum exercituum in caſtris militat, tum à militaris diſciplinæ ſeveriore quodam ſtudio, latis æquiſſimis legibus, ut publicæ injuriæ, præſertim quacumque legiones tranſeunt, prohibeantur. Diſpenſatis autem copiis, & juſto exercitu in Sileſiæ cuſtodiam relicto, ipſe cum tricenis millibus bellatorum in Palatinatum Superiorem venit, acceſſitque Ratisbonam. Ea urbs ab hoſtibus ſuperiore anno capta, noviſque & firmiſſimis munita operibus, recenter etiam, ante adventum Regis Pannoniæ, Bohemiæque, aucta fuerat præſidio & commeatu à Dynaſta Vveymarienſi: jam verò à Bavariæ Septemviro, & ab Aldringero cœpta erat oppugnari, urgerique ad deditionem: cùm interſit planè, in poteſtate habere Civitatem in Danubio ſitam, & quæ incommodare plurimùm poſſit ditioni finitimæ, tum Cæſaris, tum Bavari, niſi hoſtibus domitis recuperetur. Præſentia Regis & Dynaſtæ Vveymarienſi metum incuſſit (ex quo metu trajecit ille Danubium cum copiis ſuis, ſeceſſitque in agrum Noribergenſem) & Cæſarianis mirè animos implevit generoſa quadam alacritate, ut pericula omnia aſpernarentur; tanti refert Principes maximos, ex aula imbelli, ac ſegni otio, in caſtra ipſos met, & in pulverem prodire. Obſeſſi tuebantur ſe ſumma animorum contentione, & in Cæſarianos jaculabant aſſiduè; interim fama fuit, pulveris nitrati penuria cœpiſſe eos laborare. Majori cum ardore Cæſariani externas eorum munitiones invaſerunt, nec Legionarii modò, ſed Centuriones ac Tribuni, adverſus pericula ipſa fortiores, ſuggreſſi ſunt primi, eis ſubruendis deſtruendiſque, ut Civitatem in poteſtate haberent. Ea nimirum expugnata, facilè victoriam cumulaſſet Norimberga, Auguſta Vindelicorum, & Francofurtum ad Mœnum. Quibus, utpotè non adeò munitis, hoſtes diu præſidio eſſe non poterunt; quandoquidem in caſtris eorum annonæ charitas ſumma reddebatur quotidie difficilior arte, atque induſtria Cæſarianorum. Diviſæ item hoſtium copiæ minùs erant ad repugnandum idoneæ; ideò hujus rei gnarus Guſtavus Hornius moverat caſtra verſus Neoburgum, ut ibi ponte in Danubium jacto trajiceret ad Dynaſtam Vveymarienſem, jungeretq; ſigna. Sed venienti occurrerunt Aldringerus, & Joannes de VVert, illataque ei clade conſilium initum abruperunt. Major fuit vis & conatus Septemviri Saxoniæ, & Arnhemii ejus Legati, qui Coloredi & Maradæ copias coaſpernati, Bohemiam cum infeſto exercitu intrarunt: utpote rati Regem Pannoniæ atque Bohemiæ haud poſthabiturum uni Civitati Regnum, ſed confeſtim eò arma tranſlaturum ex Danubio. Praga ipſa hoſtium jam in conſpectu erat, & actæ ibi ſunt velitationes, in quibus promiſſa Urbis direptio auxerat magnoperè in hoſtibus alacritatem. Sed Cæſariani, muniti vallo & aggere in Monte albo, ac jaculantes aſſiduè majoribus machinis, coegere hoſtes ut retrocederent, poſt illatam eis cladem, in qua mille octingentos ſtraverunt: cùm deſenſi ſtatione illa tam opportuna, dumtaxat deſideraſſent è ſuis quinquagenos. Interea poſt frequentes eruptiones, & aſſultus cadere Ratisbona demum, ac dedere ſe Regi Pannoniæ debuit; qui eam vi & conſtantia domitam ingreſſus eſt IV. Kal. Auguſti, poſtquam præſidiarii cum armis & impedimentis ex ea emigraverant. Cives verò deprecati perfidiam, obtinuerant priſca privilegia in his quæ ad libertatem ſpectant, aut ad Religionem. Sed & ea illis conditio adpromiſſa eſt, ut nonniſi ex Cæſareo exercitu delecti milites deinceps ſint in tutela & præſidio ejus. Sic magno Catholicorum gaudio prima exercitus Regii remora ex inito curſu præliorum ejus revulſa eſt, & proſequi Rex potuit inchoatam Danubii liberationem. Certè haud ita multò poſt expugnavit in monte Schelenberg, Svecorum majora caſtra, mille & quingentis eorum datis internecioni; ac mox Donaverdam, deſperantem auxilia, etſi alioqui munitam urbem, deditione facta, Cæſarei juris fecit. Jam Danubio ſuperato, ad alias expeditiones Mœni ac Rheni, omnium ſpes & vota, ſed & propria virtus atque alacritas Regem eundem invitant. Quocirca mihi etiam propterea ominari licet futurum, ut pars Catholicorum, quæ dum Sanctiſſimus Dominus Noſter Urbanus Pontifex aſſumeretur ad ſummum Eccleſiæ totius Principatum, eo ipſo die hoſtes fidei atque Imperii memorabili prælio vincebat, jam demum, ſedente adhuc eodem Sanctiſſimo, victoriam de iiſdem obtineat abſolutam & prodromam ultimi triumphi.

Antequam abſolvam, adjicio ſyllabum Eccleſiaſticorum Principum hujus Legationis. Primus in cenſu eſto Anſelmus Caſimirus à VVambolt, Imperii Archicancellarius in Germania, Vir eloquens, & ad negotia peridoneus, in his verò Germaniæ diſſidiis, Auſtriacæ Domus, & Hiſpani Regis perſtudioſus. Eſt Moguntiæ Archiepiſcopus & Elector, ſed nondum Sacerdos aut Antiſtes inauguratus.

Ferdinandus Bavarus Imperii Archicancellarius in Italia, Coloniæ Archiepiſcopus & Elector, Hildeshimenſis, Leodienſis, Monaſterienſis, & Paderbonenſis Epiſcopus, nec ipſe tamen inauguratus, eſt Germanus frater Maximiliani Septemviri Bavariæ, gravitate morum, profeſſione pietatis, & ingenii maturitate nulli ſecundus, & Domui Auſtriacæ apprimè addictus.

Philippus Chriſtophorus Zoteren Imperii Archicancellarius in Gallia & Regno Arelatenſi, eſt Trevirorum Archipræſul atque Elector, atque inſuper Epiſcopus Spirenſis, ſupremuſque Præſidum Prætorii Cæſarei Judex. In-

Urſayæ Miſcellaneum.

Digitized by Google

genii magni Vir concordiam cum primoribus Cleri deſiderat. Neque cum aliis Catholicis Electoribus eadem ans conſilia inire, aut ſubire diſcrimina voluit, ſed potius duxit Regis Chriſtianiſſimi armis & patrocinio tutari regionem, eidemque Regi Urbem Trevirenſem, & arcem Confluentinam tradidit cuſtodiendas.

Gulielmus Leopoldus Archidux Auſtriæ, ac Cæſaris filius, eſt Archiepiſcopus Magdeburgi, & Primas Germaniæ, item Archiepiſcopus Bremenſis, & Epiſcopus Argentinenſis, Paſſavienſia atque Alberſtadienſis: altæ ac præclaræ Indolis magnæque ſpei Adoleſcens.

Franciſcus ab Atzfelt Epiſcopus Herbipolenſis, & Dux Franconiæ, ac prætērea Epiſcopus & Psinceps Bambergenſis, linguarum etiam exteraꝛum peritia, morum ſuavi quadam gravitate, prudentiſſima dexteritate, & imprimis ſacerdotio vel in florenti ætate ſuſcepto cunctis apprimè charus, atque obſequentiſſimus erga Domum Auſtsiacam.

Franciſcus Gulielmus Bavarus, Oſnaburgenſis, Mindenſis, Verdenſis Epiſcopus & Princeps; Vir eſt vigilantia & ſtudio augendæ tum dignitatis ac diſciplinæ in Clero, tum in populo Religionis omnibus anteferendus, ſolo tamen initiatus eſt ordine Subdiaconi.

Georgins Antonius à Rodenſtein Epiſcopus VVormatienſis, & initiatus pridem Sacerdos, Vir optimus, & dignus conditione majori.

Joannes Adolphus ab Hoheneck Electus Abbas Fuldenſis, & ibidem Princeps, indole atque ingenio egregius præ aliis, qui ex Fuldenſibus Præpoſitis eligi potuiſſent.

Admirationem parit univerſæ oræ Septentrionariæ; in tot Epiſcopatibus hujus amplæ Legationis, ſolum Trevirenſem Antiſtitem conſecratum: cui Archipræſul Moguntinus deferre ideo Ratisbonæ in Comitiis debuit munus præcipuum Auguſtæ inaugurandæ. Idcirco multi interpretantur Eccleſias eorum, hoc præſertim tempore Deum non experiri propitium, ſed iratum.

Hactenus Emin. Veſtræ ſeriem eorum denarravi, quæ geſta ſunt, aut obvenerunt, dum in inferiore Germania obivi Apoſtolicam Legationem. Subjiciam jam prudentiſſimæ ipſius meditationi, quædam capita rerum, quæ proponere poſſum, citra metum & notam proprii ſeu honoris ſeu commodi, quæque ideo interpretabitur benevolè, uti ſpero, Emin. Veſtra; quia nimirum poſui perſonam Legati, & ſervio in hac re atque obſequor dumtaxat exiſtimationi majori tum Sanctæ Sedis, tum Legati ejus Apoſtolici Succeſſoris mei. Nempe Legato eidem expediret facultates ampliari, vel aucto ordinario Legationis ejus diplomate, vel dato diplomate alio peculiari. Ipſe enim hoc pacto plurimos Apoſtolicæ Sedi poſſet obſtringere & demereri, quibus & notabiliùs & frequentiùs gratificaretur. Alioqui cùm diſtribuere Eccleſiaſtica beneficia nequeat, niſi ea, quæ haud excedant Philippicos quatuor & vicenos, ſanè hoc tenue ſubſidium cenſetur, & largitas plus nimio anguſta, raròque inſuper uſu venit. Certè in ſola Leodienſi diœceſi ego ea diſtribui: at in aliis diœceſibus Epiſcopi, minoreſque ſeu Clerici ſeu laici Patroni, uſurparunt paſſim jus illa diſtribuendi in menſibus etiam Pontificiis: ideoque conferri à me numquam alibi conſueverunt. Sed & in Diœceſi ipſamet Leodienſi quantulacumque demum eſt hæc poteſtas, quam limites varii adſtringunt & cohibent; ne beneficia videlicet, aut ſint, ut dixi, ſupra quaternos & vicenos, aut infra denos Philippicos: neve ſint in iis Eccleſiis fundata, quibus præſunt Collegia Canonicorum; item ne ad alios ſpectent ipſo jure Patronos: etenim cùm ita res habet, in neutro menſe ab Apoſtolico Nuncio ea diſtribuuntur. Videat præterea & perpendat Emin. Veſtra, an non expediret, Apoſtolicos Nuncios inſtruere poteſtate pari, atque eſt poteſtas Epiſcoporum totius Legationis: quibus ſi concedit ampla indulta Summus Pontifex, eſt cur ea non deſiderent præcipui Adminiſtri ejus Apoſtolici Legati? Archiepiſcopo Electori Colonienſi, qui eſt ſimul Leodienſis Princeps & Antiſtes, permittitur poteſtas diſpenſandi, cum Laicis quidem, qui ſint inopes, & inter quos anteceſſerit incontinentia, ut conſcientia tranquilla, & Deo propitio, matrimonia ineant; cum Clericis verò, ut initientur extra Eccleſiæ tempora conſueſa: qua ille poteſtate utitur dumtaxat in Archidiœceſi Colonienſi. Deberet id perinde Apoſtolicis Nunciis, ex æquo ſaltem, licere. Peculiariter ii, qui ante me Legationem hanc adminiſtrarunt, omnes, aut ex conſuetudine perveteri, aut ex alio privilegio ſacras extra tempora inaugurationes conceſſerunt iis, qui ad eas adigi ob cauſas ſatis conſentaneas judicarentur. Sed enim abſtinui ego; quia dum facultatum mearum diploma evolverem, id in eo clarè ac diſtinctè non legi. Proinde identidem ſupplicavi Emin. Veſtræ, ut mihi à Sanctiſſimo facultatem illam obtineret. Ad hæc, quoniam Summus Pontifex, in menſibus quoque Apoſtolicis, dat veniam Epiſcopis hujus Legationis, diſtribuendi Sacerdotia, quæ vacant ex obitu, an non foret conſultum, Apoſtolicis Nunciis permittere, ut ad unum menſem alterumve illa diſtribuerent? Nimirum hoc pacto augeſceret Apoſtolicæ Sedis decus & præſidium, multique colerent magis Legatos Pontificios, ſpe harum promotionum ad magis honorifica, & magis opulenta Sacerdotia. Imò & ipſis Legatis indicarent multa, quæ etiam, & minùs rectè peraguntur in una quavis Diœceſi. Hoc tamen interea temporis neutiquam ſperari poteſt: quia quotquot ad Sacerdotia hæc adſpirant, Epiſcopos potiùs à quibus favorem expectant, vel ideò ſuſpiciunt, & reverentur. Cederet quoque ad exiſtimationem majorem Apoſtolici Legati, ut Beneficia ſimplicia diſtribueret menſe Pontificio peræquè in Eccleſiis, in quibus ſunt Canonicorum Collegia, ſi minùs indiſcriminatim in omnibus, ſaltem in aliquibus earum. Et quia in Epiſcopatu Leodienſi Summus Pontifex hoc indultum Epiſcopo dumtaxat pro Eccleſiis illis conceſſit, in quibus Sacerdotia diſtribuit tamquam Ordinarius; diſponit verò Sanctitas Ejus de Sacerdotiis Eccleſiarum, de quibus diſponere proprius earum Ordinarius, ſeu ſit Præpoſitus, ſeu Præſul alius, altero menſe ſolet; ex his ſaltem deberent Apoſtolici Nuncii ea, vel ex penitus, vel ex parte diſtribuere. Ne autem Datariæ id detrimento eſſet, litteris gratiæ adſcribi poſſet, ac præcipi ut infra deliberatos, & præfinitos menſes, litteræ in Romana Curia denuò peterentur: ſecùs, qui hoc intermitterent, caderent Sacerdotio. His poſſet adjici poteſtas diſpenſandi circa defectum ætatis neceſſariæ ad ſupremum Presbyteri ordinem, ſaltem cùm dies quadrageni tantùm, aut triceni deſiderantur; item facultas, eos qui ex toro damnato, & abſque nuptiis progenerantur, idoneos reddendi tum ad ſacros, & præcipuos tres Ordines, tum ad Eccleſiaſtica illa Beneficia, quibus adnexa eſt animarum procuratio. Inſtructus his facultatibus erat in hac Legatione Epiſcopus Vercellenſis, & fuit idcircò magna Viri auctoritas, atque exiſtimatio, nec parem conſequuti ſunt ea ſucceſſoribus illi. Quando etiam in Epiſcopatibus Germaniæ conferuntur Cathedralium Eccleſiarum Sacerdotia, par eſſet, ut inter prima nomina recenſerentur illi, quos commendaret Apoſtolicus Nuncius: ſimul quippè honor tribueretur Viris dignis, & his, quorum nota ingenia eſſent, ac noti mores; maneretque erga Sanctæ Sedis Adminiſtros major in his regionibus obſervantia & obligatio. Quæ demum Romæ grata decernuntur pro Electoribus, pro Epiſcopis, aut pro Magnatibus aliis Legationis, ea per Apoſtolicos Legatos manare omnia, quaſi per organa Sanctæ Sedis præcipua deberent, ad eoſdem viros Principes certiùs illis, ac Sanctæ Sedi promerendos.

Hæc ego Eminen. Veſtræ cenſui denarranda; non tam ut ſubjicerem animo illa, quæ pro tenuitate mea geſſi ad decennium, Apoſtolicus Legatus, quàm ut Legationis ipſiuſmet conditio Eidem Eminen. Veſt. fiat penitùs comperta. Quod ſupereſt, hoc affirmare poſſum, vel ab ipſo die meæ profectionis ex Italia, atque Urbe Roma, ad ſcopum alium me non collineaſſe, quàm ad obſequium ſincerum, & fidele erga ſummum Pontificem, atque erga Eminent. Veſtr. Idcircò ſummam adhibui ſtudiorum contentionem, ut tenues vires meas, ac memet ſuperarem, ſi quomodo evadere poſſem idoneus Apoſtolicæ Sedis Miniſter, qua in muniis publicis, qua in occupationibus privatis ac ſecretis; ne in his contingeret me malè audire, ſi fortaſſe in illis debuiſſem commendari. Peculiariter ſum conatus perſuaſionem omnibus facere: æquiſſimam eſſe mentem, & æquiſſima conſilia Vicarii Chriſti Domini, qui Eccleſiæ gubernaculis præeſt in terris: atque adeò ſtudui equidem exprimere graphicè ſupremam venerandamque hujus Sanctæ Sedis Majeſtatem, cui ac Divino Numini, & conſcientiæ pridem animum ac vitam meam conſecravi. Cæterùm erit ille ſemper titulus maximus decorum meorum: me nihil famulatus mei exegiſſe in Pontificatu glorioſo Urbani Octavi, & in humaniſſimo principatu Emin. Veſtræ. Hoc inter familiæ meæ adſcribam potiùs munumenta, & interim exoſcu-

oſcu-

Digitized by Google

oſculans Sanctiſſimi D. N. beatiſſimos pedes, & manus ſimul Emin. Veſt. ut ego opto, & voveo manſuram in annos plures felicitatem.

M A

1 MAcellum pro uſu proprio an poſſint retinere Eccleſiaſtici, *Narnien. Cenſararam* 10. *Martii* 1716. de qua *in tom.5.par.2. diſcept.*28.

2 Magdala ſurge, pedes ſatis es complexa, quid, ergo
Crine furis, madefis lumine, corde gemis?
Quem puerum Reges, Tu jam veneraris adultam,
Quem tres in ſtabulo, Tu colis una domi.
Non ſatis hoc, fallor, nam Regibus æmula pandis
Crine aurum, myrrham lumine, thura ſinu.

3 Magdalena, & Scevola,
Mutius errantem dextram ferus ignibus uſſit,
Si non erraſſet, fecerat ille minus.
Magdala peccarat, Jeſum poſt fortiùs arſit,
Si non peccaſſet, fecerat illa minus, *Epigr. ſelect.var. fol.*153.

4 Magiſter Petrus, & Petrus Magiſter, differunt in hoc, quòd primus intelligitur de ſcientia, ſecundus de arte mechanica, *Gratian. diſcept.*692. *in fin.*

5 Magiſter: Due doti ſi richiedono in un Maeſtro, ſapere la verità, e ſaperla inſegnare, *P. Segn. nel Criſtian. Inſtr. par.*2. *rag.*5. *n.*10.

6 Magiſter: Senza aſſiduità di eſercizio e di ſtudio nelle ſcienze ſi può far bene da Maeſtro, ma non mai eſſere Maeſtro, *Pallav. nell' Iſt. del Conc. l.* 19. *c.* 6. *n.* 1.

7 in Magiſterii gradu in Religione Auguſtiniana admittuntur promiſcuè Regientes, & Concionatores, *Congr. Conc. in Ordinis S. Auguſtini* 16. *Decembr.* 1719. de qua *in tom.*4. *par.*2. *diſcept.*3.

8 Magiſtratus ſæcularis quomodo excipiendus ſit à Canonicis Cathedralis, *Congr. Rit. in Veliterna* 10. *Septemb.* 1718. *Ponente Cardin. Fabrono*, de qua *in tom.* 5. *par.* 1. *diſcept.*9.

9 Magiſtratui ſæculari; qualis debeatur præcedentia & locus in Sac. functionibus? Vide *Fanen. in tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.*17.

10 Magiſtratui ſæculari, quibus concurrentibus competat locus in Presbyterio, *Narnien.* de qua *in tom.* 3. *par.* 2. *diſcept.* 12.

11 Magnificum: Alle Perſone volgari ogni nuovo è grande, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 5.

12 Magnificum: Ignotum omne pro magnifico eſt, *Tacit. in Agricol. cap.*30.

13 Magnus nemo poteſt eſſe in puſillo, *Senec. epiſt. lib.* 14. *epiſt.* 92.

14 Magnum exiſtimari non debet, quod caducum eſt, *Senec. de Quat. virt. in princ. tit. de Prud.*

15 Magnum nihil eſt, quod ſimul eſt placidum, *Senec. de Ira lib.*1. *cap. ult.*

16 Magnum nihil tam eſt, quod perire non poſſit, *Senec. de Benef. lib.*6. *cap.*31.

17 Majeſtati longinquiori major reverentia, *Tacit.* 1. *Annal.*

18 Majora credi de abſentibus, *Tacit. Hiſtor. lib.*2.

19 Majora quando minoribus comparantur, minoris comparatio majoris injuria eſt, *S. Hieron.* ſequutus *à P. Segn. nel Criſt. Inſtr. par.*1. *rag.* 7. *n.*7.

20 Maledicere: Multi, cùm aliis maledicunt, ſibi ipſis convicium faciunt, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt Oper. Senec.*

21 Maledicere: Nihil hominibus adeò ſuave & jucundum eſt, ut de rebus alienis ſermonem habere, idque præſertim, ſi benevolentia quadam, vel odio trahantur, à quibus veritas plerumque ſubripi ſolet, *S. Gregor. Nazianz. tract.*1. *apolog. tom.*2.

22 Maledictum: Malum eſt ſignum, quando quis vult ſe maledictis defendere, *Nevizzan. in ſylv. nupt. lib.* 5. *fol.* 594. *ante fin.*

23 Maledictum, ſi à levitate proficiſcitur, contemnendum eſt; ſi ab inſania, miſeratione digniſſimum; ſi ab injuria, remittendum, *leg. unic. Cod. Si quis Imper. maled.*

24 Maledicta: Videat, quid interſit inter ſuas maledicas voces, & noſtras veridicas probationes, *S. Auguſt. contra Litt. Petil. lib.*2. *cap.*8.

25 Maledicus: Reſpondebo tibi, ut ſi quam voluptatem maledicendo cepiſti, eam malè audiendo amittas, *Cicer. contra Salaſt.*

26 Malevolus non eſt, qui crimen alterius indicat, quia indicando corrigere poteſt, & tacendo Fratet perire permittitur, *S. Auguſt.*

27 Malitia quando ſuppleat ætatem in Matrimonio, *Salernitana Matrimonii* 1. *Octobris* 1720. de qua *in tom.*5. *par.*2 *diſcept.*17.

28 Malus omnis, aut ideò vivit, ut corrigatur, aut ideò vivit, ut per illum juſtus exerceatur, *S. Auguſt. in Pſal.* 54. *verſ.*1.

Malis etiam ad laudem bonorum Deus utitur, *S. Aug. de Grat. & liber. arbitr.*

Mali: Sicut boni per contumelias exiſtunt meliores, ita reprobi de beneficio evadunt pejores, *S. Greg. epiſt.*56.

Malus: Rerum natura ſic eſt, ut quoties bonus malo jungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur, *S. Jo. Chryſ. ſuper Matth.*

Malus: Non è peggiore, che quando finge di eſſere Uomo da bene, *Gaſp. Alver. nella Roma in ogni ſtato foglio* 54. *nella Vita di Tiberio Ceſare.*

29 Malum non impediens: Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.

30 Malum, cui non reſiſtitur, approbatur.

31 Malum: Che viene dal Cielo richiede pazienza, quello dalla Terra prudenza, *Gratian. nell' Uomo di Cort. maſſ.* 2. §. 4.

32 Malum nullum magnum eſt, quod extremum eſt, *Senec. epiſt. lib.*1. *epiſt.*4.

33 Malum: E' minor male, che la peſte, quando non è medicata, ſia almeno conoſciuta, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc l.*4. *c.*14. *n.*9.

34 Malum: E' ſavio conſeglio eſporſi a pericolo, che ſi dica del male, per impedire, che non ſi faccia del male, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.*16. *c.*3. *n.*4.

35 Mala prævìſa, leviora ſunt.

36 Malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta ſuſcipere, unde credebantur auxilia provenire, *Caſſiodor. var. lib.*4. *epiſt.*27. *in princ.*

37 Malorum permiſſio: Quantunque ſia ſempre illecito il fare li mali, non è illecito, anzi lodevole talora il permetterli, per non impedire li beni maggiori, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 22. *c.* 10. *n.* 3.

38 Malis alienis torqueri, æterna miſeria eſt; alienis delectari malis, voluptas inhumana, *Senec. de Tranquill. vit. cap.* 15.

39 Malos eſſe nos, malos fuiſſe (invictus adjiciam) & futuros eſſe, ſemper de nobis pronuntiare debemus, *Senec. de Benef. l.* 1. *c.*10.

40 Mammillas Vir habet, Pecus Ubera, Fœmina Mammas.

41 Mantellum volvit, *Lambertin. de Jurepatr. fol.* 235. *ſub num.* 13.

42 ad Manus Legislatoris omnes reſpiciunt, pauci ad os, *S. Bern. de Conſid. ad Eug. l.* 4. *c.* 2.

43 Marca minores numero ſunt Fœminis, quia deteriorum rerum major eſt copia, *Michalor. de Fratrib. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 21.

44 Maria Beatiſſima Virgo: Sine ipſo (hoc eſt Chriſto) factum eſt nihil, & ſine ipſa (hoc eſt Maria) refectum eſt nihil.

45 Maria Virgo: Meritò facta eſt omnium Domina, quæ omnium ſe fecit Ancillam, *D. Bernard.*

46 Maritus: Nunc ego mi Uxorem duxi, tulit altera amorem: ſic vos non vobis mellificatis Apes.

47 Maritus: Conſulto Themiſtocle, utrum bono Viro pauperi, an minùs probato diviti, Filiam collocaſſet? Ego inquit, malo Virum, qui pecunia ægeat, quàm pecuniam, quæ Viro.

48 Maritus, ſine ſpeciali Mandato Procuræ, non poteſt præjudicare Uxori, *Rot. dec.* 67. *n.* 2. *p.* 18. *rec.*

49 Mariti Hæres poſt mortem Uxoris non tenetur ſolvere id, quod *per le ſpille* ſe obligavit ſolvere, *Rota in Romana Dotis* 21. *Junii* 1717. §. *Quoad tertiam coram Cerro.*

50 Mariti abſentia reputatur juſta cauſa obtinendi licentiam à Conjugata permanendi in Monaſterio, *Congr. Epiſc. apud Nicol. in Floſcul. verb. Conjux. n.* 6.

51 Mariti quærunt Dotes, & non Lites, *Rot. dec.* 726. *n.*16 *coram Danoz. jun.*

52 Martinus quare dicatur pertinaciter adhærens ſuæ opinioni, explicat *Baron. Anno Chriſti* 1158. *ante finem.*

53 Sequutus *in Inſtit. Crim. l.*4. *tit.* 8. *n.* 56.

54 Martyrum patientia non adeſſet, niſi adfuiſſet Tyrannorum perſecutio, *S. Thom.*

51 Mar-

Digitized by Google

55 Martyrum ſolemnitates exhortationes ſunt Martyriorum, ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat, *S. Aug. ſerm. 47. de Sanct.*

56 Mathematici dicuntur Viri nobiles, *à Rot. deciſ. 246. n. 9. part. 15. recent.*

57 Matricitas Eccleſiæ Parochialis quando dicatur probata, *Melevitana Jurium præeminentialium*, de qua *in tom 5. p. 2. diſcept. 13.*

58 Matrimoniales graves Cauſas Epiſcopi remittere decidendas ſolent Sac. Congregationibus, ſe abſtinendo ab illarum deciſione, ut refertur *in Folio Cong. Conc. in Ventimilien. 24. Aprilis* 1700.

59 Matrimonialium afflictionum & onerum optimi Teſtes ſunt Uxorati, *Bernin nell' Iſtor. dell' Ereſ. tom. 1. ſec. 3. c. 1. Pontif. Zephirin.*

60 Matrimonialium Cauſarum multa exempla in prima inſtantia deciſarum *à Cong. Conc.* referuntur *in tom. 3. part. 2. diſcept. 9. à num.* 127.

61 in Matrimonialibus Cauſis quando Partes ob eorum paupertatem ſua jura deducere nequeunt, ſolet Sac. Cong. injungere Patrono Pauperum, ut ſcribat, & informet, ut practicavit *in Taurinen. 27. Januarii* 1691. *tom. 41. Decret. fol.* 25. Vel ut Secretarius aſſignet Partibus validos Defenſores, ut reſcripſit *in Viennen. Matrimonii 22. Sept. ejuſdem anni tom. 41. fol.* 174.

62 in Matrimonialibus Cauſis Tribunalia Collegialia practicare ſolent illud, *ut qua deſunt Advocatis Partium, ſuppleat Judex*, *ut obſervat Card. de Luca de Matrim. diſc. 4. num. 2. & 3.*

63 Matrimonium aliquando declaratur nullum, & eodem tempore reſpondetur, conſtare de ſponſalibus, *Rot. in Neapolitana Matrimonii 22. Junii* 1695. *§. Defenſores coram Card. Priolo.*

64 Matrimonium quando dicatur metu contractum, *Cong. Conc. in Ferentina Matrimonii 12. Julii* 1721. de qua *in tom. 5. p. 1. diſcept.* 15.

65 Matrimonium conſummatum non poteſt mediante diſpenſatione diſſolvi, *Nullius Matrimonii anni* 1723. de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept.* 3.

66 Matrimonium ſecundum quando validum ſit, etiam ſi certitudinaliter non conſtet de morte primi Conjugis, *Cong. Conc. in Taurinen. Matrimonii 4. Februarii* 1713. de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept.* 14.

67 Matrimonium, data opera contractum coram Teſtibus non cognoſcentibus Contrahentes, an ſit validum, vide *tom. 1. p. 2. diſcept. 1. per tot.*

68 Matrimonium contractum à Viro reperto in Lecto à Conſanguineis Mulieris, uti per metum contractum, non tenet, *Cong. Conc. in Aquilana Matrimonii 1. Junii* 1715. de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept. 4.*

69 Matrimonium coram Parocho invito, & non intelligente verba Contrahentium, quando ſit validum, vide *tom. 2. p. 1. diſcept.* 21.

70 Matrimonium ratum, & non conſummatum, ex quibus cauſis diſſolvi ſoleat, *Congr. Conc. in Romana 28. Martii* 1699. *& in Oriolen. 16. Maji* 1711. de quibus *in tom. 2. p. 1. diſcept.* 3.

71 Matrimonium per verba de præſenti non dicitur contractum, quando non concurrit uniformis depoſitio Parochi, & Teſtium, *Congr. Conc. in Romana Matrimonii 27. Jan.* 1699. de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 3.

72 Matrimonium contractum, & conſummatum cum Muliere annorum decem cum dimidio, nullum eſt, vide *tom. 1. part. 2. diſcept.* 29.

73 Matrimonium contractum coram Parocho Carcerum in illis detento cauſa cuſtodiæ, nullum eſt, *Congr. Conc. in Farfen. Nullitati. Matrimonii 26. Maji* 1707. de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 30.

74 Matrimonium contractum à Viro & Muliere in feneſtra exiſtentibus, coram Teſtibus, quando Parochus ſupra Altare exiſtens id advertat, validum eſt, ut notant *Sanch. de Matrim. l. 3. diſp. 39. n. 1. Pont. eod. tract. lib. 5. cap. 21. num. 8. & Verricell. quæſt. legal. moral. tract. 8. Miſcell. qu. 56. num. 8.*

75 Matrimonium contractum coram Sacerdote aſſiſtente cum licentia Parochi jam defuncti, ſed cujus obitus notitia non habebatur, validum eſt, *Card. de Lug. reſponſ. moral. dub.* 35. Sed tu cogita.

76 Matrimonium inter conditione diſpares tuta conſcientia impediri poteſt à Judice, mediante carceratione Viri, *Pignatell. conſult. 11. tom. 4. Tranchedin. conſul. 33. & de Luc. ad Ventrigl. tit. de Teſt. in Cauſ. matrim. ad not. 2. §. Accedit.*

77 Matrimonium quando prætenditur nullum ob Viri impotentiam, iſtius recognitio præmittenda eſt, *Cong. Conc. in Giennen. Matrimonii 15. Maji* 1723. quando fuit demandata etiam Mulieris inſpectio, & utrique præfixus terminus ad dictam recognitionem faciendam.

78 Matrimonium contractum in Civitate, ad quam data opera ſe contulerunt Conjuges, quando validum ſit, *Congr. Conc. in Caſenaten. ſeu Forolivien. Matrimonii 20. Febr.* 1723. *& in Firmana Matrimonii 24. Aprilis ejuſdem anni* 1723. in quibus reſponſum fuit pro validitate.

79 Matrimonium contractum per vim illatam à Judice Laico, quando ſit nullum, *Cong. Conc. in Hydruntina Matrimonii 21. Novemb.* 1722.

80 Matrimonium contractum à Viro annorum undecim, menſium ſex, & dierum ſex, nullum declaratum fuit à *Congr. Conc. in Romana Matrimonii 11. Septemb.* 1666. de qua *in lib. 25. Decr. fol.* 226.

81 Matrimonium coram Cappellano Exercitus contractum, quando ſit nullum, *Cong. Conc. in Barchinonen. Matrimonii 5. Decemb.* 1723.

82 Matrimonium inæquale non poteſt impediri à Matre ſponſæ, *Congr. Conc. in Neapolitana Matrimonii 25. Januarii, & 8. Martii* 1722. de qua *in tom. 5. part. 2. diſcept.* 22.

83 Matrimonium metu contractum, & inter affines, nullum eſt, *S. Severi Matrimonii*, de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept.* 24.

84 Matrimonium contractum ab ea, cujus ſororem quis carnaliter cognovit, quando nullum ſit, *Congr. Conc. in Baren. prætenſi Matrimonii 9. Aprilis* 1701. de qua *in tom. 3. p. 2. diſcept. 9.*

85 Matrimonium nullum ex aliquo eſſentiali defectu, quando reſolvatur in ſponſalia, vide multas reſolutiones, *Cong. Conc. in tom. 3. par. 1. diſcept. 19. à n.* 165.

Matrimonium ſimulatè contractum ad effugiendum aliquod periculum, nullum eſt, *Cong. Conc. in Mutinen. Matrimonii 9. Junii* 1725. ubi de matrimonio contracto à Muliere muſicæ artis peritiſſima cum Perſona conſcia de ſimulatione, ad hoc ut poſſet dimitti à Carceribus, ubi detinebatur, ne matrimonium contraheret cum nobili juvene ejus amore capto.

86 Matrimonium contractum coram Parocho cum licentia, ac ſi eſſet proprius, nullum eſt, quando conſtat, illum non fuiſſe talem, *Romana Matrimonii anni* 1719. de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept. 10. & tom. 3. par. 1. diſcept.* 19. cum quibus proceſſit *Sac. Rot. in eadem Cauſa, eod. anno coram Corio, & anno ſeqq. coram Card. de la Tromoille.*

87 Matrimonium abſque triennali cohabitatione diſſolvendum eſt, quando clarè conſtat de impotentia unius, *Cong. Conc. in Seguntina 12. Septembris* 1609. *apud Pignatell. conſult. 147. n. 21. & 23. tom. 1.*

88 Matrimonium nullum quando obliget ſaltem ratione ſponſalium, quorum vigore ſponſus cogi poſſit ad contrahendum matrimonium, *Card. de Luc. ad Conc. diſc. 26. nu. 34. & tom. 3. par. 1. diſcept. 19. à num.* 165.

89 Matrimonium validè contrahi poteſt inter fratres, & ſorores juratos, *Congr. Conc. in Boſnen. 2. April.* 1611. *l. 11. Decret. fol.* 98.

90 Matrimonium metu contractum non convalidatur per ſuſceptionem Filiorum, *Cong. Conc. apud Barboſ. in Summ. Apoſt. deciſ. verb. Matrimonium n.* 32.

91 Matrimonium contractum in loco, ubi ſponſi ſe contulerunt animo illud contrahendi, nullum eſt, *Congr. Conc. in Romana 22. Februarii* 1631. *lib. 14. Decret. fol. 190. à tergo.*

92 Matrimonium contractum ſub conditione, *ſi Mulier ſit legitima*, nullum eſt, ſi talis non reperiatur, etiamſi illud conſummatum ſit, *Cong. Conc. apud Barboſ. ad Conc. ſeſſ. 24. de reform. Matrim. c. 1. n.* 135.

93 Matrimonium contrahi poteſt cum ſorore illius Mulieris, cum qua quis Matrimonium per vim, & metum contraxerat, poſtquam illud declaratum fuit nullum ſer. ſer. *Cong. Conc. in Hiſpalen. Impedimenti 22. Martii* 1664. *lib. 24. Decret. fol. 86. à tergo.*

94 Matrimonium contractum coram Cappellano Hoſpitalis, nullum eſt, *Congr. Conc. in Engubina 12. Aprilis* 1651. *lib. 19. Decret. fol. 124. à tergo.*

95 Matrimonium contractum coram Parocho publicè denunciato excommunicato, validum eſt, *Cong. Conc. apud Fagnan. in cap. Litteræ num. 26. de Matrim. contract. contr. interd. Eccl.*

96 Matrimonium contractum cum impedimento dirimente à Mu-

Digitized by Google

à Muliere, animam agente, ne moreretur infamata, nullum declaratum fuit, *à Cong. Conc. in Cuſentina Matrimonii 18. Novembris* 1684. *lib.* 34. *Decret. fol.* 393.

97 Matrimonium contractum coram Parocho non Sacerdote, validum eſt, *Cong. Conc. in Abulen.* 2. *Decemb.* 1593. *lib.* 7. *Decret. fol.* 139. *à terg.*.

98 Matrimonium contrahere non prohibentur ignorantes Doctrinam Chriſtianam, *Cong. Conc. apud Nicol. in Floſcul. verb. Matrimonium n.* 13.

99 Matrimonium ratum ex juſta cauſa diſſolvi poteſt à Summo Pontifice, diſſentiente etiam uno ex conjugibus, *Cong. Conc. in Januen. Matrimonii* 2. *Octobris* 1723. de quibus *in tom.* 3. *par.* 2. *diſcept.* 21.

100 Matrimonium quando dicatur ſimulatè contractum, itaut nullum ſit, *Congr. Conc. in Mutinen. Matrimonii* 19. *Auguſti* 1724.

101 Matrimonium contractum ſub conditione oppoſita uni ex illius finibus principalibus nullum eſt, *Congr. Conc. in Ulixbonen. Occidentalis* 1. *Julii* 1724.

102 Matrimonium quando & quomodo dicatur diſſolvi per adulterium unius ex conjugibus, *Cong. Conc. in Dub. Matrim.* 29. *Januarii* 1724.

103 Matrimonium contrahi non debet cum Matre illius Filiæ, quam Vir cognovit: ad quem effectum denegando eſt diſpenſatio, *Cong. Conc. in Neapolitana Diſpenſationis* 28. *Martii* 1716. de qua *in tom.* 4. *par.* 1. *diſcept.* 12.

104 Matrimonium contractum cum conditione, quod Mulier haberet tantam dotem, detecta iſtius inſufficientia adhuc validum reputatum fuit, *à Cong. Conc. in Romana Matrim.* 23. *Januarii* 1666. in qua adeſt *conſult. Pignatell.* 125. *tom.* 9. de qua *in tom.* 4. *par.* 1. *diſcept.* 4. *n.* 57.

105 Matrimonium contractum cum errore qualitatum unius ex contrahentibus, qui redundet in errorem perſonæ, an ſit validum, *Cong. Conc. in Romana Matrim.* 17. *Novembr.* 1708. de qua *in tom.* 4. *par.* 1. *diſcept.* 4.

106 Matrimonium poſſunt contrahere neſcientes Pater noſter, & Ave Maria, *Ric. tom.* 1. *reſol.* 586.

107 Matrimonium puellarum exiſtentium in Conſervatoriis, contrahi debet coram Parocho Conſervatorii, *Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 8. *form.* 10. *n.* 18.

108 Matrimonium ſer. ſer. contractum ſub conditione licita, validum eſt à principio, *Lib.* 74. *Poſit. Cong. Conc. ad Mater. Matrim. c.* 1. ubi quod poſt longam diſcuſſionem Sanctiſſimus ſententiam Congregationis approbavit.

109 Matrimonium contrahens ex communiter accidentibus ſolet habere aliquam amaſiam, *Curt. jun. conſ.* 170. *n.* 15.

110 ad Matrimonium dirimendum, vel reintegrandum quilibet de populo admittitur, *Rot. dec.* 2. *n.* 10. *par.* 8. *recent.*

111 Matrimonium contractum, & conſummatum, mediante Apoſtolica Diſpenſatione, ex cauſa indotationis Mulieris, ſi detegatur falſa eadem cauſa, & appareat de congrua dote, adhuc ſuſtinetur, *Cong. Conc. in Praten. Matrimonii* 4. *Julii* 1722. *& in Neapolitana Matrimonii ejuſdem die & anno.*

112 pro Matrimonii validitate non ſufficit præſentia phyſica Parochi, *Congr. Conc. in Romana* 7. *Martii* 1700. de qua *in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 2.

113 Matrimonii nulli in radice, diſpenſatio quibus concurrentibus concedi ſoleat, tam ad effectus ſpirituales, quàm temporales, *Cong. Conc. in Pragen. Matrim.* 16. *Januarii*, *&* 18. *Septembris* 1723.

114 Matrimonii diſolutioni quando locus ſit ob Viri Impotentiam, *Congr. Conc. in Tiraſonen. Matrimonii* 2. *Octobris* 1723.

115 Matrimonii diſpenſatio quando valida ſit, expreſſo quarto gradu, & reticito tertio, *Cong. Conc. in Luceorien. Matrimonii* 28. *Martii* 1722. de qua *in tom.* 4. *par.* 2. *diſcept.* 19.

116 Matrimonii diſſolutioni quando ſit locus abſque cohabitatione triennali, *Cong. Conc. in Ariminen. Matrimonii* 8. *Martii* 1721. de qua *in tom.* 4. *par.* 1. *diſcept.* 13.

117 Matrimonii validitas, vel nullitas, ex quibus probetur, vide *Rot. in Leodien. Canonic.* 2. *Julii* 1710. *coram Anſald.*

118 Matrimonii onera explicantur, *in Practica Papienſ. in forma Libelli ad Dotem verb. Uxor quondam ante num.* 1. *& à Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *diſc.* 6. *gloſſ.* 2. *par.* 3. *à nu.* 1. *ſed melius ab experientia.*

119 primi Matrimonii rati dubietate poſita, bona fide contracto ſecundo, concedi ſolet diſpenſatio pro diſſolutione primi, *Congr. Conc. in Carpentoren. anni* 1606. de qua *in lib.* 10. *Decret. fol.* 157.

120 in Matrimonio Catholici, & Hæreticæ quomodo poteſt congruere charitas, ſi diſcrepat fides, *D. Ambr. lib.* 1. *de Abraam cap.* 9.

121 Matrimonio contracto cum Conſanguinea in quarto gradu ſine Apoſtolica diſpenſatione, illoque diſſoluto, duo adſunt impedimenta, unum publicæ honeſtatis, aliud affinitatis, *Cong. Conc. in Brixinen.* 19. *Novemb.* 1667. *&* 3. *Decembr. ejuſdem anni lib.* 25. *Decret. fol.* 471. *&* 484. Cæterùm obtenta diſpenſatione cum expreſſione affinitatis, validum erit matrimonium, quia per expreſſionem affinitatis dicitur expreſſa publica honeſtas, *eadem Sac. Congr. in dict. Brixinen.* 3. *Martii* 1668. *l.* 25. *fol.* 548. ubi raro exemplo regiſtratur Votum Jo. Vincentii Bengerii Miniſtri Datariæ.

122 Matrimonio contracto per vim, à Matre illatam Filiæ, quando dicatur nullum, & interim procedendum ſit contra Matrem, *Cong. Conc. in Romana Matrim.* 2. *Octobris* 1723.

123 Super Matrimonio quando lata eſt ſententia, hæc numquam tranſit in judicatum quoad Judicem, ſecus quoad Partem, *Rot. dec.* 381. *num.* 9. *&* 10. *coram Pamphil.* ibique *Adden. n.* 16.

124 Matrimonia ne contrahantur poſt occaſum Solis, neque per Procuratorem, ſtatuere nequeunt Epiſcopi, *Cong. Conc. in Neapolitana* 18. *Auguſti* 1663. *lib.* 23. *Decret. fol.* 576.

125 ne Matrimonia Domi celebrentur, Ordinarius prohibere non poteſt, licèt id maximè deceat, *Cong. Conc. apud Gallemart. ſeſſ.* 24. *de Reform. Matrim. c.* 1. *in Remiſſion. litt. Z. fol.* 449. *& in Peruſina l.* 2. *fol.* 16.

126 Matrimonia contrahi poſſunt à Subditis, etiam ſine conſenſu Dominorum, non obſtante contraria conſuetudine, *Cong. Conc. in Pragen. Matrimonii* 16. *Martii &* 24. *Aug.* 1669. *l.* 26. *Decret. fol.* 183. *&* 283.

127 Matrimonia conſcientiæ an ſint licita, vide *Dub. Matrimoniorum*, propoſitum in *Cong. Conc.* 9. *Septemb.* 1724. unà cum eruditiſſimis, & doctiſſimis adnotationibus Reverendiſſimi Secretarii circa idem dubium, quod à Sac. Congreg. non fuit reſolutum.

128 Matrimoniorum impedimenta non ſolet Cong. Conc. decidere, ſed remittere decidenda Ordinariis, prout de jure, ut in *Melevitana Matrimonii* 12. *Februarii* 1679. *lib.* 39. *Decret. fol.* 73. & in *Tudertina* 19. *Julii ejuſdem anno dicto Lib. fol.* 325. & in *Firmana* 3. *Julii* 1690. *l.* 40. *fol* 35.

129 Matrimoniales diſpenſationes directæ Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, exequi non poſſunt à Vicario Capitulari, *Cong. Conc. apud Barboſ. in Sum. Apoſt. deciſ. collect.* 257. *num.* 8.

130 Mederi ſecundum experientiam melius eſt, quàm ſecundum libros.

131 Medicina: In morbis chronicis, ſeu decurrentibus, optimam eſſe medicinam, non uti medicina, *Molan. in Diar. cap.* 34. ſequutus *in Epiſt. ad Lect. à Franc. de Eccleſ. Cathedr.*

132 Medicamenta Altiſſimus creavit de Terra, & Vir prudens non abhorrebit illa, *Eccleſ.* 38. 4.

133 Medicamenta illa, quæ morbi initio valida ſunt, graviter infirmo non proſunt, *Card. de Luc. de ſervit. diſcurſ.* 110. *n.* 1.

134 Medicamenta omnia non omni animantium generi aut conferunt, aut commoda ſunt, ſed ſunt alia aliis magis convenientia, *Hippocrat. de Flat. fol.* 39.

135 Medicamina pericoloſa ſi danno prudentemente ne mali graviſſimi, *Pallavic. Iſtor. del Concil. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 1.

136 Medicina: Temporibus Medicina valet, data tempore proſunt,

Et data non apto tempore, vina nocent, *Ovid. de Remed. Amor. l.* 1.

137 Medicina: Eripit interdum, modò dat Medicina ſalutem, *Ovid.* 2. *de Triſtib.*

138 Medicina parum prodeſt, ubi natura repugnat, *Hyppocrates.*

139 Medicina: Poco giova al Medico una buona Medicina, ſe l'Infermo la ricuſa, e non può eſſere sforzato a pigliarla, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 15. *c.* 14. *n.* 12.

140 Medicina ex obſervatione ſalubrium, atque iis contrariorum inventa eſt, &, ut quibuſdam placet, tota conſtat experimentis, *Quintilian.*

141 Medicinas nos cogit invenire experientia morborum, *Joann. Monach. in cap. Cumſit nu.* 3. *de Election.* ſequutus *à Pignatell. conſult.* 128. *n.* 7. *tom.* 9.

142 Medicinalia à quibus taxari debeant, vide *Rot. in Caſenaten. Taxa Medicin.* 10. *Maji* 1706. *coram Cardin. Caprara.*

143 Medicinalium pretium non ſolet illicò & incontinenti ſolvi, *Rot. in Romana Pecun.* 17. *Junii* 1701. §. *Si igitur coram Molin.*

144 Medicus: Si tibi deficiant Medici, Medici tibi fiant
Hæc tria, Mens hilaris, Requies moderata, Diæta.

145 Medicus ſi omnia fecit, ut curarat, peregit partes ſuas, *Senec. de Benef. cap.* 13. ſequutus *in tom.* 3. *par.* 1. *diſcept.* 1. §. 1. *num.* 30.

146 Medicus: Accipit oblatum Medicus, dare non ſolet aurum,
Pharmaca dat Medicus, non ſolet accipere.
Ordonet Medicos, Ægros ordonet oportet,
Alterius ſic res altera poſcit opem.

147 Medicus pauper:
Qui modò veniſti noſtram mendicus in Urbem.
Paulàm mutato nomine ſis Medicus.
Pharmaca das Ægroto, aurum tibi porrigit Æger,
Tu morbos curas illius, ille tuum.

148 Medicus non tantò magis ſanat, quantò majorem dat Medicinam, ſed quantò Medicina eſt magis proportionata morbo, *S. Thom.* 2. 2. *art.* 7. *ad* 2.

149 Medicus loquax languenti alter morbus eſt, *Menand.*

150 Medicus: Non eſt in Medico ſemper, relevetur ut Æger,
Interdum docta plus valet arte malum.

151 Medicus: Intrantis Medici facies tres eſſe videntur
Ægrotanti, Hominis, Dæmonis, atque Dei.
Cùm primùm ingreditur Medicus, dicitque ſalutem,
En Deus, aut Cuſtos Angelus, Æger ait.
Cùm morbum Medicina fugaverit, ecce Homo clamat:
Cùm poſcit Medicus præmia; Vade Sathan.

152 Medicus: Il primo preggio del Medico non è il guarire, ma l'impedire l'infermità, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 21. *c.* 13. *n.* 8.

153 Medici error cum ipſo Cadavere ſepelitur, & ampliùs de eo non quæritur; nam & Medicis occidendi data impunitas videtur, *Adden. ad deciſ.* 254. *num.* 387. *part.* 9. *recent.*

154 Medicum oportet eſſe benè fortunatum.

155 Medici ubi plures ſunt, ibi multi Ægrotantes.

156 Medici, & Juris-Conſulti:

157 Te formidati metuunt Galene Tyranni,
Stat Regum in veſtra vitaque morſque manu.
Arbitrium vobis vitæ, mortiſque poteſtas
Summa data eſt, uni proxima penè Deo.
Nos damnare neci, ſed non ſine crimine Judex,
Non ſine teſte poteſt, Tu ſine utroque potes.

158 Medici, ubi uſitata remedia non proſunt, tentant contraria, *Senec. de Clem. l.* 1. *c.* 9.

159 Medici: Li Medici vecchi e cauti non formano ricette ſe non leggiere, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 18. *c.* 6. *num.* 1.

160 Medici gravis annus in quæſtu eſt, *Senec. de Benef. l.* 6. *cap.* 38.

161 Medicis ſolet eſſe connaturalis parſimonia, *Cardin. de Luc. de Dot. diſc.* 173. *in princ.*

162 Medicos doctiſſimos, & Imperatores optimos, ſæpè numero nihil agendo, magis proficere, *Liv.*

163 Meditatio clavis eſt veritatis, *Ptolemaus in Proem. Almageſt.*

164 Medium: Cùm media ſemper gaudebam ludere forma: Major enim mediis gratia rebus ineſt, *Gloſſ. in cap.* 2. *verb. Modum de Offic. Cuſtod.*

165 Medium: Inter utrumque vola, medio tutiſſimus ibis.

166 Medium: Illud, quod medium eſt, atque inter utrumque, probatur:
Nec volo, quod cruciat, nec volo, quod ſatiat, *Martial.*

167 Medium; In medio Chriſtus Latronum quando pependit,
Aut nunquam, aut virtus tunc fuit in medio.

168 Medium ut attingas, ſummum pete: excides medio, ſi collimatis in medio, *Couplet in Tabul. Chronologia Monarch. Sinic. fol.* 58. *ex Imperatore Sinenſi Tayzum.*

169 Melior, vide Pejor.

170 Melius: Habebo itaque curæ, ut te meliorem tibi reddam, quàm accepi, *Senec. de Benef. l.* 1. *c.* 8.

171 Memento, non dico ſemper, non dico ſæpè, ſed vel interdum reddere te ipſum tibi, *S. Bern. de Conſider. ad Eugen. l.* 1. *c.* 4.

172 Memoria: Pro illa vana memoria, cui etiam Viri probi ex communi humana fragilitate ſæpiùs incumbere ſolent, *Card. de Luc. de Donat. diſc.* 16. *in princ.*

173 Memoria ſui ipſius: Vivere diu cùm nobis denegetur, relinquamus aliquid quo nos vixiſſe teſtemur, *Plin. epiſt.* 7. *l.* 3. ſequutus *à Pacichell. de Diſtant. c.* 6. *membr.* 6. *n.* 8.

174 Memoriæ minimum tribuit, qui ſpei plurimum dat, *Senec. de Benef. l.* 3. *c.* 2.

175 Memoriam omnium habere, & in nullo penitùs errare, divinitatis magis, quàm humanitatis eſt, *leg.* 1. *ff. de vet. jur. enucl.* ſequuta *à Rot. in deciſ.* 1101. *num.* 23. *coram Emer. jun.*

Memoriarum Liber. Vide Liber Memoriarum.

176 Mendax. Vide Narrator.

177 Mendaci homini ne verum quidem credere ſolemus; *Tull. lib.* 2. *de Divinit.*

178 Mendacium ſæpè ab uno ſeminatur, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio ſuſpicionis, aut ingenita mentiendi voluntate, *Tertull. in Apolog.*

179 Mendacium quærit, qui poſt veritatem repertam ulteriùs diſcutit, *Imper. Marcian.* relatus *à Baronio anno* 452. *& leg.* 4. *Cod. de Summ. Trin.*

180 Mendacii optimum præmium, ſemel perjuro nec vera credere, *Senec. lib.* 2. *de Ira.*

181 Mendacio aliquem velle fallere, improbi hominis eſt, *Cicer. pro Muren.*

182 Mendicatio an poſſit ab Epiſcopis Religioſis prohiberi, *Donat. Rer. Regular. tom.* 1. *tract.* 13. *quæſt.* 32.

183 Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt Dominus? Aut egeſtate compulſus, furer, & perjurer nomen Dei mei, *Prover.* 30. 8.

184 Mens bona, nec commodatur, nec emitur, *Senec. epiſt. lib.* 3. *epiſt.* 27.

185 Mentientes concluſiones, aut irrepentes paulatim, vel minuendo, vel addendo in aſſertionem falſitatis, quis non metuat, quis non oderit? *S. Auguſt. lib.* 2. *de ordinib. cap.* 4.

186 Mentiri: Il difetto della memoria è aſſai grave in chi ha per meſtiere il mentire, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 18. *cap.* 9. *num.* 10.

187 Mentitur falliens, Mendacia dicit oberrans.

188 Mercatorum Libri non probant, quando illorum partitæ inter ſe non concordant, vel convincuntur alteratæ, ut fuit deciſum à primo Collaterali Curiæ Capitolinæ anno 1721. coram quo exhibita fuit Scriptura impreſſa in fine hujus litteræ M. §. 1.

Mercatus fieri non poteſt in diebus feſtivis de præcepto, *Cong. Epiſcoporum in Sarnen.* 11. *Julii* 1681.

189 Merces in aſſociatione cadaverum in Urbe regulanda eſt à diſtantia ab Eccleſia, non autem à diverſitate Parochiarum, vide *tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 28. *à num.* 157.

190 Merces, qualis & quanta debeatur Sacerdotibus, Funus in Urbe aſſociantibus, *Romana Funerum*, de qua *in tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 21.

191 Merces pro copiis ſcripturarum taxata fuit à Sacris Congregationibus, ut videre eſt *in tom.* 2. *par.* 1. *diſcep.* 7. *à num.* 254.

192 Merces duplicata quando debeatur Parochis ratione laboris, vel diſtantiæ, *Romana Funerum*, de qua *in tom.* 4. *par.* 1. *diſcept.* 19. *& Card. de Luc. de Paroch. diſc.* 30. *num.* 4. ubi quod poteſt illam petere, quando ex voluntate hæredum longum facit iter pro aſſociando cadavere.

193 Meritum in illo creſcit, cui majus datur officium, *Caſſiod. var. lib.* 11. *epiſt.* 4. *poſt princ.*

194 Merita: Solida laus eſt regiæ largitatis, quoties conveniunt induita judiciis, nec ſibi audet caſus adſcribere, qui bonæ diſpoſitionis librat examen, quia ubi aptantur officia meritis, nil debetur incertis, *Caſſiod. lib.* 1. *variar. epiſt.* 22. *in princ.*

195 Meritorum capax ſi æqualibus credendus eſt, quem juſtus elegerit, ſi temperantia præditus, quam moderatus aſcivit, omnium profectò capax poteſt eſſe meritorum, qui Judicem cunctarum meruit habere virtutum, *Caſſiod. var. lib.* 1. *epiſt.* 3. *in princ.* ſequutus apud *Comand. in Vita Card. de Laur. fol.* 89.

196 Miſſere titulus anno 1564. competebat Nobilibus, & idem ſignificat, *al mio Sire*, *Rot. in Mediolanen. Prioratus* 29. *Januarii* 1706. §. *Nec ex alio coram Caſſarell.* ubi quod hodie relictus eſt Plebi.

197 Me-

Digitized by Google

197 Metus cauſa ceſſata, ſi perſequens quinquennium Religioſus non reclamat, ampliùs audiri non debet, *Cong. Concil. in Neapolitana 5. Martii 1598. lib. 9. Decret. fol. 98.*

198 Metus ut dicatur cadere in conſtantem virum, debet eſſe unitus quinque illis conditionibus, explicatis à *Barboſ. vot. deciſ. 77. num. 47. lib. 3.*

199 Metus incuſſio non eſt facilis in magnis Urbibus, *Rot. dec. 154. num. 8. par. 14. rec. & dec. 154. num. 11. par. 18. & in Romana Pecuniaria 6. Decembris 1715. §. Eoque coram Card. Albann.*

200 Meum, & tuum: Si duo de noſtris tollas pronomina rebus,
Prælia ceſſarent, pax ſine lite foret, *Riec.*

201 Meum: Propter amarum verbum *Meum & Tuum* perpetes habemus diſcordias, *S. Hieronym. in Matth. lib. 3. cap. 8.*

202 Mezzo alcuno non ſi dà, che ſia eterno, fuori di queſti due; Paradiſo, Inferno: Sempre godere, ſempre penare, *P. Marcheſ. nel prepar. a ben mor. punct. 5. fol. 48.*

203 Miles præſidiarius ſepelliri debet in Parochia Arcis, ubi actualiter moratur, non autem in alia Parochia, ubi retinet domum apertam, cum uxore, & filiis, *Congreg. Conc. in Romana Juris ſepelliendi 17. Auguſti 1697.* de qua *in tom. 2. par. 2. diſcept. 14.*

204 Milites: Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.

205 Militare: Neque enim ille ſolus militat, qui in Acie ſtat, ſed qui portas tuetur, & ſtatione minùs periculoſa, non otioſa tamen, fungitur, vigiliaſque ſervat, & armamentario præeſt, *Senec. de Tranquill. vit. cap. 3.*

206 Minatur multis, qui facit injuriam, *Senec. in Sent. juxta ord. litter.*

207 Minæ: Le minaccie non ſono altro, che l' armi del Minacciato, o a diſeſa per munirſi, o ad offeſa per prevenire, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 13. cap. 14. n. 4.*

208 Minima: Parva necat mors, ſpatioſum Vipera Taurum:
A Cane non magno ſæpè tenetur Aper.

209 Miniſtri graviorum facinorum, quaſi exprobrantes aſpiciuntur, *Tacit.*

210 Minor annis 25. cùm non judicetur à legibus aptus ad adminiſtranda propria bona, incongruum eſt, ut præponatur ad gubernandam Rempublicam, *Ala de Decurion. quæſt. 4. verſ. Tamquam fol. 8. Abbas in cap. Cum vigeſimum n. 4. de offic. deleg.*

211 Miraculum: Ad implendum miraculum, inde fecit currere humidos liquores, ubi erat ſicca durities: tu autem ſi fontes irriguos ſaxorum conſtitutione deducis, hoc labore tuo præſtas Populis, quod ille miraculis, *Caſſiod. var. lib. 4. epiſt. 31. in fin.*

212 Miraculum habet juncta, quæ diſtributa præconium, *Caſſiod. var. lib. 4. epiſt. 4. in fin.*

213 Miracula aſſiduitate vileſcunt.

214 Miſerum nihil eſt, quod in naturam conſuetudo perduxit, *Senec. de Provid. §. 3. in fin.*

215 Miſeria magna eſt neſcire, & nolle diſcere; major ſcire, & nolle docere; maxima docere, & nolle operari, *Senec.*

216 Miſeriæ: Acrioribus ſtimulis res proſperæ animum pulſant, quàm adverſæ, quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur, *Tacit.*

217 Miſer numquam ille eſt, cui facile eſt mori, *Senec.*

218 Miſerorum refugium eſt aſſerere, aliud eſſe de Jure Civili, & aliud de Jure Canonico, *Fagnan. in cap. Cum vos num. 54. de offic. Jud. Ordinar.*

219 Miſericordia eſt animi ægritudo ob alienarum miſeriarum ſpeciem, ſeu triſtitia ex alienis malis concepta, quæ accidere immerentibus credit, *Senec. de Clem. lib. 2. cap. 7.*

220 Miſericordia vicina eſt miſeriæ, habet enim aliquid, trahitque ex ea, *Senec. de Clem. lib. 2. cap. 6.*

221 Miſericordiæ genus eſt citò occidere, quia tormentum ultimum finem ſui ſecum affert, *Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 5.*

222 Miſſa Conventualis an quotidie applicari debeat pro Benefactoribus, *Congr. Conc. in Spoletana 5. Decembris 1722.* de qua *in tom. 5. par. 1. diſcept. 21. n. 130.*

223 Miſſa Conventualis non eſt applicanda pro Benefactoribus à Monachis, ſecus à Mendicantibus, *Congreg. Conc. in Romana 19. Aprilis 1704.* de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept. 32.*

224 Miſſa Defunctorum an magis proſit, quando celebratur in illa Eccleſia, ubi Corpus ſepultum eſt, vide *Rotam deciſ. 1486. & 1522. coram Coccino, & tom. 1. par. 1. diſcept. 5. Urſaya Miſcellaneum.*

225 Miſſa celebrari non poteſt anticipatè pro eleemoſyna oblaturi, *Gavant. in Manual. verb. Miſſa n. 33.*

226 ad Miſſæ applicationem quando teneatur obligatus ad illius celebrationem, *Cong. Conc. in Camerinen. Celebrationis Miſſarum 18. Aprilis 1722.*

227 Miſſæ celebratio probatur ex atteſtatione Sacerdotis, *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 13. form. 2. n. 46. Rota in Toletana Adminiſtrationis 15. Februarii 1700. §. Hinc prime coram Pio.*

228 Miſſam celebrare in eadem Eccleſia poſſunt Pater, & Filius naturalis, dummodò ambo in illa Beneficium non obtineant, *Cong. Conc. apud Barboſ. in Summ. Apoſt. deciſ. collect. 357. n. 8.*

229 Miſſam applicare non tenetur ille, qui obligatus eſt ad illius celebrationem, *Cong. Conc. in Romana Applicationis Miſſarum 24. Aug. 1709. ad 1. dub.*

230 Miſſæ in certo numero celebrari ſolitæ, quando celebrari debeant in majori numero in futurum, *Congreg. Conc. in Romana 13. Aprilis 1709.* de qua *in tom. 5. p. 1. diſcept. 3.*

231 Miſſæ in Eccleſiis Regularium, iſtis renuentibus, celebrari non poſſunt à Capitulo, *Cong. Conc. in Nullius Caſtellane 29. Aug. 1722. & 30. Jan. 1723.*

232 Miſſæ relictæ in aliqua Eccleſia, iſta ob aeris intemperiem alibi ædificata, in ſecunda celebrari debent, *Congr. Conc. in Cervien. Legatorum 24. Aprilis 1723.*

233 Miſſæ à Teſtatore relictæ quando celebrari debeant ex fructibus, vel ex capitale Legati, *Cong. Conc. in Romana Legati 2. Octobris 1721.*

234 Miſſarum onus abſque deſignatione Eccleſiarum injunctum, in qua Eccleſia adimpleri debeat, vide *tom. 1. p. 1. diſcept. 5. per tot.*

235 ex Miſſarum Legato, unica vice celebrandarum, non poteſt erigi Beneficium perpetuum, cum onere Miſſarum, *Rembold. deciſ. 539. & Congreg. Conc. in Bononien. Legati Miſſarum 9. Auguſti 1698.* de qua *in tom. 3. par. 2. diſcept. 18.*

236 Miſſarum reductio quando concedi ſoleat, vel remitti arbitrii Epiſcopi, *Congr. Conc. in Hiſpalen. Reductionis Miſſarum 27. Martii, & 17. Julii 1700.* de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 25.*

237 Miſſarum atteſtationes ſi non exhibeantur ante celebrationem Capituli Religioſorum, nulla eſt electio, *Congr. Epiſc. in Baren. Provinciæ S. Nicolai 18. Febr. 1712. Ponente Card. Corſino, & in Provincia S. Bernardini 19. Maji 1713. Ponente Card. Caſino,* de quibus *in tom. 2. par. 2. diſcept. 29. n. 4. & 5.*

238 Miſſarum reductioni quando locus ſit, ſive illæ relictæ fuerint in ultima voluntate, ſive per contractum, *Congr. Conc. in Taurinen. Reductionis Miſſarum 25. Maji 1717.* de qua *in tom. 4. p. 1. diſcept. 18.*

239 Miſſarum Legatum converti non poteſt in erectionem Cappellaniarum, *Congreg. Conc. in Bononien. Leg. Miſſ. 9. Septemb. 1702.* de qua *in tom. 3. p. 2. diſcept. 18.*

240 Miſſionariorum multa dubia diſcutiuntur, *in tom. 5. p. 2. diſcept. 14.*

241 Mobile nihil adeò eſt, quàm Feminarum voluntas, nihilque tam vagum, *Senec. de Remed. fortuit.*

242 Modeſtia: Ubi quæratur modeſtus animus, ſi fœdet violentia Patritios? *Caſſiodor. variar. lib. 1. epiſt. 27. in princ.*

243 Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, *S. Paul. ad Philipp. 4. 5.*

244 Modus: Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultro citroque nequit conſiſtere rectum.

245 Modus: Si tempera l' aſprezza del fatto con la morbidezza del modo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 23. cap. 5. num. 13.*

246 Modum in rebus tenere juſtitia eſt, temperantia, & fortitudo, *S. Bern. de Conſid. ad Eug. l. 1. c. 7.*

247 Mœchus: Hos ego Filiolos feci, tulit alter honores:
Sic vos, non vobis, nidificatis Aves.

248 Moleſtus aliis, haud facilè ipſe moleſtiis carebit, *Demophil.*

249 Momentaneum quod in præſenti eſt, & leve; æternum gloriæ pondus operatur in nobis, *D. Paul. 2. ad Corinth. 4. 17.*

250 Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.

Digitized by Google

251 Momento brevi ſumma verti poſſunt, *Tacit.*

252 Monachus quilibet comparere poteſt pro Monaſterio, *Card. de Luc. de Jud. diſc.* 12. *n.* 6.

253 Monachus: Sicut difficilè ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſterio profecerunt: ita non ſum deteriores expertus, quàm qui in Monaſterio defecerunt, *S. Auguſtin.* relatus *in can. Quantumlibet, diſtinct.* 47.

254 pro Monaſteriis particularibus Procuratores Generales Religionum non poſſunt comparere ſine ſpeciali Mandato Procuræ, *Rot. in Bononien.* 25. *Jan.* 1706. §. *Minuſque coram Anſald.*

255 Moneri aliquando acriter mandant Rota, & Sacræ Congregationes Curiales, excedentes modeſtiæ fines in ſcribendo, etiam ſi ſint Generales, vel Procuratores Generales Religionum, *Congr. Conc. in Mexicana* 8. *Aug.* 1722. *Inſtit. crim. lib.* 2. *tit.* 10. *à num.* 114. ubi plures referuntur caſus.

256 Monialis illegitima ad officium Abbatiſſæ à ſola Apoſtolica Sede habilitari poteſt, *Cong. Epiſc. apud Nicol. in Floſcul. verb. Illegitimus num.* 3.

257 Monialis Profeſſio irrita eſt, quando fit poſtea hermaphrodita, *Cong. Conc. in Spoletana* 14. *Martii* 1722. *ad primum dubium*, quo caſu reſtituenda eſt ei Dos, *Sac. Cong. dicta die ad* 2. *dub.*

258 Moniales per vim ejicientes aliam Monialem à Monaſterio, qua pœna puniendæ ſint, *Congr. Epiſc. in Comen.* 15. *Maji* 1705. *Ponente Card. S. Clementis*, de qua *in tom.* 2. *p.* 2. *diſcept.* 17.

259 Moniales quando poſſint novas Fabricas facere, non attento aliarum Monialium vicinarum præjudicio, *Rot. in Surrentina Fabrica* 11. *Jan.* 1706. *coram Card. Caprar.*

260 Monialium Famuli, & Famulæ, habitantes in Manſionibus intra Atria Monaſteriorum, tenentur recipere Sacramenta ab illis Parochis, in quorum Parochia ſita ſunt Monaſteria, *Congreg. Conc. in Ulixbonen. Occidentalis* 19. *Septemb.* 1722.

261 Monialium Rector an eligi debeat à Superiore Generali illius Congregationis, cui ſubſunt Moniales, vel potiùs ab ipſis Monialibus, *Hildeſimen. Juris Eligendi*, de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 23.

262 Monialium in Eccleſiis exterioribus non eſt permiſſum ſepelire Cadavera Sæcularium ſine Apoſtolico Indulto, *Cong. Epiſc. in Mantuana* 14. *Martii* 1697. *Ponente Acciajolo*, quod concedi facilè ſolet, quando Teſtator relinquit Legatum Monialibus, *eadem Cong. in Camerinen.* 6. *Martii* 1713. *Ponente Corſin.*

263 Monialibus ejuſdem Religionis competunt Privilegia, Religioſis Viris conceſſa ejuſdem Religionis, *Cardin. Petr. ad Conſtitut. Apoſtol. tom.* 2. *fol.* 198. *à n.* 25. *& Rot. in Herbipolen. Monaſterii* 27. *Januarii* 1712. §. *Abſque eo coram Anſald.*

264 Monialibus non eſt permittendum, ut admittant Mulieres in Cubiculo poſito intra Clauſuram, & Oſtium Monaſterii, conſuetudine non obſtante, *Cong. Conc. in Salamantina* 19. *Februarii* 1604. *l.* 10. *Decr. fol.* 74. *ad* 2.

265 Monitio: A præceptis incipiunt omnes, qui monere aliquem volunt, & in exemplis deſinunt, *Senec. de Conſolat. ad Mart. c.* 1.

266 Monitoria pro revelatione non poſſunt cogi ab Epiſcopis Regulares publicare in propriis Eccleſiis, *Cong. Epiſc. Ponente Card. Grimald. in Marianen.* 6. *Febr.* 1711.

267 Monoculus: Blande Puer, lumen quod habes concede Sorori,
Sic tu cæcus amor, ſic erit illa Venus.

268 Montecatinus: Felicianus Montecatinus Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatus, Juriſconſultus prudens, & ſolertiſſimus appellatur *à Rota in Romana Ceſſionis* 3. *Decembris* 1706. §. *Tum demum coram Molines.*

269 Mora maximum remedium eſt, *Senec. de Ira lib.* 2. *cap* 25.

270 Mora: Nam mora dat vires, teneras mora percoquit Uvas,
Et validas ſegetes, quæ fuit herba, facit, *Ovid.*

271 Mora valeſcunt bona conſilia, ſcelera impetu, *Tacit. l.* 17. *Annal.*

272 Morbida facta Pecus totum corrumpit Ovile.

273 Morbi, non eloquentia, ſed remediis ſanantur, *Celſ.*

274 Morborum multitudinem miraris, Coquos numera, *Senec.*

275 In Morbis, quibus afficiuntur animi, quò quis pejùs ſe habet, minùs ſentit, *Senec. Epiſt.* 54.

276 cum Morbis contendere benignum artis auxilium eſt, & non relinquere miſeros Ægros veluti deſperatos, *Trallian.*

277 In Morbis nihil eſt magis periculoſum, nec pernicioſum, quàm immatura Medicina, *Senec. de Conſol. ad Albin. cap.* 1.

278 Morbis novis nova convenit antidota præparari, *cap. Cæterum de Juram. calumn. & Lotter. de Re benef. l.* 2. *q.* 44. *num.* 21.

279 Morbos multos multa fercula fecerunt, *Senec. Epiſt. lib.* 15. *epiſt.* 96.

280 Morbos multos innumerabiles eſſe, non miraberis;
Coquos numera, *Senec. Epiſt. l.* 15. *epiſt.* 96.

281 Mores faciunt educatio, & diſciplina: & id unuſquiſque ſapit, quod didicit, *Martin. Epiſc. de Morib. apud Oper. Senec.*

282 Mores: Hoc majores noſtri queſti ſunt, hoc nos querimur, hoc poſteri noſtri querentur, everſos eſſe mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi, *Senec. de Benef. l.* 1. *c.* 10.

283 Mores: De ⟨?⟩r te, honorem, quem geris nomine, moribus exhibere, *Caſſiod. Var. l.* 1. *epiſt.* 11. *in princ.*

284 Mores: Si Genitrix caſtè, caſtè quoque Filia vivet,
Si Mater meretrix, Filia talis erit.

285 Mores bonos corrumpunt colloquia mala, *D. Paul. ad Corinth.* 15. 33.

286 Moribus debet eſſe conſpicuus, qui datur imitandus, *Caſſiod. Var. l.* 4. *epiſt.* 3. *in princ.*

287 Mori: Pro Patria ſit dulce mori licèt, atque decorum,
Vivere pro Patria dulcius eſſe puto.

288 Mori: Mille modis morimur omnes, ſed naſcimur uno;
Sunt Hominum morbi mille, ſed una ſalus.

289 Mori præſtat potiùs, quàm inhoneſtè vivere.

290 Mori non poteſt malè qui benè vixit, & vix benè moritur qui malè vixit, *S. Auguſt. de Doctr. Chriſt.*

291 Mori: Quicumque ad extremum fati ſui venit, ſenex moritur, & ſi plus vivere non poſſum, hæc eſt ſenectus mea, *Senec. in Proverb.*

292 Mori: Paulatim morimur, momento extinguimur uno,
Ut lampas, oleo deficiente, perit.

293 Mori: Ille ſemper vivit, qui benè moritur, ex *Tumulo cujuſdam Hiſpani in Eccleſ. S. Jacob. Urbis.*

294 Mori: Quo moriare loco, nil refert, undique cœlum,
Pœnarumque locus, menſura diſtat eadem, *Epitaph. Emanuel. Criſolor.*

295 Morientium voluntates aliquando interpretantur à Judicibus in oppoſitum ejus, quod demandarunt, *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 70. *in princ. & in fine.*

296 Mors: Quo moriare loco, nil refert, ad Jovis aulam
A terra ſpatium ſemper habebis idem.

297 Moriar, deſinam ægrotare poſſe, *Senec. epiſt. l.* 3. *ep.* 24.

298 Morimur quotidie, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cùm creſcimus, vita decreſcit: hunc ipſum, quem agimus diem, cum morte dividimus, *Senec. epiſt. lib.* 3. *epiſt.* 24.

299 Morimur omnes pares, impares naſcimur, omnes æquat cinis, *Senec. epiſt.* 92. *lib.* 4.

300 Moriuntur aliqui, non tanquam exeant de vita, ſed tanquam extrahantur, *Senec. de Brev. vit. cap.* 11.

301 Mors: Perſarum Rex inſolentiſſimus lacrimas fudit, quod intra centum annos nemo ex tanta juventute ſuper futurus eſſet, *Senec. de Brev. vit. cap.* 16.

302 Mors dolorum omnium & ſolutio eſt, & finis, *Senec. de Conſol. ad Mart. cap.* 19.

303 Mors familiaris efficienda eſt, ut poſſis illi obviam exire, *Senec. Natur. queſt. lib.* 6. *cap.* 32.

304 Mors eſt hominis natura, non pœna, *Senec. de Remed. Fortuit.*

305 Mors: Sus, juvenis, ſerpens, caſu venere ſupremo.
Sus jacet ex ictu, pede ſerpens, ille veneno.
Sus, ſerpens, juvenis, pariter periere viciſſim:
Dente perit juvenis, pede ſerpens, porcus ab ictu.

306 Mors: Seriùs, aut citiùs metam properamus ad unam.

307 Mors: Reſtituunt furtum Fures, vi rapta Latrones,
Omnia mors aufert, reſtituitque nihil.

308 Mors unica eſt via, quæ ducit ad cœlum, *S. Laur. Juſt. in lect. ſuo offic.*

309 Mors vitanda malo, ſancto invitanda, malorum
Ultimus eſt finis, vel ſine fine malum.

310 Mors juvenis: Parce precor triſtes queſtus effundere, vixi,
Non erat in Fatis longior hora meis.

311 Mors: Hircus cum Puero, Puer alter, Sponſa, Maritus,
Cultello, Limpha, Fune, Dolore cadunt.

312 Mors:

312 Mors: Quid juvat argentum, quid annis vivere centum,
Si una brevis foſſa carnem concludit, & oſſa?

313 Mors: Pallida mors æquo pulſat pede pauperum Tabernas, Regumque Turres.

314 Mors: Contra vim mortis non naſcitur herba in hortis.

315 Mors ſi poſt incertos caſus quotidie imminet, exacta jam ætate, non longè poteſt abeſſe, *Cicer. lib. 1. qu. Tuſculanar.*

316 Mortis præparatio:
Ut tibi mors felix contingat, vivere diſce,
Ut felix poſſis vivere, diſce mori.

317 Mortis ſolatium eſt, terram quandoque videre mortalem, *Senec. Natur. quaſt. lib. 6. cap. 2.*

318 Morti, velis, nolis, vacandum eſt, *Senec. de Brev. vit. cap. 8.*

319 ad Mortem non deerit ingenium, cui non defuerit animus, *Senec. epiſt. lib. 8. epiſt. 71.*

320 Mortem melius eſt ſemel ſubire, quàm ſemper timere, *Senec.*

321 Morte deponentis extrajudicialiter ſequuta, probat concludenter illius dictum, ſi deponens ſine retractatione decedat, *Rot. in Nullius, ſeu Caputaquen. 26. Junii 1711. §. De eadem coram Anſaldo.*

322 Mortuo penè ſimilis eſt, qui à ſuo dominante neſcitur, nec ſub aliquo honore vivit, quem Regis ſui notitia non defendit, *Caſſiodor. var. lib. 5. epiſt. 26. circa med.*

323 Motivum probabile dubitandi percipi aliquando non ſolet ab Advocatis, *Anſald. dec. 9. n. 35.*

324 Motiva illa, quæ deducta in cauſæ initio revocare ſolent, pro irrelevantibus habentur, quando deducuntur poſt vulnus cauſæ illatum, *Card. de Luc. in Miſcellan. Eccleſ. diſc. 37. ſub num. 2.*

325 Moveri facilè non poteſt, quod per longa ſæcula cuſtoditur, *Caſſiodor. var. lib. 10. epiſt. 2. poſt med.*

326 Mozzetta ſupra ſaccum addi poteſt à Confratribus, quando concurrit major pars Confratrum, *Cong. Rit. in Sueſſana Mozzetta 18. Aprilis* 1693. de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept. 11.*

327 Mozzorechi qui dicantur, *Inſtitut. Crim. lib. 2. tit. 10. à num. 76. ubi latè.*

328 Mulier nobilis pulchra, & pauper.
Indotata Viro locupleti nubere quæris,
Fannia? paupertas irrita vota facit.
Sis ortu generoſa licèt, ſpecioſaque vultu,
Sordidus externas ambit amator opes.
Prima Cathegorias inter ſubſtantia ſola,
Plus in amore poteſt, quàm genus, & ſpecies.

329 Mulier: Sola Viro Mulier ſpoliis exultat adeptis,
Sola locat corpus, ſola locanda venit.

330 Mulier cum periculo patiens: Sicuti arboribus areſcentibus ſalutaris accommodatur abſciſſio, & Naves preſſæ onere, cùm gravi tempeſtate jactantur, ſolùm ex damno habent remedium: Ita Fœminis, aut matricis vitio, aut ætatis impotentia, ſub qua præpoſterè partus proveniat, periclitantibus, & in vitæ periculo conſtitutis, ſub unius partus jactura mercari certiſſimum convenire, *Theodor. Preſc. lib. 3. ad Veſtor. c. 3. n. 47.*

331 Mulier: Nocturnum imperium muliebre, virile diurnum eſt,
Nam regnat noctu Cintbia, Sol que diu.

332 Mulier ubi eſt, ſilentium eſſe nequit.

333 Mulier ſtuppa eſt, & homo titio: accedit Diabolus, & uterque comburitur.

334 Mulier: Quid levius fumo? Flameo; quid flamine? Ventus;
Quid vento? Mulier; quid Muliere? Nihil.

335 Mulier, notoriè adultera, poteſt Monaſterium ingredi cum conſenſu Viri, & accedente iſtius voto continentiæ, donec uxor vixerit, *Cong. Conc. in Januen. 2. Maji* 1722.

336 Mulier: Adam, Sampſonem, Petrum, Davidem, Salomonem
Decepit Mulier, quis modò tutus erit?

337 Mulier litigioſa: Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum Muliere litigioſa, & in domo communi, *Proverb. 21. 9.*

338 Mulier tantæ pertinaciæ eſt, ut mori malit, quàm à ſententia diſcedere, *Rota deciſ. 307. nu. 1. p. 16. recent.*

339 Mulieris natura eſt, in principio habere præſumptionem, & in fine verecundiam, *Joan. Aſtrenſ.*

340 Mulierem qui viderit ad concupiſcendum, mœchatus eſt eam in corde ſuo, *Matth. 5. 28.*
Urſaye Miſcellaneum.

341 Mulieres incedentes cum veſtibus depictis, & frequentantes ſolemnitates, præſumuntur meretrices, *Rub. de valid. legal. cap. 70. num. 4. & ſeqq.*

342 Mulieres nullæ pudicitiam magis prædicant, quàm quæ minùs habent, *Pignatell. conſult. 81. n. 13. tom. 7.*

343 Mulieres aliquæ locupletis domus cenſum auribus gerunt, *Senec. de Vit. beat. cap. 17.*

344 Mulieres ſunt de illis rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, *Dambouder. in Patrocin. Pupillor. c. 9. n. 97. fol.* 180. ubi ſubdit, quod proinde expedit illarum nuptias accelerare.

345 Mulieres incedentes nudato pectore, an peccent, vide *Dian. coordin. tom. 7. de ſcand. reſol. 11. per tot.*

346 Mulierum ornatus: Non ſatis muliebris inſania Viros ſibi ſubjecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis perpendiſſet, *Senec.* ſequutus *à Lancellott. nell' Oggidi diſing. 4. fol. 36.*

347 in Multiloquio non deerit peccatum, *Prover. 10. 19.*

348 Multiloquio anguſtiare Legentes, nedum incivile, ſed crudelitati proximum eſt, *Fattinell. reſponſ. 16. num. 9. tom. 1.*

349 Multitudo: Faciliùs beneficio capi ſingulos, quàm multitudinem, *Strad. de Bell. Belgic. anno 1559. lib. 1. fol. 38.*

350 Multitudo non prodeſt in illo judicio, in quo ſinguli judicantur, *S. Eucher. ad Valen.*

351 Multitudo: Speſſo ne Prencipi è opera di prudenza, e di zelo ciò, che la moltitudine ignara imputa a traſcuraggine, e fiacchezza, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 21. cap. 7. num. 7.*

352 Multitudo: Non minùs ardentur, qui cum multis ardentur, *cap. Exigit verb. Præterita de Cenſ. in 6.*

353 res Mundanæ: Serviunt illæ tibi, ut tu ſervias Deo, *Card. Bona in Manud. ad Cæl. c. 1. §. 3. circa med.*

354 Mundities corporis ſanitati & ingenio confert, *Cato.*

355 Mundus ſarebbe felice, ſe tutti gli Uomini aveſſero coſtume, e neceſſità, o di eſſere buoni, o almeno di apparire tali, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 5. c. 1. n. 5.*

356 Mundus diligitur, & amarus eſt ſi dulcis eſſet, qualiter amaretur? *S. Auguſt. ſerm. 11.* relatus *à Lancellott. nell' Oggid. tom. 1. in fin.*

357 Mundum ideò vult Dominus calamitoſum eſſe, ut non debeat diligi, ideò ſpinoſum, ut non debeat amplecti, & ideò ruinoſum, ut timeamus ei inniti, *Hug. de S. Victor. in Eccleſ. cap. 7.* ſequutus *à Lancellott. nell' Oggid. tom. 1. in fin.*

358 Munimentum inexpugnabile unum eſt, amor Civium, *Senec. de Clem. l. 1. c. 19.*

359 Munus rejiciendi genus eſt, protinus aliud invicem mittere, & munus munere expungere, *Senec. de Benef. lib. 4. cap. 139.*

360 Munera crede mihi placant Homineſque, Deoſque:
Placatur donis Juppiter ipſe datis, *Ovid.*

361 Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da, *Daniel. 5. 17.*

362 Muneribus dandis attendas quatuor iſta,
Quis dans, quiſve petens, quæ res, quæ cauſa petendi.

363 Munitum nihil adeò eſt, quod auro expugnari non poſſit, *Cic. Orat. 5. ad Verr.*

364 Murmurantibus de ſe ipſo Antiochus audiens dixit: *Longiùs diſcedite, ne vos Rex audiat, Senec. de Ira l. 3. cap. 22.*

365 Murmuratio: Inter verba vituperantium ſemper ad mentem recurrendum eſt, & ſi in ea non reperitur malum, quod de nobis narratur, in magnam debemus lætitiam proſilire, *S. Gregor. lib. 8. cap. 41. ad Pallad. Presbyter.*

366 Murmuratio: Un'ardita mordacità contro il Superiori, viene rimunerata da prima con breve applauſo di favorevoli ſogghigni dalla Corona; ma indi toſto vien flagellata dalla univerſale vituperazione, ed abbandonata a diſcrezione dell' oltraggiato, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 7. c. 4. in fin.*

367 Murus quando elevari poſſit, non obſtante præjudicio Vicini, & impedimento ventorum, vide *Rot. in Tiburtina Fabrica 3. Decemb. 1706. coram Lancett.*

368 Muſca, haud æquum eſſe ajebat perturbare animantes illos, quibus non utique ſupereſſet Paradiſus alius, quàm libertas, & poteſtas volitandi, & commorandi ubi malunt, *de Card. Bellar. Bayl. in ejus vita fol. 545.*

369 Muſica in luctu importuna narratio, *Eccl. 22. 6.*

370 Muſica: Non vox, ſed votum, non cordula muſica, ſed cor;
Non clamans, ſed amans, cantat in aure Dei.

371 Muſica qualis, & quomodo in Eccleſiis permittenda, vide *Rot. in Gerunden. Applicationis 14. Junii 1706. coram Molin.*

372 Muſici: Omnibus hoc vitium eſt Cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati,
Injuſſi nunquam deſiſtant, *Horat. l. 1. Satyr. 3.*

373 Muſici: Deum moribus ſimoleot, cùm vocibus Populum delectant, *S. Greg. lib. 4. Regiſtr. epiſt. 44.*

374 Mutatio: Super omnibus meliùs, atque rectiùs olim proviſum, & quæ convertuntur in deterius mutari, *Tacit. lib. 4. Annal.*

375 Mutatio: Nec putare debetis, ſi diverſa jubeamus, ex animi noſtri venire levitate, ſed pro qualitate, & neceſſitate temporum, ut Reipublicæ poſcit utilitas, ferre ſententiam, *Artaxerſes apud Eſther 16. 9.*

376 Mutationes. Vide Solium.
Mutuatarii: Donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam, & in tempore redditionis poſtulabit tempus, *Eccli. 29. 5.*

377 Mutuum ſimplex ſine uſura & pignore poſſunt licitè accipere Regulares, *Congr. Conc. in Romana 7. Maji 1633. lib. 14. Decret. fol. 733.*

378 Mutuum probatur ex libro privato favore ſcribentis concurrentibus conjecturis. Vide *in fine lit. L. §.*

ROMANA PECUNIARIA.

Suppreſſis nominibus.

ARGUMENTUM.

Libri Mercatorum, quorum Partitæ vel inter ſe non concordant, vel convincuntur alteratæ, & immutatæ, nihil probant, Enumerantur quinque conjecturæ præſumptæ ſolutionis. Privilegia, Mercatoribus fundacalibus ab Urbano VIII. conceſſa, & ab Alexandro VII. Mercatoribus Merciariis communicata, loquuntur, & procedunt reſpectu rerum, ad uſum indumentorum dumtaxat inſervientium, non autem comprehendunt merces, ad alios uſus deſtinatas, ut probatum fuit mediante ſequenti ſcriptura.

1 Occaſione impreſſionis ſuorum Librorum Principalis emit ſemper cartam, pro eiſdem neceſſariam (inter impreſſores denominatam *Mezzanella*) à Bartolo, & Cipriano Mercatoribus, moram facientibus propè Eccleſiam S. Euſtachii, quibus, juxta ejus ſolitum, ſemper, & ubique practicatum, & præciſè à tempore, quo moram facit in Urbe, punctualiter ſolvit pretium, vel in contanti, vel mediante Ordine, directo uni ex Depoſitariis Locorum Montium, à quibus commendabili punctualitate ſoluta fuit eiſdem Mercatoribus ſumma, in Ordinibus contenta, quæ reſpectu omnium præd. Librorum, ſpatio multorum annorum ab eo impreſſorum, tam in folio, quàm in quarto, excedit quantitatem ſc. 500. ejiſdem Mercatoribus Bartolo, & Cipriano ſemper punctualiter ſolutorum.

2 Credebat proinde ob d. punctualitatem in eis ſolvendo adeo inſignem pecuniarum ſummam pro d. carta non eſſe ſubjectum alicui moleſtiæ, prout de facto nullam aliam in præteritum expertus fuit ab aliis Mercatoribus & Artificibus, cum quibus contraxit, & quibus ſimili punctualitate ſemper perſolvit pretium rerum, ab ipſis emptarum.

3 Cæterum eventus, præter omnem expectationem, in præſenti caſu contrarium demonſtravit, eò quia circa initium menſis Auguſti 1721. acceſſit ad ejus domum unus ex Juvenibus dd. Mercatorum Bartoli, & Cipriani, petendo ab eodem aſſertum reſiduum anni 1715. in ſumma ſc. 24: 65. pro Riſmis 29. cartæ Mezzanellæ, ut prætenditur eidem conſignatæ die 3. Decembris ejuſdem anni 1715. juxta Notulam, in ejus manibus relictam, originaliter poſtea in Actis productam, & regiſtratam *in Sum.*

4 Non ſine admiratione audita d. contraria prætenſione, reſpondit ſtatim Principalis, id de facili poſſe eſſe æquivocum reſpectu alterius forſan debitoris, ad quem effectum p. loco miſit ad Apothecam dd. Mercatorum Joſephum Angelinum ejus famulum, qui ab eiſdem ſemper emerat cartam, illos rogando, ut dignarentur reminiſci, quod neque unicum folium cartæ ab eis unquam petierat, minùſque ullo unquam tempore habuerat *in credenza*: & quia id non fuit ſufficiens ad tollendum idem æquivocum, reducendo ad praxim ea, quæ leguntur *Matt. 21. 37.* acceſſit ipſemet Principalis ad eandem Apothecam, iterum & tertiò eoſdem rogando, ut dignarentur reminiſci, quod nunquam aliquid vel minimum ab eiſdem petierat, vel habuerat, cujus pretium incontinenti ab eo ſolutum non fuerit, vel frequentiſſimè mediante numerata pecunia, vel ratò mediis Ordinibus, ut ſupra, quæ omnia eis repetere fecit à Notario Cauſæ, præſente illorum Procuratore: neque auſi fuerunt, vel in ejus faciem, vel cum d. Notario Cauſæ id affirmare, aſſerentes tantummodo, quod dum tale reſiduum reperiebatur adnotatum in eorum Libris, ac ſi participarent de natura Evangeliorum, de facili eis debitum erat, circa quod dixerunt velle meliùs recordari.

5 Effectus hujus temporis, ad excitandam eorum reminiſcentiam aſſumpti, fuit judicialis Citatio, non ſine incivilitatis nota, paulò poſt executa, ad dicendum contra jura, cum ſubſequuta productione Computi, longè diverſi à primo, ut videre eſt in illo in Actis producto.

6 Fuerunt deinde nomine dd. Adverſariorum continuati alii judiciales actus pro deputatione Periti ad effectum recognoſcendi partitas, quibus ex parte Principalis nihil fuit oppoſitum, tam circa perſonam D. Gabrielis Blanchini, Periti ex adverſo nominati, quàm circa recognitionem partitarum, qui proinde Peritus, Parti adverſæ acceptiſſimus, tranſcribendo ſimpliciter aliquas partitas, modo ab Adverſariis inſinuato, & eiſdem benè viſo, proprio marte conſtituit Principalem debitorem, non in ſc. 2: 47. ex adverſo petitis, & contentis in primo Computo, minùſque in ſc. 2: 67. petitis in ſecundo Computo, ſed in ſc. 1: 65. juxta ejus Peritiam, ex adverſo dandam.

7 Quia verò Libri, ex quibus eædem partitæ fuerant deſumptæ, non concordabant, neque inter ſe, neque cum Peritia, neque cum Computis, ex adverſo replicatis vicibus, ut ſupra, ex proprio capite compoſitis, eique exhibitis, quod probè notum erat Principali per ocularem inſpectionem, eo tempore, quo acceſſit ad Apothecam Adverſariorum, rogavit eundem Peritum, ut vellet ſecum accedere ad confrontandam ſuam Peritiam cum Libris, cujus inſtantia fuit ab eodem Perito admiſſa, idque pro eadem confrontatione ſemper ante oculos de facili, & ſine incommodo habenda, & abſque ulla neceſſitate accedendi ad Apothecam Adverſariorum ad recognoſcendum dd. Libros: Fuerunt proinde illorum partitæ præſentibus Principali, & Adverſariis ad litteram tranſcriptæ, dictante, & approbante dicto Perito, ſeque in fine ſubſcribente, ut videre eſt in *Sum.*

8 Verum tamen eſt, quod idem Peritus eodem tempore recuſavit in hac parte annuere duplici inſtantiæ, per Principalem cum omni legali fundamento ei factæ.

9 Prima ſcilicet, ut dignaretur referre, quod d. prætenſum reſiduum debiti ſc. 2. 47. non fuerat reportatum in ſequentibus Libris *maſtri* annorum 1717. 1718. 1719. 1720. & currentis anni 1721. uſque ad totum Menſem Februarii, quodque per ſaltum, ut Muſici dicunt, di *quinta*, reportatum deinde fuerat in Libro *maſtro*, incœpto die prima Martii ejuſdem anni 1721. Quam inſtantiam non ſine magnis precibus admiſit reſpectu primæ partis, hoc eſt non reportationis in Libris dd. quinque annorum, immediatè ſequentium, ut videre in *d. Sum.* Quæ circumſtantia magnifit à Doctoribus ad probandum non eſſe debitam illam partitam, quæ non fuit reportata in Libris ſequentis anni, ex punctualiter animadverſis per *Rocc. ſelect. interpr. cap. 39. num. 29. & ſeqq.* Noluit autem admittere, licèt pluries exoratus, eandem inſtantiam circa ejus ſecundam partem, hoc eſt circa reportationem poſt dd. quinque annos in Libro *maſtro*, incœpto die 1. Martii 1721. in quo oculis corporeis recognita fuit, & ad omne mandatum Judicis recognoſci poteſt, dum in illo reportatum fuit idem aſſertum reſiduum, omiſſum in quinque antecedentibus annis, immediatè ſubſequentibus d. primam deſcriptionem.

10 Secunda inſtantia, eidem Perito facta, conſiſtebat in eo, quod referret etiam circa viſibiles deletiones, alterationes, & mutationes figurarum abacalium, quæ oculis corporeis apparent in dictis Libris, quam nullatenus admittere voluit, ſub illo frivolo prætextu, quod ipſe erat Peritus Mercator, non autem Peritus Scriptor, ac ſi Periti Mercatores ignorent figuras abacales, neque propriis ocu-

Digitized by Google

oculis cognoſcant illos defectus, illaſque alterationes, quæ ipſiſmet Lippis, & Tonſoribus notæ ſunt.

11 Fuit proinde die 10. Septemb. 1721. inſtitum coram Judice pro deputatione Periti Scriptoris ad effectum referendi circa dd. viſibiles caſſaturas, & alterationes partitarum, in omnibus Libris Adverſariorum oculariter apparentes: Licèt autem ſolitum decretum in his terminis eſſet illud, dandam eſſe Liſtam Confidentium, & Diffidentium, cùm Intimatione, juxta praxim ipſiſmet Notariorum Novitiis notoriam, propter quam nemo comparuit in audientia pro Principali: Ad inſtantiam nihilominus, & ad preces Procuratoris Adverſariorum ſequens extortum, & extenſum fuit decretum in d. Citatione: *Ex tunc Illuſtriſs. D. attenta præſumpta ſolutione ex factis circumſtantiis, Partes hinc inde abſolvit etiam ab expenſis.* Quod cum nullatenus concordet cum noſtris precibus, legaliter in d. Citatione contentis, videtur omninò abſolvendus Principalis, non ex colore præſumptæ ſolutionis, ſed ex eo quia Libri Adverſariorum nullam mereantur fidem, nullumque creditum ex illis contra Principalem reſultet.

12 Vitia enim, viſibiles defectus, & palpabiles caſſationes, & deletiones figurarum abacalium in Libris, de quibus agitur, evidentes ſunt, & ex omni parte innegabiles, & propterea nulla fides eiſdem Libris danda eſt, ex vulgatis, de quibus *Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. rubric. 4. lib. 1. n. 16. fol.* 141. *& Rot. deciſ. 282. n. 6. p. 16. rec.*

13 Eſt enim primo loco æquè viſibilis, ac palpabilis alteratio partitæ Libri, appellati *Giornale*, ſub die 3. Januarii 1716. fol. 4. ubi figura denotans numerum quinrum, mutata fuit in præjudicium Principalis in zerum: Ad quod recognoſcendum, manibuſque palpandum, ſat eſt oculos in fronte habere; eademque partita in Libris, appellatis *Straccia Foglio* C. fol. 5. & in alio denominato *Libro Maſtro* C. fol. 4. uniformiter deſcribitur pro figura abacali 5. quæ omnia ictu oculi apparent ex atteſtatione Periti, de qua *in Sum.*

14 Igitur non concordantia Librorum *Straccia Foglio*, *Giornale*, *e Libro Maſtro*, in hac parte eſt innegabilis, & conſequenter nulla fides eiſdem Libris, inter ſe ad unguem non concordantibus, præſtanda eſt, eo quia ad hoc ut Mercatorum Libri nullatenus probent contra tertium, ſat eſt, quod in una tantùm partita inter ſe non concordent, ſeu alterati ſint, benè *Anſald. de Mercat. diſcurſ. generali num. 140. Card. de Luca de Cred. diſc. 78. num. 15. & Rot. dec. 384. num. 4. par. 8. deciſ. 359. num. 4. & 11. par. 16. & dec. 359. num. 7. & 18. & dec. 405. num. 20. par. 19. recent.* & alibi paſſim.

15 In quibus terminis applicatur ulteriùs notum illud juris axioma, quod Liber falſus in uno, talis præſumitur in omnibus, de quo in noſtris punctualibus terminis Libri Mercatorum, *Cravett. de Antiq. tempor. par. 1. num. 15. Genu. de Script. privat. lib. 4. quæſt. 2. num. 58. fol. 237. & Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. num. 253. & num. 385.* Et generaliter notant adducti in *Inſtitut. Crimin. Urſaia lib. 2. c. 6. num. 16.* ubi inter alios Authores refert etiam, & ſequitur *Rot. Avenion. d. prim. num. 2.* quæ ad id comprobandum adducit verba illa Virgilii, *Crimine ab uno Diſce omnes.*

16 Quæ omnia vera ſunt, etiamſi alteratio partitæ, vel alicujus figuræ abacalis, conſiſtat in minimo, juxta nobilem animadverſionem *P. le Tellier ne la Defenſ. de nouveux. Chreſtiens par. 1. in Admon. ad Lector. fol.* 48. quæ referuntur in dictis *Inſtitut. Crimin. lib. 3. tit. 6. nu. 16.* & congruam adducit rationem *Cravett. conſ. 6. num. 27.* his verbis: *Deus permittit talem variationem, ut per illam veritas prodeat in lucem, quia veritati omnia conſonant, nec aliud eſt veritas, niſi ipſa rerum conſtantia, & firmitudo.*

17 Secunda alteratio, non minùs palpabilis, eſt illa inſignis diverſitas inter Librum *Maſtro* anni 1715. ſignato litt. B. fol. 278. ibi: *Avere di contro detto N. A dì 3. Decembre* 1715. *ſcudi venti due, e bajocchi dicidotto moneta*, quæ veram, realem, & innegabilem nomerationem monetæ important, ex adductis per *Rocc. ſelect. interpret. cap. 93. num. 7.* & firmatis per *Rot. dec. 84. num. 67. coram Anſald. & dec. 80. num. 1. & ſeqq. par. 8. rec.* Et inter Librum *Giornale* ejuſdem anni 1715. *fol.* 839. *litt. B.* ibi: *Dal ſudetto N. ſcudi venti due, e bajocchi diridotto moneta*, cioè *ſcudi* 20. 48. *in un Ordine de' frutti de' Luoghi de' Monti, da riſcuoterſi da de' Romanis, e ſcudi* 1. 70. *moneta per Riſme due Carta mezzanella del Fraſſo reſone.*

18 Ex quibus palpatur manibus, quod in Libro *Maſtro* adnotatur ſolutio in contanti pro ſc. 22. 18. ibi, *ſc.* 22. 18. *moneta* abſque ullo alio addito, in *Giornali* verò non ſine maxima confuſione, & correctione Libri *Maſtri*, adnotatur ſolutio in contanti pro ſc. 20. 48. & pro pretio duarum Riſmarum Cartæ adnotatur ſolutio in ſc. 1. 70.

19 Non enim eſt in arbitrio Mercatorum in uno ex tribus Libri *Straccia Foglio*, *Giornale*, *e Libro Maſtro*, ab eis retentis, addere aliquid, quod non concordet cum uno, vel altero ex prædictis Libris, ut in terminis egregiè obſervat *Bald. conſ. 348. nu. 5. lib.* 1. advertens proinde, attenta tali diverſitate, nullam fidem præſtandam eſſe dd. Libris, & *Baldum* ſequitur *Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. num. 289.* ibi: *Scriptura Mercatorum debent eſſe firma, & ſtabiles, &c. licèt modernis temporibus Mercatores committant enormia*; & concordant adducti *in dec. 535. num. 65. par. 14. recent.* & egregiè *Gen. de Script. privat. lib. 4. tit. de Lib. Mercat. num. 86. & ſeqq.* ibi: *De eis dicitur, Quod ſcripſi, ſcripſi*, quod notavit etiam *Bald. dict. conſ. 348. n.* 13. ibi: *Juxta illud vulgare dictum, Quod ſcripſi, ſcripſi.* Licèt enim idem dictum impiiſſimum habuerit Authorem, ab omnibus tamen honeſtis hominibus ad praxim reducendum ſemper eſt, ut notat *Cardin. de Albic. de Inconſt. in Judic. in præfat. num.* 18. Præcipuè inter Mercatores, quorum candor, & bona fides ex qualibet etiam levi alteratione, & ſuſpicione vacillant, & læduntur, ut experientia notum eſt, & obſervat *Rot. dec. 120. num. 6. coram Penting. & dec. 229. n. 11. par. 6. recent.*

Nec adducatur exemplum, in quo id practicatum fuit; communis enim diſtinctio, uno ore à Doctoribus in hac parte recepta, & à Tribunalibus canonizzata, hæc eſt: Aut ille, qui deſcriptus eſt in Libris Mercatorum, dat ſuum conſenſum, ut partita, uno modo deſcripta, mutetur in alium modum; & id fieri poteſt: Aut idem deſcriptus in Libris Mercatorum ignorat talem mutationem, & tunc nullo modo permiſſum eſt Mercatoribus alterare, & mutare partitas inter domeſticos parietes ad eorum libitum, & proprium commodum, ut videre eſt apud *Farinac. conſ. 18. num. 4. Menoch. conſ. 296. num. 12. Adden. ad Ludoviſ. dec. 366. lit. E. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſcurſ. 51. num. 5. & Rot. dec. 465. num. 9. coram Dunoz et. jun. & dec. 65. num. 11. coram Buratt.* ubi ad id intra evidentiæ fine rponendum allegat Mercatorum ſtylum, quem appellat notorium, *& dec. 424. num. 18. par. 19. recent.* ob quod id facere ſine conſenſu intereſſe habentis, maximum delictum involvit. In noſtro autem caſu talis immutatio non ſolùm facta fuit, inſcio Principali, & in ejus præjudicium, ea ſupra animadverſi; ſed ad illam cognoſcendam unicè neceſſaria fuit nota ſolertia ejuſdem, fortiter, & ſuaviter, ſummaque civilitate, & æquali modeſtia obligantis Peritum ad confrontandas partitas Librorum Adverſariorum in ejus præſentia.

20 Tertia alteratio, ſeu ocularis falſitas conſiſtit in duobus Computis, ex eiſdem Libris ab Adverſariis tranſcriptis, cum evidenti tamen mutatione unius figuræ abacalis in alia.

21 In primo enim in manibus Principalis relicto, adnotatur ſomma ſc. 24: 65. pro Riſmis 29. Cartæ mezzanellæ, in eoque adnotatur reſiduum debiti in ſc. 8: 47.

22 In ſecundo verò, dato *in Sum.* pro pretio dd. Riſmarum 29. Cartæ mezzanellæ adnotatur ſumma ſc. 25: 65. cum viſibili, & innegabili alteratione figuræ abacalis 4. in 5. reſpectu figurarum denotantium ſcuta, & cum reſiduo crediti in ſc. 8: 67. Quæ omnia, non ſolùm inter ſe ſunt incomparibilia, ut conſideranti patet, ſed alteratio, ſeu mutatio figuræ abacalis 4. in 5. eſt adeo litteralis, adeoque palpabilis, ut eodem tempore bilem, & riſum moveat, juxta phraſim *Card. de Luc. in Addition. ad diſc. 64. de Juriſd. ſub num.* 52.

23 Quarta alteratio, ſeu falſitas conſiſtit in eo, quod in ſecundo Computo, exadv. exhibito, adnotatur ſolutio obulorum octuaginta, uti à Principali ſolutorum in diminutionem aſſerti reſidui; quæ ſumma nullatenus adnotata fuit in primo Computo, ante Librorum recognitionem, Principali tranſmiſſo, pro exigenda ab eodem integraliter ſumma, in illo contenta, ut videre eſt in illius originali, in Actis producto, & in illius copia data *in Sum.*

24 Si enim, juxta ſenſum Adverſariorum, Principalis ſolverat eis dd. obulos octoginta, neſcimus videre, quare illi adnotati non fuerint in Computo, ab eiſdem Adverſariis eidem Principali ut ſupra tradito, pro habenda illius integrali ſolutione?

25 Diximus, *juxta ſenſum Adverſariorum*, quia pura veritas in hac parte illa eſt, quod iidem Adverſarii die 3. Decembris 1715. non Riſmas 29. Cartæ mezzanellæ, ſed ſolas Riſmas 24. ejuſdem Cartæ Principali vendiderunt pro pretio dd. ſc. 20:48. quod pretium Cartæ ad rationem obulorum 85. pro qualibet Riſma, ad unguem concordat cum ſumma, contenta in Ordine, directo D. de Romanis, ut Calculanti manifeſtum eſt, eandemque conſonantiam ſummæ magnifecit *Rot. deciſ.* 185. *num.* 2. *coram Priol.* Quam veritatem ad hominem mirabiliter comprobant duo Libri, memoriæ cauſa a Principali retenti, ab annis 40. & ultra incæpti, proprioque caractere ab eodem dietim conſcripti, & fidelibus oculis meis originaliter ſubjiciendi, in quorum primo hæc habentur *A di 2. Decembre* 1715. *per Riſme* 24. *di Carta ſc.* 20:40. In ſecundo verò ſub d. die hæc pariter leguntur *Al Sig. Bartoli l'Ordine*, hoc eſt di ſc. 20:40. directo D. de Romanis.

26 Cum enim in Banco ejuſdem pro bimeſtri Novembris, & Decembris 1715. pro quo idem Ordo factus fuit, adeſſent in creditum Principalis ſc. 25:13. ut manifeſtum eſt ex Librorum recognitione, eadem facilitate potuiſſet, imò debuiſſet fieri Ordo pro tota prætenſa ſumma ſc. 24:65. quatenus revera debita fuiſſet, ut de ſe patet.

59 Opinioni ſuæ aliquid tractandum relinquens poſt tot Sacerdotum ſententias, verè impius, atque ſacrilegus eſt, *leg. 4. Cod. de Summ. Trinit.*

60 Opinione ſæpiùs quàm re laboramus, *Senec. Epiſt. 13. ad Lucill.*

61 Opprimere: Nimis abſurdum eſt, ut à quo celeritas exigitur, magnis ponderibus opprimatur, *Caſſiod. Var. l. 5. epiſt. 5.*

62 Optimus: Niuna coſa è sì univerſalmente riprovata, come peſſima, che a qualche intelletto non paja ottima, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 21. c. 4. n. 3.*

63 Opus quando excuſari non poteſt, excuſanda eſt intentio, *S. Bern. ſuper Cantic. ſerm. 4. ante finem.*

64 Oratio appellatur clavis Cœli, *in Conſtit. 17. Clem. VIII. in princ.* ubi quod cùm aſcendit oratio, deſcendit Dei miſeratio.

65 Oratio 40. horarum à Pio IV. priùs inſtituta fuit; à Clemente autem VIII. injunctum, ut illa per gyrum practicaretur in omnibus Urbis Eccleſiis, ut hodie practicatur, *Caſtald. de Carem. l. 2. ſect. 2. cap. 7. num. 1. fol. 178.* Circa obſervanda in illa Eccleſia, in qua fit, vide *Bullar. Clem. XI. fol. 313.* Inſtituta fuit à dicto Clem. VIII. *die 25. Novemb. 1592. mediante ejus Conſtit. 17. in Bullar.* Indulgentiam plenariam peccatorum omnium conceſſit *in §. 4.* in Eccleſia, ubi reperitur, unam ſaltem horam in oratione perſeverantibus idem Summus Pontifex; quam tamen Paulus V. mediante Breve conceſſo die 10. Maji 1606. lucrari poſtea mandavit in illa orantes, *per quel tempo, che li riuſcirà commodo.* Inſtructiones circa illius Expoſitiones, vide *in Bullar. Clement. fol. 313.*

66 Oratio: Ante Deum ſtantes, ne ſitis corde vagantes.

67 Oratio: Quid prodeſt ſtrepitus labiorum, ſi mutum eſt cor? *D. Auguſtin.*

68 Oratione evelluntur omnia vitia, & plantantur omnes virtutes, *D. Bonav. Phare. l. 2. c. 45.*

69 Oratorium publicum debet habere portam continuò apertam, correſpondentem in publicum, *Congr. Epiſc. 22. Septembris 1719. apud Baptiſtell. in Synod. Fulginaten. in Append. fol. 209.*

70 Oratorium ad hoc ut dicatur publicum, quid requiratur, vide reſolutionem *Congr. Conc. in Piſauren. Oratorii 22. Febr. 1710.* necnon reſol. *Cong. Epiſc. & Reg. in Reatina 2. Julii 1706. Ponente Card. Rubino,* de quibus *in tom. 1. p. 2. diſcept. 23.* & reſolutionem *ejus Congr. Concilii in Savonen. anni 1724. 28. Julii, & 9. Septemb.*

71 Oratorium quando dicatur, vel Eccleſia publica, *Cong. Conc. in Savonen. 28. Julii, & 9. Sept. 1724.*

72 In Oratorio privato, in quo ex juſta cauſa ab Apoſtolica Sede conceditur facultas celebrandi Miſſam, in die Nativitatis Domini tres Miſſæ, non autem una dumtaxat ab eodem Sacerdote celebrari poſſunt, *Congreg. Conc. in Dubio Oratorii privati 20. Jan. 1725.*

73 Ordinari cum quibus Dimiſſoriis debeat natus per accidens in aliquo loco, *Cong. Conc. in Surrentina Ordinationis 21. Maji 1718.* de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 20.*

74 Ordo pro exigendis fructibus locorum Montium, vide Verba.

75 Ordo giratus inter Mercatores, intra hebdomadam exigi debet, & tunc non dicitur negligens Giratarius, egregiè *Rot.* teſtans de praxi Urbis *in Romana Pecuniaria 1714. §. Hanc legalem coram Criſpo.*

76 Ordo per altrettanti quid importet in exigendis fructibus locorum Montium, *Rot. in Romana Pecuniaria 1. Decembris 1698. §. Neque coram Scott.* ubi ſequitur *deciſ. in Romana Mercedis 12. Decemb. 1660. coram Cerr.* quæ non reperitur inter ejus impreſſas.

77 Ordo acceptatus habetur pro pecunia numerata, *Emerix jun. dec. 463. n. 4.*

78 In Ordinum falſorum ſolutione nihil operatur bona fides Miniſtrorum ſolventium, *Rot. dec. 1321. in fin. coram Emer. jun.*

79 Ordo antepoſitionis, ſeu antenominationis, prælationem importat, *Rot. in Mediolanen. Præminentiarum 2. Decembris 1705. §. Accedebat coram Anſald.*

80 Ordines minores quando conferri poſſint ſubditis à Superioribus Regularibus, *Cong. Conc. in in Uratiſlavien. 12. Februarii 1724.*

81 Ordines quando poſſit quis ſuſcipere, tanquam ſubditus, vigore Bullæ Innocentii XII. quæ incipit, Speculatores, *Congr. Conc. in Elboren. Dubiorum 23. Auguſti 1721.*

82 Ordinibus Sacris initiari non poteſt ille, qui bonis ceſſit, *Cong. Conc. in Atrien. 23. Junii 1725.*

83 Originale: Ridicula ſimul, & injuſta res eſt, originale intactum relinqui, & exemplar deleri, *Dian. coordin. tom. 9. tract. 2. de Immunit. reſol. 82. in princ.*

84 Originalia informationum antiquis etiam temporibus ſolvebantur, *Rot. dec. ult. ſeu 744. n. 13. in princ. & verſ. Pro ſubſtituto, & verſ. Pro originalibus par. 4. tom. 3. recent. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 64. num. 5. tom. 1. part. 1. diſcept. 18.*

85 Originalium folia moderanda ſunt, & vitanda prolixitas in ſcribendo, *Farinell. reſponſ. 56. tom. 1. circa quem Authorem,* vide ea, quæ ad rem obſervavi in *tom. 1. par. 1. diſcept. 110. à num. 37.*

86 Oriundus non poteſt eſſe Vicarius Generalis Epiſcopi, licèt id demandetur in Synodo, *Congr. Conc. in Tarraconen. 6. Martii 1638.* de qua *in lib. 15. Decret. fol. 680. ad 1. dubium.*

87 Ornatus: Neglecta decoris cura, plus placet, & hoc ipſam,

ipſam, quod non ornamus, ornatum eſt, *S. Auguſt. lib. 18. de Virg.*

88 Ornatus: Video uniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos, jam exercitatæ aures oneri ferendo ſunt, junguntur inter ſe, & inſuper aliis bina ſuperponuntur. Non ſatis muliebris inſania Viros ſubjecerat, niſi bina, ac terna patrimonia auribus ſingulis perpendiſſet, *Senec.* relatus *a Lancellott. nell' Oggidì diſingan.4. fol.36.*

89 Orta omnia occidunt, auctaque ſeneſcunt, *Saluſt.*

90 Os eſt animi veſtibulum, orationis janua, & cogitationis comitium, *Apulejus.*

91 l'Oſſo tenetur quis recipere con la Carne, *Romana ſeu Camerinen. 28. Junii 1706. §. Nihilominus coram Anſald.*

92 Oſſa: Venditio jurium pro ſarcina oſſium aridorum, vulgò *per un ſacco d'oſſa*, fieri ſolet pro tenui, & modiciſſimo pretio, *Romana Ceſſionis 3. Decembris 1706. §. Tum demum, & §. Multoque coram Molines.*

93 Oſtendens I preggi dell' ingegno fuori di tempo, è più toſto notato come vano, che ammirato come dotto, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.14. c.14. n.6.*

94 Otioſa nec etiam in ſuis infirmitatibus erat S. Clara, ut legitur *in lect. ejus offic.*

95 Otioſitas multam malitiam docuit, *Eccl.33.29.*

96 Otium: Ut me ad alia munera non otioſum inveniret, ſed faceret, *Anonimus.*

97 Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.

98 Ovis illa difficiliùs errat, quæ voces deſiderat audire Paſtoria, *Caſſiod. var. lib.11. epiſt. 2. poſt med.*

D E C R E T U M.

Officia Beatiſſimæ Virginis Mariæ in toto Statu Eccleſiaſtico ex obligatione celebranda de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIII. ſequenti Decreto enumerantur.

SAnctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIII. benignè indulſit, atque conceſſit, ut in toto Eccleſiaſtico Statu ab omnibus utriuſque ſexus tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, ſequentia Officia B. Mariæ Virginis in ejus reſpectivè feſtivitatibus recitari, & Miſſæ celebrari debeant. Videlicet: 1. Die 23. Januarii Deſponſationis B. M. V. cum Sancto Joſeph: 2. Feria ſexta poſt Dominicam Paſſionis de Septem Doloribus B. V. 3. Die 16. Julii B. M. V. de Monte Carmelo: 4. Dominica ſecunda Novembris Patrocinii B. M. V. 5. Die 10. Decembris Translationis Sacræ Domus Lauretanæ: 6. Et die 18. Decembris Expectationis Partus B. V. Et ita decrevit, ac ſervari mandavit. Die 23. Auguſti 1725.

F. Card. Paulutius Præfectus.

Loco ✠ ſigilli.

Nicolaus Maria Tedeſchi Archiepiſcopus Apamenus S. Rit. Congreg. Secr.

P A

1 Pacificatio: E' ſempre pronto a pacificarſi chi è rimaſto al di ſopra, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.17. c.8. num.11.*

2 Pacificum nihil in jure reperitur ex facultatis legalis infortunio, *Anſald. deciſ.63. n. 1. Inſtit. crimin. l.3. tit.5. num.185.*

3 Pacti exemplum inſerendum eſt, ut congruum reſponſum accipi poſſit, *leg. Ut reſponſum 15. Cod. de Tranſact.*

4 Pacta: I più vantaggioſi patti ſi ottengono da chi promette quel che non ha, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.13. cap.14. n.4.*

5 Pactiones inter Electores, & Electum ad Cappellaniam vacantem, non ſuſtinentur, *Cong. Conc. in Jannen. Pactionum 16. Januarii 1723.*

6 Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur, *Exod.5.6.*

7 Panis ſit fermentatus, benè coctus, & oculatus:
Quem ſi ſumpſeris calidum, ægrum te puta, & pallidum, *Schol. Salernit.*

8 Panem & aquam natura deſiderat, nemo ad hæc pauper eſt, *Senec. epiſt. lib.3. epiſt.25.*
Urſaye Miſcellaneum.

9 Papa dicitur ſuprema Mundi poteſtas, cunctis opem ferens adverſus gravamina, & oppreſſiones, *Emer. jun. dec. 890. num.4.*

10 Papa poteſt à finibus terræ ſublimes quaſcumque perſonas evocare, & cogere ad ſuam præſentiam, non ſemel, aut bis, ſed quoties expedire videbit, *S. Bern. epiſt. 131.*

11 Papæ authoritas maxima & neceſſaria appellatur *a Card. de Luca de Benef. diſc. 89. ſub num.2. Rot. in Mindonien. 1. Martii 1706. §. Verum coram Anſald.*

12 Papæ inſervientes ita ordinati eſſe debent, & ita informati, quatenùs totius honeſtatis, & ordinis ſpeculum ſint, & forma, *S. Bernard. de Conſider. ad Eugen. l.4. c.1.*

13 Papæ poteſtas tantæ eſt efficaciæ, ut circa ea, quæ ſunt de Jure poſitivo revocare poſſit antecedenter conceſſa ex tunc, *Gloſſ. in Clem. 1. verb. Pro infectis de Immun. Eccleſ.* quam ſequuntur adducti *in deciſ. 114. n. 3. coram Ubaldo.*

14 Papæ authoritas: Reſtituit Papa, ſolus deponit & ipſe
Dividit, acunit, eximit, atque probat.
Articulos ſolvit, Synodumque facit generale,
Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipſo, *Gloſſ. in cap. Sicut unire 8. Verb. Pertinere de Exceſſib. Prælator.*

15 Papyrus: Si reſecas caput, arbor ero, ſi reddis ablatum,
Mille queo nigras candida ferre notas;
Deme caput, dulces vairo producere fructus:
Redde caput, quanquam nil ſcio, condo Libros;
Si caudam ſpectes, cauda nil pulchrius æſtas
Humanis oculis propoſuiſſe poteſt.
Junge caput, caudamque ſimul, mox Inſula fiam,
Inſula candenti marmore nota ſatis.
Sic ergo poſſum, variè mutata, videri
Inſula, Rus, Arbor, candida, nigra, Liber.
Papyrus, Pyrus, Rus, Parus, ſive Paros, Inſula in Arcipelago.

16 Paraſitus: Scevola, tu cænas apud omnes, nullus apud te:
Alterius ſiccas pocula, nemo tua.
Aut tu redde vices, aut deſine velle vocari,
Dedecus eſt ſemper ſumere, nilque dare, *Martial.* ſequutus *à Gloſſ. in cap. 1. verb. Prudentes de Donat.*

17 Parentes non amare impietas eſt, non agnoſcere inſania, *Senec. de Benef. l.3. c.1.*

18 Parentum amor erga Filios maximus, & à nullo amore vincitur, *leg. final. Cod. de Curator. Furioſ. Rot. deciſ. 133. n.7. p. 18. rec. & in Romana Filiationis 1. Maji 1719. §. Deficit coram Card. Falconer.*

19 Parentum major affectio adeſſe ſolet in ultimo nato, rationibus adductis *à Rot. in Fanen. Succeſſionis 20. Novemb. 1705. §. Reliqua coram Anſaldo.*

20 Pares cum paribus facillimè congregantur.

21 Parochialis Eccleſia. Vide Penſio.
Parochialitas quando dicatur acquiſita in aliquo loco, vide *tom.2. par.1. diſcept.10.*

22 Parochialitatis ſuppreſſio, & curæ translatio ſuſtinetur quando ex juſta cauſa, & cum Superioris permiſſione facta fuit, *Congr. Conc. in Caſenaten. 31. Julii 1723.*

23 Parochianus ex juſta cauſa eximi poteſt pro determinato tempore à juriſdictione ſui Parochi, *Romana 5. Aprilis 1699.* de qua *in tom.3. par.1. diſcept. 9. à n.89.*

24 Parochiani non ſunt neceſſariò vocandi in unione Parochialium, *Congreg. Conc. in Fulginaten. 30. Januarii 1723.*

25 Parochiæ diſmembrationi locus eſt, quando conſtat de magno incommodo Parochianorum in recipiendis Sacramentis, *Congr. Conc. in Lunen. Sarzanen. Diſmembrationis 12. Julii 1712.* de qua *in tom.1. par.1. diſcept.14.*

26 Parochiæ translationi quando locus ſit, *Cong. Conc. in Jannen. 29. Januarii 1724.*

27 Parochus impedire non poteſt Religioſis Proceſſionem infra octavam Corporis Chriſti, *Congr. Epiſcoporum Ponente Cardinali Corſino in Faventina 15. Januarii 1723.* de qua *in tom.5. par.2. diſcept.8.*

28 Parochus, Vicarius, & Rector ſunt ſynonyma, *Rot. dec.817. num.11. par.17. recent.*

29 Parochus: Mirum ſi poſſit ſalvari aliquis Rectorum, *S. Joannes Chryſoſtom.* ſequutus *à Criſpin. nella viſit. Paſtoral. par.1. §.3. num.9.*

30 Parochus debet eſſe contentus illis prærogativis, quas habuerunt ſui Anteceſſores, *Rot. in Pampilonen. Manut. 10. Maji 1706. in fin. coram Caffarell.*

31 Parochus, Confratribus invitis, nequit parochiales functiones facere in Oratoriis Sæcularium, etiam ſi iſta

Digitized by Google

dependeant à Parochiali, & multò minùs clavem Oratorii duplicatam retinere, *Cong. Conc. in Comen. 9. Junii 1714. ad 2. & 3. dub.*

32 Parochi faciles ſunt ad exarandas fides, *Seta de offic. Locumten. fol. 166. num. 21. & Card. de Luc. de Cred. diſc. 153. in fin. & tom. 4. par. 1. diſcept. 10. n. 32.*

33 Parocho quando liceat ingredi Eccleſiam Regularium cum Stola, & Cruce elevata, *Cong. Epiſc. in Parmen. Funerum 21. Martii 1720. Ponente Card. de Comitibus*, poſteà *Innocentio XIII.* de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept. 6.*

34 Parocho miniſtranti Viaticum, etiam prætextu valetudinis, neque de nocte, neque de die permitti debet pileolus, *Monacell. in form. tom. 4. fol. 32. num. 10.* ubi refert, ita deciſum à Cong. Rit. anno 1695. contra Parochum Eccleſiæ SS. Laurentii, & Damaſi.

35 Parochum doloſè cogentes ad aſſiſtendum matrimoniis, excommunicantur ipſo facto *in ſeptima Synodo Provinc. Mediolanen. & in 10. Synod. Diœceſ. Benevent. tit. 12. c. 1. & 2.* de qua *in Synodic. par. 1. fol. 194.*

36 Parochi tenentur habitare in ædibus Parochialibus, quod ſi illæ non exiſtant, debent conducere aliam propinquiorem intra limites Parochiæ, *Congr. Conc. in Fulginaten. 19. Novembris 1718. & 13. Januarii 1720.* in cujus caſu nulla habita fuit ratio contrariæ obſervantiæ per annos 43. necnon ætatis Parochi, qui erat annorum 70.

37 Parochi amovibiles, pro tempore, quo non amoventur, gaudent prærogativis perpetuorum Parochorum, *Cong. Conc. in Comen. 7. Februarii 1705.* de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept. 18.*

38 Parochi non poſſunt ingredi Eccleſias Regularium cum Stola, & Cruce elevata, *Cong. Epiſcoporum in Brictinorien. 16. Martii 1717.* de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept. 8.*

39 Parochi quando teneantur applicare pro populo Miſſam diebus feſtis, etiamſi tenues habeant redditus, *Cong. Conc. in Oſtien. 29. Januarii 1724.*

40 Parochi non poſſunt ingredi Eccleſias Regularium cum Stola, & Cruce elevata, *Congr. Conc. in Spoletana Funerum 19. Julii 1710.* de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 11.*

41 Parochorum funeribus in Urbe aſſiſtere debent omnes alii Parochi, ſive Sæculares, ſive Regulares ſint, & pro illorum animabus Miſſam celebrare tenentur ex Edicto Card. Vicarii, impreſſo in fine hujus *Littera P.* §.

42 Parochis renuentibus aſſociare cadavera ad Eccleſias Regularium cum numero Sacerdotum beneviſo hæredibus, quid faciendum, vide *tom. 1. par. 2. diſcept. 15.*

43 Parochis in aſſociatione cadaverum ad Eccleſias Regularium non eſt permiſſum illas ingredi cum Stola, & Cruce elevata, *Cong. Conc. in Landen. Funerum 2. Maji 1711.* de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept. 14.*

44 Parum: Pauper eſt, non qui parum habet, ſed qui plura cupit, *Senec. de Paupert.*

45 Paſchali præcepto ſatisfit per Communionem quacumque die hebdomadæ ſanctæ ſuſceptam, *Eugen. IV. Conſt. 10. in Bullar. nov. tom. 1.*

46 Parochialis Eccleſiæ reaptatio cujus expenſis procuranda ſit, *Congr. Conc. in Nullius, ſeu Farfen. 8. Februarii 1721.*

47 Parſimonia: Tanquam jam moriturus parcis utere rebus,
Tanquam victurus, denuò parce tuis.

48 Parſimonia Medicis connaturalis eſt, *Card. de Luca de Dote diſc. 173. in princ.*

49 Partus quando dicatur legitimus, vide *Rot. in Monaſterien. Legitimationis Partus 12. Martii 1708. coram Lancett.*

50 Parvitas: Res parva non vos ducat ad extrema diſcrimina, *Caſſiod. var. lib. 3. epiſt. 24. circa fin.*

51 Parvitas: Ogni coſa, quantunque maſſima, s'impiccioliſce nella ſtima, quando ſi rappreſenta per breve; ſi come per contrario etiamdio le mediocri ingrandiſcono, quando appajuno perpetue, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 13. cap. 2. num. 13.*

52 Parum melius eſt cum timore Domini, quàm theſauri magni, & inſatiabiles, *Prover. 15. 16.*

Parvum: Adde parum parvo, parvo ſuperadde puſillum,
Fiet & hoc magnum, infelix pelletur ægeſtas.

53 Paſcere paucos ventres, & nihil aliud deſiderantes, quàm impleri, facile eſt, *Senec. epiſt. lib. 2. epiſt. 17.*

54 Paſtor: Si non vis ſervare Gregem ex ore Luporum,
Te tamen in Pecudes non decet eſſe Lupum.

55 Paſtor, arator, eques, pavi, colui, ſuperavi,
Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu.

56 Pater reclamantibus filiis etiam minoribus, Uxore mortua, poteſt Profeſſionem in aliqua Religione emittere, *Cong. Conc. in Caſalen. educationis Filiorum 26. Auguſti, & 16. Decembris 1719.* de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 15.*

57 Pater quàm fuerit prolis educandæ gnarus, dignitates filiorum teſtantur, *Capher. in Synthem. Vetuſtat. ad diem 6. Julii*, loquens *de Sylveſt. Aldobrandino Patre Clementis VIII.*

58 Pater familias ubi largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax, *Can. Allegant. 26. quaſt. 7.*

59 Patris conſenſus, licèt non neceſſarius in matrimonio filii, ſi tamen ille conditionaliter apponatur, eo non obtento matrimonium eſt nullum, quia eſt conditio nullatenùs adverſativa ſubſtantiæ matrimonii, *Cerr. dec. 761. num. 5. & ſeqq.*

60 Patrem certitudinaliter quis nemo oſtendere poteſt, *Rot. in Romana Filiationis 5. Maji 1719. in princ. cor. Card. Falconerio*, ubi ſequitur illud *Homer.*

Ex illo genitum mater me dicit, & ipſe
Neſcio, nam certum quis poſſit ferre Parentem?

61 Paternitatis titulus ex gratia concedi ſolet illis Provincialibus, qui ex juſta cauſa non potuerunt terminare eorum Provincialatum, *Congr. Epiſcoporum in Provincia S. Bernardini 4. Decembris 1711.* de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept. 6.*

62 Paternum affectum nullus amor vincit, *leg. Cum furioſus, Cod. de Curator. Furioſ. & Rot. dec. 133. n. 7. par. 18. rec.*

63 Pati: Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum eſt,
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

64 Pati: Tibi imputa quidquid pateris ab eo, qui ſine te poteſt facere nihil, *S. Bern. de Conſid. ad Eugen. l. 4. c. 5.*

65 Pati: Non meriti pœnam patitur, ſed Numinis iram,
Eſt aliquid magnis crimen abeſſe malis.

66 Patientia: Quando præſtitimus quod debuimus, moderatè quod evenit, feramus, *Cic. For. fam. ſec.*

67 Patientia ſæpiùs læſa fit furor.

68 Patientia nihil profici videtur, niſi ut graviora, tanquam facilè tolerantibus imperentur, *Tacit. in Vit. Agricol.*

69 Patientia: O vita pauperis Deus, plue mihi mitigationes in cor, ut patienter talea feram, *S. Auguſt. lib. 12. Confeſs. c. 25.*

70 Patres Reformati ſunt capaces Legatorum, relictorum ad arbitrium Hæredis, *Cong. Fabr. in Imolen. 16. Martii, & 20. Julii 1707.* de qua *in tom. 1. part. 2. diſcept. 31.*

71 Patria: Dulce eſt pro Patria vitam diffundere, verùm
Vivere pro Patria dulcius eſſe puto.

72 Patria eſt, ubicumque bonum eſt, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt oper. Senec.*

73 Patria: Illa mihi Patria eſt, ubi paſcor, non ubi naſcor,
Illa ubi ſum notus, non ubi natus eram.

74 Patria: Quiſque ſolum natale cupit, ſed nemo Propheta
Civibus acceptus cernitur in Patria.

75 Patria eſt ubicumque benè eſt, *Senec. de Remed. fortuit.*

76 Patriarchalis dignitas conferri ſolet gratia honoris, & tanquam præmium benemeritis Prælatis; ſed parum grata eſſe ſolet, experientia teſte, & id obſervante *Card. de Luc. de Benef. diſc. 118. ſub n. 5.*

77 Patrimonium ſacrum in quibus rebus poſſit conſtitui, *Dubium Patrimonii ſacri anno 1723.* de quo *in tom. 5. p. 1. diſcept. 8.* ubi quod conſtitui in cenſibus, & in officiis vacabilibus.

78 Patrimonii bona, aſſignata cum conditione, uſquequò obtineatur Beneficium Eccleſiaſticum, iſto obtento redeunt ad primævum ſtatum, *Cong. Conc. in Senogallien. 20. Junii 1705. ad 4. dub.*

79 de Patrimonio ſacro tenetur Epiſcopus providere Sacerdoti, ſi illud, ei aſſignatum, ſine propria culpa pereat, *Gloſſ. in cap. Tuis quæſtionibus de Preben. & Fagnan. in cap. cum ſecundum n. 44. eod. titulo.*

80 Patrimonia illa magis noſtra ſunt, quæ à ſubjectis legitimè poſſidentur, *Caſſiod. var. l. 5. epiſt. 24. in fin.*

81 Patronus Cappellæ, poſitæ in aliqua Eccleſia, an poſſit injungere in illa recitationem aliquarum Precum, invito Rectore, & Canonicis, *Congr. Conc. in Jannen. pii operis 16. Novembris 1715.* de qua *in tom. 3. p. 2. diſcept. 13. per tot.*

82 Patronus tenetur decentiùs ornare Cappellam, ſi Eccleſia, aliæque Cappellæ ad meliorem ſtatum reductæ ſint, ut ſervetur ordo ſimetriæ in eadem Eccleſia, *Card. de Luc. de Jure patr. diſc. 84.*

83 Patronus dotans Beneficium, cum obligatione redimendi Bona aſſignata pro Dote, an liberetur mediante depoſito pecuniario ſummæ correſpoodentis eidem Doti, *Rot. deciſ. 62. p. 11. recent.*

84 Pauca multa faciunt unum ſatis.

85 Pauci: Non decet paucos ſuſcipere, quod conſtat pluribus expedire, *Caſſiod. Var. l. 5. epiſt. 9. in princ.*

86 Pauper: Si ad neceſſitatem vixeris, nunquam eris pauper; ſi ad opiniooem, nunquam dives, *Senec.*

87 Pauper: Qui ad vos viribus deſtitutus, privatuſque fortunis venerat, ſubito pecuniæ ubertate compleſtur, *Caſſiod. Var. l. 5. epiſt. 43. poſt princ.*

88 Pauper: Sum pauper, ooo culpa mea eſt, ſed culpa Pareorum,
Qui me Fratre meo ooo geouere priùs, *Ouven. de ſecundo genito.*

89 Pauper eſt, non qui parum habet, ſed qui plus cupit, *Senec. l. 1. epiſt. 2.*

90 Pauper: Cur tu abundas, ille verò mendicat, niſi ut tu bonæ diſpenſationis præmia conſequaris, ille verò patientiæ braviis decoretur?

91 Pauper io orbe parum, mendicus nil habet uſquam;
Dives habet nimium, quis, niſi nemo, ſatis?

92 Pauper non eſt is, cui rerum ſuppetit uſus.

93 Pauper ubique jacet
In thalamis Regina tuis hac nocte manerem,
Si foret hoc verum, Pauper ubique jacet.

94 Pauper tam nemo vivit, quàm natus eſt, *Senec. de Provid. in fin.*

95 Pauper: Di ogni dieci poveri, a fatica ſi troveranno, la di cui povertà non ſia proceduta, o da colpa di lui, o delli antenati, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. l. 9. c. 9. num. 6.*

96 Pauperes odio ſuarum rerum omnia mutari ſtudent, *Tacit.*

97 Pauperes: Quotidie tam multi petunt, tam multi gemiunt, tam multi inopes nos interpellant, ut plures triſtes relinquamus, quia quod dare omnibus poſſimus, non habemus, *can. Nolo 12. quaſt. 1.*

98 Pauperes aliqui eo pacto eſſe volunt, ut nihil èis deſit, & ſic diligunt paupertatem, ut nullam inopiam patiantur, *S. Bern. ſerm. 4. de Advent.* ſequutus *à Card. Petre. tom. 4. fol. 170. n. 29.*

99 Pauperes: *Multos ſæpè viros nullis majoribus ortos,*

100 *Et vixiſſe probos, & magnis honoribus auctos.*

101 Pauperes virtuoſi contemnuntur, divites verò honorantur, *Fagnan. in Cap. Epiſcopalia num. 32. de Privil.* ubi ſequendo *Joannem Andream* refert id, quod evenit cuidam Theologo, qui humiliter indutus, cùm malè fuiſſet in quodam Monaſterio receptus, rediens deinde cum pretioſa Cappa, & ob id honorificè tractatus, multas gratias in Capitulo egit ejus Cappæ.

102 Pauperibus Curia clauſa eſt, dat cenſus honores:
Inde gravis Judex, inde ſecutus Eques, *Ovid. l. 3. eleg. 8.*

103 Paupertas infelix nihil durius habet in ſe, quàm quod ridiculos homines facit, *Juvenal.* ſequutus *à Rota in Melevit. 29. Jan. 1706. §. Injuſtitia coram Caſſarello.*

104 Paupertas ad hoc unum amanda eſt, quod à quibus ameris, oſtendat, *Senec. de Paupert.*

105 Paupertas, & divitiæ non faciunt aliquem nobilem, vel ignobilem, *Rot. in Melevitana 29. Jan. 1706. §. Injuſtitia coram Caſſarell.*

106 Paupertas originem habere ſolet à ſumptibus immoderatis, & parum œconomica ratione viveodi, *Rot. deciſ. 337. n. 15. p. 9. rec.*

107 Paupertas: Qui ſunt in paupertate, malunt divitias oſtentare, quàm officio paupertatem tueri, *Cicero apud Anſald. in Vot. Neapolit. aſſignam. 3. Junii 1715. §. Non obliviſcebamur.*

108 Paupertatem alienam contemnere, ſuam timere, nihil penſi habet, *Senec. de Benef. l. 1. c. 9.*

109 Paupertate magiſtra doctus multa calleo, *P. Complet. ſcient. ſinic. l. 3. §. 2. fol. 55.* loquens de Confuſio.

110 Pax certa melior eſt, quàm ſperata victoria.

111 Pax: Res præliorum benè diſponitur, quoties in pace tractatur, *Caſſiod. Var. l. 1. epiſt. 17. in princ.*

112 Peccantem Puerum qui non corrigit, odit.

113 Peccantium multitudo pudorem tollit, & detinet probri loco commune maledictum, *Senec. de Benef. l. 3. c. 16.*

114 Peccantium multitudo facit conſuetudinem peccandi, *Senec. de Clem. l. 1. c. 22.*

115 Peccare qui ſe neſcit, corrigi non vult, *Senec. Epiſt. l. 3. epiſt. 28.*

116 Peccare: Subditus io legem peccat, Regemque, Deumque,
Rex peccat ſoli, Rex quia nempe, Deo.

117 Peccare: Si quoties peccant homine ſua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit, *Ovid.*

118 Peccaſſe, prima, & maxima peccantium pœna eſt, *Senec. Epiſt. l. 16. epiſt. 98.*

119 Peccatum: Theologis animam ſubjecit lapſus Adami,
Et corpus Medicis, & bona Juridicis.

120 Peccatum quod pœnitentia non delet, mox ſuo pondere ad aliud trahit.

121 Peccata cùm divulgaorur, ad majorem impudentiam qui peccaverat provocatur, *S. Jo. Chryſoſt. de Pœnit. ex meſſ. reg. ſerm. 68. fol.* 1006.

122 Peccata eorum utinam ita eſſent occulta, quod nobis, ea prodere volentibus, non crederetur, atque à Populo mendacii & detractionis argueremur, *S. Bonav. tom. 9. ſuor. Oper. in Libell. apolog. in princ. fol.* 427.

123 Peccata magna, magna delebit miſericordia, *S. Hieron. in Joel.*

124 Peccatorum pars magna tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat, *Senec. Epiſt. l. 1. epiſt. 11.*

125 Peccatis parvis veniam, magnis ſeveritatem accommodare, nec pœna ſemper, ſed ſæpiùs pœnitentia contentum eſſe, *Tacit. in Vit. Agricolæ Inſtit. crimin. lib. 4. tit. 5. an. 4.*

126 Peccator vivens generavit crimine mortem:

127 Salvator moriens reparavit ſanguine vitam.

128 Peccator quando vult, non poteſt, quia quando potuit noluit, & per malum nolle perdidit bonum poſſe.

129 Pecunia cum labore acquiritur, cum timore ſervatur, & cum dolore amittitur, *Caſſiod. de Dilection. Dei cap. 5.*

130 Pecuniæ obediunt omnia, *Eccleſ. 10. 9.*

131 Pecuniam perdidiſti, quam, ut tu haberes, alius ante te perdiderat, *Senec. de Remed. fortuit.*

132 Pecuniæ alienæ non appetens, ſuæ parcus, publicæ avarus, *de Sergio Galba Tacitus lib. 17. Annal.*

133 Pecunia ruſtici tantum valet, quantum pecunia Regis, *Bald. in leg. Liberti num. 4. Cod. de Oper. Libert.*

134 Pecunias cumulare arduum eſt; verùm cuſtodire multò difficilius, *Anaxagor.*

135 Pediculi, Cimices, Pulices, mala turba valete,
Sat vobis, nimiumque datum eſt, jam nutrio Vermes, *Macr. in Hierolex. verb. Cœmeterium.*

136 Pejores: Ex quo Deo ſervire cœpi, quomodo difficilè ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſteriis profecerunt, ita non ſum expertus pejores, quàm qui in Monaſteriis ceciderunt, *S. Auguſt.* relatus in Can. *Quantumlibet diſt. 47.*

137 Penſio conferri poteſt puero ſeptennali, *Congr. Conc. in Nullius 24. Martii 1627. lib. 13. Decret. fol.* 158. *tom. 3. par. 1. diſcept. 32. num. 17. & per tot.*

138 Penſio non poteſt transferri inuxoratos, & infantes, non obſtante amplitudioe verborum indulti transferendi, *Romana Tranſlationis Penſionis*, de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 16.*

139 Penſio non poteſt imponi, neque reſervari ſuper fructibus Eccleſiarum Parochialium, ex oraculo Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIII. impreſſo io fine hujus Litteræ P. §. 2. ubi §. 3. ſequens adducitur & canonizatur limitatio: *Reſervata tamen Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, facultate, & authoritate imponendi antedictis Parochialibus Eccleſiis eas penſiones, quas Beneficiorum proventus, & Locorum, Perſonarumque conditio imponi permiſerint, in favorem dumtaxat, & commodum Fabricæ earundem Eccleſiarum, ad hoc ut illæ ejuſmodi certo ſubſidio, promptiùs reparari, opportunè manuteneri, & congruis etiam ornamentis augeri poſſint, & valeant.*

140 Penſio quando ſit nulla, ex quo illius termini exacti fuerunt ante expeditionem Litterarum Apoſtolicarum, *Cong. Conc. in Romana Penſionis 22. Martii* 1720. de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept. 11.*

141 Penſio quando præſumatur extincta per non exactionem ſpatio annorum triginta, vide *Rot. in Converſana Penſionis 3. Julii 1713. coram Card. Scotto.*

142 Penſio alteri ceſſa, an poſſit transferri, vide *Piton. diſcept. 47. n. 17.* adhærentem opinioni affirmativæ, & *Tartagl. poſt tract. de ſtatutar. ſucceſſionib.*

143 Penſio tranſlata à Conclaviſta ſine exhibitione copiæ impreſſæ facultatis transferendi, & cum errore nominis Pontificis, valida fuit declarata *à Rot. in Romana Tranſlationis Penſionis 2. Maji* 1718. *coram Foſcaro.*

144 Penſionis capax eſt puer annorum ſeptem, *Imolen. Penſionis anni* 1694. de qua *in tom.3.par.1. diſcept.*32.

145 Penſionis retentioni obſtat officium militis levis armaturæ, *Cong.Conc. in Romana Indulti 7. Decembris* 1720. ad quem effectum concedi non ſolet ſanatoria, *Sac.Cong. dict. die ad 2. dub. quam deinde conceſſit die 22. Martii* 1721.

146 Penſionis tranſlatio quando valida ſit, non exhibito indulto transferendi, vel in eum qui Clericali charactere inſignitus non eſt, *Romana Penſionis anni* 1693. de qua *in tom.4.par.1.diſcept.6.*

147 Penſionem in filium illegitimum transferre poteſt Pater, legitima facultate ſuffultus, *Congr. Conc. apud Barboſ.in Summ. Apoſt. dec. collect.*359.*num.*21.

148 Penſionem ſuper Beneficio paterno obtinere poteſt filius legitimus Sacerdotis, *Congr. Conc. apud Barboſ. in Summ. Apoſt. dec. collect.*357.*num.*4.

149 Penſiones reſervatæ ſuper diſtributionibus quotidianis in Vaticana Baſilica, quando ſolvi debeant, *Romana Penſionis anni* 1702. de qua *in tom.4. par.2. diſcept.*23.

150 Penſiones domorum augeri ſolent ad pompam, *Rot. in Romana Pecuniaria* 8. *Junii* 1696. *in fin. coram Card. de la Tremoill.*

151 Penſionarius obtinens à Papa gratiam, ut retinere poſſit penſionem, etiamſi matrimonium cum quacumque muliere contraxerit, illa ei ſuffragatur, etiam ſi matrimonium contrahat cum vidua, *Rot. in Cæſaraugustana Penſionis* 18. *Junii* 1610. *coram Lancellotto* apud *Marcheſanum de Commiſſionibus par.2.fol.*591. de qua mentionem faciunt *Card. de Luca de Penſion. diſc.45. num.4.* aliique ab ipſo citati; conceſſa autem eadem gratia pro retinenda penſione in ſtatu conjugali, ſuffragatur pro primo tantùm, non autem pro ſecundo matrimonio, ex Conſtitut. 71. Sancti Pii V. quam ſequuntur citati *à Card. de Luc. ubi ſupra.*

152 Perditio ſumma eſt à ſummo bono deflectere, & converti ad creaturas, *Card. Bona in Manud. ad Cæl. cap.* 1. §. 3. *in fin.*

153 Perdere æquo animo, quod periturum eſt, ſolatium eſt, *Senec. epiſt. lib.16. epiſt.99.*

154 Peregrinus dicitur quaſi prætor fideicommiſſarius, *à Rot. dec.705. num.6. par.18. rec.*

155 Peregrinus tu ſolus es in Jeruſalem, & hæc ignoras? *Anſald. dec.72. num.*12.

156 Peregrini via appellatur talis, quia peregrini per eam frequentiùs tranſeunt, accedendo ad Baſilicam Apoſtolorum Principis, *Rot. in Romana Fructuum Cenſuum 26. Januarii* 1705. §. *Addebatur coram Anſald.*

157 Periculum: Nemo ſe tutò diu periculis offerre tam crebris poteſt, quia quem ſæpè tranſit caſus, aliquando invenit, *Seneca.*

158 Periculum proximum: Nam tua res agitur, paries dum proximus ardet, *Vates* ſequutus *à Rot. in Romana Secretariatus Apoſtolici 4. Decembris* 1713. *in fin. coram Anſald.*

159 Periculum: Quanto i pomi ſtanno in più alto ramo dell'Albero, tanto meno ſono colti, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib.23. cap.9. num.17.*

160 Periculum majus aliquando à Medico quàm à morbo eſt.

161 Periti ut plurimum inter ſe diſcordes eſſe ſolent, itaut opus ſit ad tertium devenire, *Emer. jun. dec.*1086. *in princ.*

162 Periti primus & ſecundus quando inter ſe diſcordant, deputatur tertius, & deinde coacervatur tota ſumma ab eis æſtimata, cujus tertia pars dicitur juſtum pretium juxta theoricam *Salyceti*, ſequutam *à Rot. in Adrien. prætenſa Læſion. 20. Martii* 1711. *in fin. coram Caffarell.*

163 Periti eligi ſolent ad ſublevandos Judices nimiùm oppreſſos, *Rot. in Ripana Cenſ. 3. Julii* 1711. §. *Neque iſta coram Anſald.*

164 Perjurus: Ubi quis ſemel pejerarit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deo juret, non convenit, *Cicer.* ſequutus *à Petr. Paul. Strigaff. in Epiſt. grav. fol.459. n.224. Inſtit. crim. l.1. tit. 6. n. 68.*

165 Perniciosa faciliùs eſt non admittere, quàm admiſſa moderari, *Senec. de Ira c.7.*

166 Perſona: Sufficit illam benè gerere Perſonam in ſcena, quam ejuſdem ſcenæ Magiſter diſtribuit, *Card. de Luc. tom. 16. ſupplement. n. 10. in Proem.*

167 Perſonam diu nemo ferre poteſt, quia ficta citò in naturam ſuam recidunt, *Senec. de Clement. l.1. c.1.*

168 Perſonæ Eccleſiaſticæ non debent circa litium ſollicitudines occupari, ſed ab illis ſoluti, ſacris operibus obſecundare debent, *Rot. in Neapolitana Proteſſionis 21. Junii* 1707. *in fin. coram Oman.*

169 Perſonas duas poteſt quis legaliter repræſentare, *Rot. in Hiſpalen. Juris Præſidendi 2. Julii* 1710. *in fin. coram Olm.*

170 Perſonarum bonarum merita hoc habent glorioſum præjudicium, ut otio torpeſcere non ſinantur, quia probis actionibus innoteſcunt, *Caſſiodor. var. lib.5. epiſt. 38. in princ.*

171 Perſuaderi mihi quid non poteſt, cùm perſuaſum ſit navigare? *Senec. Epiſt. lib.7. epiſt. 54.*

172 Pertinaces ſumus adverſus experimenta, ut bella victi, & naufragi maria repetamus, *Senec. de Benef. lib. 1. cap. 1. ante fin.*

173 Perverſio ſenſus: Quatuor iſta, Timor, Odium, Dilectio, Cenſus,
Sæpè ſolent hominum rectos pervertere ſenſus, *Gloſſ. in cap. Cauſam qua verb. Dominus de offic. & poteſtat. Judic. delegat.*

174 Peſſimus nemo repentè fit.

175 Peſſimi argumentum turba eſt, *Senec. de Vit. beat. c.2.*

176 Peſſimis eſſe meliorem non eſt bonitas, *Senec.*

177 Peſtilentia ſequi ſolet poſt magnum terrarum motum, rationibus adductis *à Senec. Natur. quæſt. lib. 6. cap.27.*

178 Peſtis: A' mali peſtilenziali il più poſſente rimedio è la preſtezza del rimedio, *Pallavic. nell' Iſtor. de Conc. l.15. c.20. n.11.* Citò fuge, longè vade, tardè redi.

179 Petendi idoneum tempus, cùm animus in lætitia eſt, *Strob.*

180 Petitio: Ne' contratti, per ottenere il giuſto, conviene chiedere l'eccedente, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 18. c.7. n.12.*

181 Divi Petri Templi externa facies:
Anguſtus eſt Petri, frons Pauli tota: quid inde?
Templum non Petro conſtruit, imò ſibi.

182 Petulans: Sunt quidam ea petulantia, aut potiùs furore, ut difficile ſit non commoveri, cùm in eorum ſcripta incideris, *Bolland. in præfatione ad menſem Januarii.*

183 Philatetia in Romana Curia non leguntur, ſed nauſeam excitant, *Dec. Concil. 699. num. 3.* ſequutus *à Fatinell. reſponſ. 110. n. 7. tom. 1.*

184 Gabriel Philippuccius. Vide Philippuccius.

185 Philoſophus: Profeſſio tua, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant; nam cum Philoſophum te eſſe proponas, vinceris avaritia, & capacitate, *leg. Profeſſio, Cod. de Muner. Patrim. lib. 10.*

186 Phraſes: Exiſtimo te non debere plurimi facere phraſim, & linguæ proprietatem, ſed tantùm perpendere doctrinas, & argumenta, quibus probare poſſis clarè, & methodo efficaci tuas cogitationes, *Borell. in epiſt.* ſcripta *Malpighio*, impreſſa in *Bibliothec. anatom. tom. 1. fol. 43.*

187 Piacula: Piaculi genus eſt abſentem ſibi Romam diutiùs facere, qui in ea poſſunt conſtitutis laribus habitare, *Caſſiodor. var. lib.3. epiſt. 21. in fin.*

188 Picus Mirandulanus occiſus fuit à Mercatore, cum quo fecerat pactum de alimentis pro toto tempore ejus vitæ, *Card. de Luc. de Regularib. diſc.77. n.4.*

189 Pietas: Sæculo illo, quo magna pietas erat nihil impiè facere, *Senec. de Conſol. ad Mart. cap.1.*

190 Pietas illa perfecta eſt, quæ antequam flectatur precibus, novit conſiderare fatigatos, *Caſſiodor. var. lib.4. ep. 26. in fin.*

191 Pietatis genus eſt, coercere infantiam criminis, ne juveneſcat augmentis, *Caſſiodor. variar. lib. 5. epiſt. 39. ante med.*

192 Si pietatis ejus velimus atria intrare, vix nobis poterunt centum linguæ, centumque ora ſufficere, *Caſſiod. var. lib. 11. epiſt.1. poſt med.*

193 Pignatellus ſpatio 20. annorum gratis exercuit munus Fiſcalis Viſitationis, ut dicit *in conſult. 128. in fin. tom.9.*

194 Pileolo uti non poſſunt Parochi, tam de die, quàm de nocte, miniſtrantes infirmis Sanctiſsimæ Euchariſtiæ Sacramentum, *Cong. Rit. 13. Auguſti* 1695. & 2. *Januarii*

vii 1696. apud Baptiſtell. in Synod. Fulginaten. in Appendic. fol. 225.

195 Pira percoqua, & poma cum corticibus ſunt meliora.

196 Piſcare: Scimus retibus, non ſepibus eſſe piſcandum, *Caſſiod. var. lib. 5. epiſt. 20. in fin.*

197 Piſcis: Ego eram domi, inimici mei circumdederunt me, domus exivit per feneſtras, & ego captus ſum.

198 Plus: Exeat ab aula, qui cupit eſſe plus.

199 Pium legatum ſub conditione relictum in majori quantitate, an in eadem quantitate peti poſſit, ſi conditio non verificetur, *Lucana Legati*, de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept.* 24.

200 Placere: Non quàm multis placeas, ſed qualibus, ſtude, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt oper. Senec.*

201 Placere: Hæc quæ dicta ſunt, ſi vera ſunt, placent; ſi quid autem minùs benè dictum eſt: Rogo te Lector ſecutè redarguas, mihi enim ſatis eſt, ſi præſens ſcriptura animum legentis incitet ad veritatis indaginem, *Bart. in leg. Quominus num. 34. in fin. ff. de fluminib.*

202 Pianta noo convaleſcit, quæ ſæpiùs transfertur, *Senec. lib. 1. epiſt. 2.*

203 Platea facta per Epiſcopum, ad ejus favorem non probat, *Rot. in Nullius, ſeu Caputaquen. 26. Junii 1711. §. Addite coram Anſald. Vide oppoſitum in S. Severi Jur. Paroch. 12. Maji 1710. §. 5. coram Criſpo.*

204 Plebs: Non ci hà un Atene sì dotta, ove la moltitudine non ſia ignorante, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 6. c. 10. num. 2.*

205 Plebi non judicium, non veritas, *Tacit. l. 1. Hiſtor.*

206 Plectendi graviùs ſunt, qui nec admonitionibus juſtis, nec initiis Principis obediendum eſſe crediderunt, *Caſſiod. var. lib. 8. epiſt. 18. in fin.*

207 Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus,

208 Podagra quomodo ſanetur, vide *Can. Legimus de Conſecr. diſt. 5.* de quo *Corrad. in Addit. ad tr. de diſpenſ. n. 25.*

209 Pœna dilata exigi poteſt, exacta revocari non poteſt, *Senec. de Ira lib. 2. cap. 23.*

210 Pœna exequenda eſt, vel ut eum, quem punit, emendet; vel, ut ejus metu cæteri meliores reddantur; vel, ut malis ſublatis, ſecuriores cæteri vivant, *Senec. de Clem. lib. 1. c. 22. Inſtit. crim. lib. 4. tit. 5. à num. 2.*

211 Pœna maxima eſt ſemper velle, quod nunquam erit, & ſemper nolle, quod perpetuò durabit, *D. Bernard.*

212 Pœna tolerabilior eſt, non poſſe vivere, quàm non ſcire, *Senec. in Proverb.*

213 Pœnæ multæ impoſitæ ab Epiſcopo contra Eccleſiaſticos, moderatæ fuerunt *à Congr. Epiſc. in Callien. Synodi 20. Januarii 1719.* de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept. 16. à num. 65.*

214 Pœnitentiæ aliquæ deciſiones mutatæ reperiuntur, rationibus adductis *à Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 8. num.* 215.

215 Pœnitentiarii Baſilicarum Urbis à quatuor caſibus abſolvere non poſſunt Pœnitentes, explicatis *à Card. Petr. de Pœnit. p. 1. c. 10. in fin.*

216 Pœnitentiarii inferiorum Eccleſiarum tenere non poſſunt virgas, quas tenent Pœnitentiarii Eccleſiarum Patriarchalium Urbis, *Pignatell. conſultation. 22. tom. 1.* juxta Romanam impreſſiunem.

217 Pœnitentia ſumma eſt, ab omni peccato abſtinere.

218 Pœnitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma eſt; quæ autem à moriente, timeo, ne & ipſa moriatur.

219 Pœnitentia: Debemus omnipotenti Deo gratias agere, quoniam, qui carnis blandimento peccavimus, ex carnis afflictione purgamur, *S. Gregor.* ſequutus *à P. Marcheſ. nel Prepar. à ben mor. punct. 22. fol.* 219.

220 Pœnitentia: Nos verbis quidem pœnitentiam pollicemur; factis verò nihil laboris, ſtudiique præſtamus, ſed eadem vivendi conſuetudine utimur, qua priùs utebamur, quàm peccata confitendo deteſtaremur: pœnitentiæ nomen inane dumtaxat, & nullis expreſſum factis retinemus, *S. Gregor. Niſſen.* ſequutus *à P. Marcheſ. nel Prepar. à ben mor. punct. 7. fol.* 71.

221 Pœnitentia non temporis longitudine, ſed affectus ſinceritate penſatur.

222 Pœnitentia: Pœnituiſſe trium fertur Catonem, ſi qua fuiſſet Femina conſilii conſcia factè ſui, ſi qua dies horis tranſiiſſet inertibus, & ſi terreſtri æquoreum præpoſuiſſet iter, *Menech. Trattenıment. erud. cent. 2.*

223 Pœnitenti qui veniam ſpopondit, peccanti diem craſtinum non promiſit.

224 Pœnitere eſt anteacta peccata deflere; quòd autem aliquis poſtea peccet, vel actu, vel propoſito, non excludit, quin prima pœnitentia vera fuerit; nunquam enim veritas prioris actus deſtruitur per actum contrarium ſubſequentem; ſicuti enim verè cucurrit, qui poſtea ſedet; ita verè pœnituit, qui poſtea peccat. *Divus Thom. 3. p. qu. 84. art. 10. ad 4.*

225 Pœna puniri non eſt malum, ſed fieri pœna dignum, *S. Dionyſ. de Div. nomin. c. 4.*

226 Poeta naſcitur, Orator fit.

227 Polygamus: Qui Po' _mlæ pœnam luit, non poteſt cum ſecunda Uxore Matrimonium contrahere, ſine diſpenſatione, etiam poſt mortem primæ Uxoris, *Congreg. Conc. in S. Severi 19. Julii 1704.* ſequuta *à Monacell. in Form. tom. 2. tit. 16. form. 2. ſub n. 30.*

228 Pondus: Tres ſiclos obolus, obolos tres drachma; ſed octo

Uncia fert drachmas, duodena dat uncia libram:

Siclus habet ſeptem drachmas, obolo minus uno, *Gloſſ. in can. Quis 87. verb. Niſi ſiclo de Pœnit. diſt. 1.* ſequuta *à Scacc. de Cam. §. 2. gloſſ. 3. n. 37.*

229 Summi Pontifices ſolent, aliquando dubia aliqua reſolvere, ſed id pro regula non publicant, mandantes dumtaxat Sac. Congreg. ut in caſus contingentia ita reſpondeant, teſte *Fagnan. in cap. Non debet num. 13. de Conſangu. & affin.*

230 Summi Pontifices quando non approbant reſolutiones Sac. Congregationum, ſolent illas non publicare, juxta caſum de quo *Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 35. §. 1. n. 4.*

231 Summi Pontifices ſe deceptos in gratiarum conceſſione multoties aſſerunt, juxta caſus relatos *à Gonzal. in cap. Ex parte 2. de Reſcript. & in cap. Si aliquando de ſent. excomm. & in cap. Ex parte de Cappell. Monac. & in cap. Ad hæc de Reſcript.*

232 Pontificalium uſus quando concedi ſoleat Prælatis inferioribus, *Nullius uſus Pontificalium*, de qua *in tom. 4. p. 2. diſcept.* 18.

233 Pontificalibus inſigniis ſolet Apoſtolica Sedes aliquando ad vitam decorare primam Dignitatem alicujus Collegiatæ, ut practicavit Alexander VIII. cum Pompejo Sarnelio, Abbate Eccleſiæ S. Spiritus Beneventi, poſtea Epiſcopo Vigiliarum, ut videre eſt in *Synodic. Benevent. p. 1. fol. 72.*

234 Porſena faciliùs Mutio ignovit, quod voluerit occidere, quàm ſibi Mutius, quod non occiderit, *Senec. Epiſt. l. 2. epiſt. 24.*

235 Porta patens eſto, nulli claudaris honeſto.

236 Portionum ſcriptoratus Apoſtolici fructus poſt gratiam à Papa ſignatam, ſtatim currunt favore officialis, vide *diſcept. 30. tom. 5. par. 2.*

237 Portiunculæ Indulgentiæ an poſſint pluries lucrari, *Congr. Conc. in Ordinis S. Franciſci 4. Decembris 1723.*

238 Poſitionibus clauſis quando ſit reſpondendum, *Congr. Conc. in Leopolien. Matrimonii 10. Junii 1724.*

239 Poſſe quidem rebus dant jus, natura, poteſtas: Officium, meritum, textum, divina voluntas, *Gloſſ. in cap. Sciſcitatus verb. Impotentia de Reſcript.*

240 Poſſeſſio: Comunque s'introduca una volta il poſſeſſo, troppo ſi migliora la condizione di chi ha goduto, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 21. cap. 8. num. 8.*

241 Poſſeſſio: Chi tiene in mano ha il vantaggio, ed à chi domanda tocca più d' accomodarſi, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 10. cap. 5. num. 2.*

242 Poſſeſſor: Nelle Liti l'arte del Poſſeſſore è l'indugio, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 9. cap. 3. num. 7.*

243 Poſſidentes dicuntur beati, *à Gloſſ.* ſequuta *à Rota in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. in princip. coram Anſalde.*

244 Poſtulatio non habet locum in electione Abbatiſſarum, *Cong. Epiſc. in Neapolitana Poſtulationis 8. Auguſti 1710. & 10. Septembris ejuſdem anni*, de quibus *in tom. 1. par. 2. diſcept.* 19.

245 Poſtulatio tua non habet rationem, *leg. Imperatoris ff. de Tut. & ration. diſtrahen.*

246 Potens quilibet eſt ad nocendum, *Senec. de Ira cap. 3.*

247 Potens: Qui Potenti minora negat, majora amittit, In Porta Caſtri Gandulphi.

248 de Poteſtatibus ſæcularibus fruſtra querimur, dum telo ipſi noſtro occidimur, *Paul. Emil. Santtor. in Hiſtor. Carbonenſ. fol. 164.*

249 Potentia nunquam ſatis fida, ubi nimia eſt, *Tacit. de Cocinn.*

250 Po-

250 Potentia: Più vale minor potenza per torre, che maggiore per aſſicurare una vita, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 4. c. 14. n. 11.*

251 Potentior cogit rogando, quæ rogat, *Publ. Min.* apud *Gonzal. in cap. Veniens num. 4. de ſponſalib.*

Poteſtas nulla eſt, quæ qualitatem famæ tuæ de ore hominum poteſt auferre, *Caſſiodor. variar. lib. 7. epiſt. 2. ante fin.*

252 Poteſtas: Cui peccare licet, peccat minùs, ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit, *Ovid.*

253 Poteſtate pœnæ abutuntur, qui in minimis quoque rebus illa utuntur, *Polib. lib. 4.*

254 Practica fit pluris, quàm tota ſcientia juris, *Gobat. in Theolog. experim. in epiſt. ad Lect.*

255 Præbenda theologalis debetur Doctori in Jure Canonico, non attenta clauſula aſſumendi infra annum gradum Magiſterii in Sac. Theologia, *Congr. Conc. in Dub. Præbenda Theologalis 5. Junij 1723.* Inſtitui omninò debet in illis Eccleſiis Cathedralibus Italiæ, Inſularumque ei adjacentium, ubi illa non reperitur erecta, vigore Conſtitutionis Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIII. regiſtratæ in fine hujus litteræ P. §. 3.

256 Præcedentia: Oggidì le precedenze recano difficoltà di commercio, non ſolo tra le perſone, ma eziamdio tra le parole, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. lib. 24. c. 8. n. 10.*

257 Præcedentia inter Reformatos Ciſmontanæ Familię quomodo regulanda ſit, vide *tom. 2. par. 1. diſcept. 11.*

258 Præcedentia inter Obſervantes & Cappuccinos in eodem loco manentes, quomodo regulanda ſit, vide *tom. 2. par. 2. diſcept. 11.* quæ die 1. Septembris 1719. *à Congr. Epiſcop. Ponente Card. Caſono, reſoluta fuit contra Cappuccinos.*

259 Præcedentia inter Confraternitates danda eſt anteriori, & Confratribus non eſt permiſſus uſus ſaccorum ſericeorum, *Cong. Rit. in S. Severina Præcedentia 24. Septembris 1712.* de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept. 21.*

260 Præcedentia: Collocet me poſt fornacem, dum id efficiamus, pro quo congregati ſumus, Dux Vuitembergenſis ad Principes diſputantes *de ſeſſione apud Cruſ. de Præminent. fol. 9.*

261 de Præcedentia contendentes, ut ſervetur debitus ordo, laudandi ſunt, *Rot. dec. 23. num. 1. & 2. apud Starfantom. ad Ceccoper. tom. 2. & tom. 2. diſcept. Eccl. par. 1. diſput. 11. per tot. & ſign. n. 36.*

262 Præceptum: Juſtè nobis inſtat præcepto, qui præcurrit auxilio.

263 Præcepto annuæ Communionis non ſatisfit in Urbe abeo, qui illam ſuſcipit in Eccleſia Lateranenſi, & extra Urbem in Eccleſia Cathedrali, *Pignatell. conſult. 89. per tot. tom. 7. num. 18.* aſſerens, ita demandaſſe Ven. Dei Servum Innocentium XI. die 5. Februarii 1682.

264 Præcepta: Magis enim prodeſt pauca ſapientiæ præcepta tenere, quæ in promptu, & uſu ſint, quàm multa diſcere, & illa ad manum non habere, *Card. Bona in Manud. ad Cal. in præfat. ad Lect. in fin.*

265 Præcipere: Di leggieri l' Uomo ſi laſcia diſobbedire in ciò, che li peſa di dover comandare, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 8. cap. 7. num. 7.*

266 Præcipiens, quando ſibi non obeditur, nihil aliud poſſidet, niſi labia ſua, *Bald.* ſequutus *à Rot. dec. 667. num. 7. & 8. apud Poſth. de manutent.*

267 Præcipitium: Imperium cupientibus nihil medium inter ſumma, & præcipitia, *Tacit. lib. 18. Annal.*

268 Prædicare: Ego eo libentiùs prædico, quo tu id moleſtiùs audis, *S. Bern. de Conſider. ad Eugen. lib. 2. cap. 7.*

269 Præeminentiæ, quæ, & quales competant Dominis temporalibus in Eccleſiis, tam præſente, quàm abſente Epiſcopo, *Cong. Rit. in Sutrianen. Præeminentiarum 13. Maji 1709. Ponente Card. Scotto*, de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept. 4.*

270 Præficiendus aliis non eſt, qui ſubeſſe non novit, *cap. Cùm in Magiſtrum de elect.*

271 Prælati votantes Signaturæ tempore Card. de Luc. erant penè æqualis fortunæ alterius laborioſæ vitæ Advocatorum, ut teſtatur *in diſc. 31. ſub num. 53. in Relation. Cur. forenſ.*

272 Prælatio: Quid iniquius, quàm quod imperiti peritis, novelli antiquis, rudes emeritis præferantur? *Baer. de Diſcipl. ſchol. cap. 6.* ſequutus *à Maſtrillo de Magiſtr. lib. 1. cap. 1. num. 62.*

273 Præmium: Nec poteſt de ejus protectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis, celſioris loci præmium debetur, *can. Miramur diſt. 61.*

274 Præmium: Neque ſermonibus vulgi dederis te, neque in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum: ſuis te illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verum decus, *Cicer. in Somn. Scipion.*

275 Præpoſitura Cappellæ Sanctiſſimi Præſepis in Baſilica Liberiana non eſt incompatibilis cum alio Beneficio reſidentiali, *Corr. deciſ. 747. per tot.* Contrarium reſolvit *Cong. Conc. 2. Martii 1719. in Romana.*

276 Præpoſitus Congregationis Oratorii habet privativam facultatem proponendi negotia in *Congr. Conc. Part. in Romana 18. Martii 1709.* de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept. 13.*

277 Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ quem locum tenere poſſit in Choro cum Hebdomadario, Pluviali induto, vel non? *Congr. Rit. in Melevitana Præminentiarum 3. Februarii 1720. Ponente Card. Priolo*, de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept. 18.*

278 Præſentia Dei:
Cùm quid turpe facis, quod, me ſpectante, rubeſcis,
Cur, ſpectante Deo, non magis ipſe times?

279 Præſentia Parochi phyſica non ſufficit pro validitate Matrimonii, ſed requiritur præſentia moralis, & humano modo, *Cong. Conc. in Romana Matrimonii anni 1700.* de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 1.*

280 Præſentia invidia, præterita veneratione proſequimur, *Patern. l. 2. Hiſtoriar.*

281 Præſepia, & ſepulcra fieri non poſſunt in Eccleſiis Monialium, *Baptiſt. in Synod. Fulgin. in Append. fol. 187. & 188.* ubi limitatur in Eccleſiis interioribus dumtaxat, *à Congr. Epiſc. 11. Junii 1723.*

282 Prævideri multa quæ non poſſunt fortuitò in melius caſura, *Tacit.*

283 Praxis: Non omnia, quæ in puncto juris veriora ſunt habent uniformem praxim, *Cardin. de Luc. de Juriſdiction. diſcurſ. 103. n. 8.*

284 Preces: Vincuntur molli pectora dura prece.

285 Preces erant, ſed quibus contradici non poterat, *Tacit. l. 4. Hiſtoriar.* ſequutus *à Piton. diſcept. 52. n. 52.*

286 Preces: Et ſi non dederis, ſaltem permitte rogari:
Offendunt nunquam thura preceſque Jovem, *Martial. l. 8.*

287 Presbyter dicitur quaſi præbens iter, *S. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 28.* ſequutus *à Piazz. nella Gerarch. Card. fol. 361.*

288 Presbyterorum in communi viventium Domus an erigi poſſint, non ſervatis Apoſtolicis Conſtitutionibus circa fundationem novorum Conventuum, *Cong. Epiſc. in Conſentina 5. Septembris 1710. Ponente Card. S. Clementis*, de qua *in tom. 2. p. 2. diſcept. 19.*

289 Presbyteri e idii publici abſolutio interdicta eſt omnibus privilegiatis Confeſſariis Urbis, *ex decreto 13. Maji 1711.* apud *Baptiſtell. in Synod. Fulginat. in Append. fol. 147.*

290 Pretioſum: E' condizione del più prezioſo, che ſia più frequentemente falſato, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 7. cap. 5. n. 3.*

291 Primatum qui deſiderant in Terra, invenient confuſionem in Cœlo, *can. Multi diſtinct. 40.*

292 Primus, nedum dicitur ille, quem nemo præcedit, ſed etiam qui habet alios poſt ſe, *Fagnan. in cap. Cùm contingat n. 120. de Ætat. & qualit. ordinand.*

293 Princeps: Cæteris mortalibus in eo ſtare conſilia, quid ſibi conducere putent; Principum diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, *Tacit.*

294 Princeps: Cur ego te habeam ut Principem, cùm tu me non habeas ut Senatorem? *can. Eſto ſubjectos diſt. 95.*

295 Princeps debet habere unum calamum, & unam linguam, itaut de eo verificentur verba illa Pſalm. 88. 35. *Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita, Rot. in Tiburtina Fideicommiſſi 8. Februarii 1706. §. Repropoſita coram Anſald.*

296 Principi ſuadere, quid oporteat, multi laboris, *Tacit.*

297 Principi non minùs turpia ſunt multa ſupplicia, quàm Medico multa funera, *Senec. de Clement. l. 1.*

298 Principem minori diſcrimine ſumi, quàm fieri, *Tacit.*

299 Principem videre munus eſt, *Caſſiod. Var. l. 10. epiſt. 13. ante fin.*

300 Principes multa debent etiam famæ date, *Senec. de Clem. l. 1. cap. 15.*

301 Principes: Li Grandi ne' litigi quando cedono, vogliono

gliono fatto con apparenza onorevole di concordia; *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 24. c. 4. n. 13.*

302 Principum conditio hæc eſt, ut quidquid faciunt, præcipere videantur, *Quintilian. declamation. 4.*

303 Principibus ſummam rerum dii dedere, ſubditis obſequii gloria relicta eſt, *Tacit. l. 6. Annal.*

304 Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt, *Horat.*

305 Principibus nihil glorioſum, niſi tutum, *Saluſt.*

306 Principes bonos voto expetere, qualeſcunque tolerare, *Tacit.*

307 Principalis confeſſio prævalet mille teſtibus in contrarium, *Rot. deciſ. 247. n. 17. & 18. p. 13. rec.*

308 Principium: Incipe, dimidium facti eſt, cæpiſſe: ſuperſit
Dimidium, hoc rurſus incipe, & efficies.

309 Principia exigua habuerunt omnia magna opera, *Cardin. de Luc. in Miſcell. eccleſ. diſcurſ. 36. in princ.*

310 Principiis obſta, ferò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluere moras.

311 Prior in Conventibus Carmelitanis quando poſſit eligi à Conventualibus, vel à Definitorio Provinciæ, vel à P. Generali, *Majoricen. juris eligendi*, de qua *in tom. 3. p. 2. diſcept. 17.*

312 Prior Confraternitatis Sæcularis poteſt eſſe Sacerdos, *Rot. deciſ. 320. n. 15. p. 11. rec.*

313 Priori Collegiatæ, occaſione acceſſus ad Cathedralem, non debetur locus in Presbyterio, *Congr. Rit. in Camerinen. Praeminentiarum 11. Maji 1715. Ponente Card. Caſino*, de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept. 26.*

314 Privatio generat appetitum.

315 Privato, major viſus, dum privatus fuit, & omnium conſenſu dignus Imperio, ſi non imperaſſet, *Tacit. l. 17. Annal.*

316 Privilegia Mercatoribus fundacalibus conceſſa, non comprehendunt Mercatores merciarios, neque merces ad alium uſum quàm indumentorum deſtinatas, vide *verb. Mercator. Libri.*

317 Privilegia PP. Sancti Franciſci, vide Fratrum Sancti Franciſci.

318 Privilegia multa, magna liberalitate conceſſa à S. Pio V. ad viam juris, & ad terminos Sacr. Concilii Tridentini redacta fuerunt à Gregor. XIII. *Card. de Luc. de Praem. diſc. 10. n. 2.*

319 Privilegiorum communicatio ſuffragatur quoad Indul-
320 gentias tantùm, non autem quoad juriſdictionalia, *Congr. Epiſc. in Pragen. 13. Septemb. 1715. Ponente Card. Odeſcalco*, de qua *in tom. 1. p. 1. diſcept. 11.*

321 Probatio: Nec locus ambiguitati relinquitur, ubi experimenta probabilia ſuffragantur, *Caſſiod. Var. l. 3. epiſt. 16. in princ.*

322 Probatio: Ipſe ſine documentis loquitur, & vult, nihil probans, credi ſibi, *S. Auguſtin. contra Litt. Petilian. lib. 1. c. 2.*

323 Probationes: Come è diſdicevole addurre poche prove in materia molto dubioſa, ſecondo la regola del Filoſofo, è più diſdicevole ancora addurne molte in materia aſſai manifeſta, *P. Segn. Pred. 8. n. 3.*

324 Proceſſio dicitur Chorus ambulans, *Pignatell. conſ. 30. n. 7. & tom. 3. p. 2. diſcept. 23. n. 51.*

325 Proceſſio infra Octavam Sanctiſſimi Corporis Chriſti fieri poteſt ab omnibus Religioſis, etiam ſine licentia Parochorum, *Congr. Epiſc. in Tricaricen. Proceſſionis 12. Martii 1717.* de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept. 4.*

326 Proceſſio Sanctiſſimi Corporis Chriſti terminari debet in illa Eccleſia, à qua incæpit, *Cong. Rit. in Nolana Proceſſionis 1. Septemb. 1708. Ponente Card. Vallemano*, de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept. 26.*

327 Proceſſio per illas vias ire debet, quas præſcribit Epiſcopus, *Congreg. Rit. in Squillacen. Proceſſionum 9. Maji 1693. Ponente Card. Coſtaguto*, de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 17.*

328 Proceſſio Corporis Chriſti inchoari non debet ab Eccleſia inferiori, non attenta immemorabili conſuetudine, *Cong. Conc. in Sarnen. 7. Auguſti 1683.*

329 Proceſſionem facere extra Clauſtra licitum eſt omnibus Regularibus, etiam ſine licentia Parochorum, in Octava feſtivitatis Corporis Chriſti, *Congr. Epiſcop. in Tricaricen. Proceſſionis 28. Aprilis 1714. & 4. Martii 1717. Ponente Cardin. Corſino*, de quibus *in tom. 1. par. 2. diſcept. 10.*

330 Proceſſionem cum proprio Cappellano poſſunt facere Confratres, contradicente Rectore illius Eccleſiæ, in qua ſita eſt Confraternitas; intra tamen ambitum proprii Oratorii, *Cong. Conc. in Cremonen. 5. Junii 1723.* *Urſaya Miſcellaneum.*

331 Proceſſionem infra Octavam Corporis Chriſti licitum eſt facere omnibus Regularibus ſine Parochorum licentia, *Cong. Epiſc. in Potentina Proceſſionis 13. Maji 1718. Ponente Card. de Comitibus*, poſteà *Innocentio XIII.* de qua *in tom. 3. par. 2. diſcept. 22.* ubi refertur litteralis Conſtitut. 10. Greg. XIII.

332 ad Proceſſiones generales tenentur accedere exempti, & illis recuſantes intervenire, excommunicationis pœna puniri poſſunt, *Cong. Conc. in Neapolitana Proceſſionum 3. Auguſti 1709.* de qua *in tom. 2. par. 2. diſcept. 4. & in alia Neapolitana Proceſſionis 11. Novembris 1724.*

333 Procuratio ſolvenda non eſt à Laicis, non obſtante contraria conſuetudine, *Congr. Conc. in Puteolana Procurationis 10. Decemb. 1695.* de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept. 30.*

334 Procuratoris confeſſio præjudicat Principali, *Rot. dec. 85. n. 12. apud Conſtant. ad Stat. Urb.*

335 Procurationem an teneantur ſolvere laicales Confraternitates, *Congr. Concil. in Spoletana Procurationis 10. Junii 1710.* de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept. 31. num. 59.* quando reſpondit, non ſæcularem Confraternitatem.

336 Procuratores Generales Religionum an poſſint comparere pro particularibus Conventibus ſine ſpeciali mandato procuræ, vide *Rot. dec. 810. à num. 4. coram Coccin. & in Bononien. 26. Januarii 1706. §. Minuſque cor. Anſald.*

337 Procuratores in Curia raro exhibere ſolent mandata procuræ, remota oppoſitione Collitigantis, *Rot. in Ferrarien. 16. Februarii 1705. §. Sentiebant coram Anſald.*

338 Prodeſſe etiam malis bonos ſatius eſt, quàm bonis deeſſe propter malos, *Senec. de Benef. lib. 4. cap. 28.*

339 Profuit aliquis mihi; dum neſcit, nihil illi debeo: profuit, cùm vellet nocere, imitabor ipſum, *Senec. de Benefic. lib. 6. cap. 9.*

340 Proditio non Proditor amatur.

341 Productio jurium in parte & partibus non attenditur, ſed omnia in ſcriptura contenta cenſentur approbata, quando in illa conſiſtit Actoris intentio, *Rot. in Romana Pecuniaria 15. Junii 1716. §. Juſtitia coram Cerro, & dec. 66. num. 17. coram Anſald.*

342 Profeſſio emiſſa à Marito de licentia Uxoris notoriæ adulteræ ingreſſæ conſervatorium prævio caſtitatis voto, valida eſt, *Congr. Conc. in Goana 17. Junii 1646. lib. 17. Decr. fol. 486. & in Romana 26. Aprilis 1653. lib. 19. Decret. fol. 242.*

343 Profeſſio emiſſa per vim, & metum, & ante annum 16. à Concilio Tridentino præſcriptum, nulla eſt, *Cong. Conc. in Veneta, ſeu Mantuana Nullitatis Profeſſionis 18. Auguſti 1696.* de qua *in tom. 1. par. 1. diſcept. 3.*

344 Profeſſio quando dicatur valida, & durante lite an teneatur Religioſus reaſſumere habitum, quem dimiſerat vigore ſententiæ, *Cong. Conc. in Placentina, ſeu Papien. Nullitatis Profeſſionis 9. Novemb. 1702.* de qua *in tom. 2. par. 2. diſcept. 21. à num. 55.*

345 Profeſſio emiſſa à Novitia ante completum Novitiatum, propter gravem ejus infirmitatem, ſuſtinetur quoad effectus ſpirituales tantùm, non autem quoad dotem, *Cong. Conc. in Neapolitana 14. Martii 1705.* de qua *in tom. 2. par. 2. diſcept. 24.*

346 Profeſſio quando ſit nulla, uti emiſſa in Conventu ad id non deſignato, *Cong. Conc. in Leodien. Profeſſionis 13. Junii 1722.*

347 Profeſſio emiſſa à Religioſo, qui tacuit morbum habitualem, quando ſit nulla, *Cong. Conc. in Provincia Romana Cappuccinorum 1. Julii 1724. & in tom. 3. par. 1. diſcept. 6.*

348 Profeſſio per vim, & metum emiſſa, & Novitiatu interrupto, nulla eſt, *Cong. Conc. in Praneſtina Nullitatis Profeſſionis 16. Julii, & 12. Novembris 1717.* de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept. 7.*

349 Profeſſio emiſſa ob metum interverſionis ſtatus, & denegationis alimentorum, nulla eſt, *Cong. Conc. in Romana Nullitatis Profeſſionis 1. Octobris 1720. & 11. Januarii 1721.* de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 1.*

350 Profeſſio quando ſit nulla ob defectum Novitiatus non completi, *Cong. Conc. in Neapolitana 17. Maji 1704.* de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 1. §. 11. à num. 52.*

351 Profeſſio obligat illos, qui in aliqua diſciplina diutiùs laborarunt, inſtar ſeminis in lucem proferre ea, quæ mente conceperunt, *Bald. in Proem. Decret.*

Digitized by Google

352 non Progredi in via Dei, regredi eſt, *S. Bern.*

353 Promiſſas facito, quid enim promittere lædit?
Promiſſis dives quilibet eſſe poteſt.

354 Promiſſio: Priuſquam promiſeris, delibera; ſed cùm promiſeris, ſerva.

355 Promiſſio ſponſalium facta ab adoleſcente annor. 17. in præſentia duorum teſtium obligat in conſcientia, non obſtante diſſenſu Matris, *Cong. Conc. in Dub. Sponſal.* 27. *Novembr.* 1673. *lib.* 33. *Decret. fol.* 347.

356 Promiſſor fallax: Quod dicis tandem facito, vel dicito ſaltem
Quod facis: at neutrum tu, Fabiane, facis, *Epigr. ſelect. var. fol.* 149.

357 Promiſſores largiſſimi, & parciſſimi exhibitores, *S. Bern. de Conſid. ad Eugen. l.* 4. *c.* 3.

358 Promittens aliquid facere, in veritate dicitur juramento ſe obligare, *de Rub. in epiſt. ad Lector. par.* 13. *recent. num.* 51.

359 Promotor Fiſcalis dicitur perſona ficta, dans nomen cuicumque adhærenti, *Rot. deciſ.* 183. *num.* 4. *par.* 16. *recent.*

360 Propinquis Agrorum & Prædiorum relinquatur hæreditas, gubernatio Populi tradatur homini tali, in quo ſit claritas legis, & ſcientia, *D. Hieronym. in Origen. ad cap.* 27. *hom.* 22.

361 Proſpera veſtra ita nobis grata videntur ut propria, *Caſſiodor. var. lib.* 10. *epiſt.* 10. *in fin.*

362 Proſperis ſuccedentibus, oblitus eſt interpretis ſui, *Geneſ.* 40. 23.

363 Proſperitatis primus gradus eſt, ſuis non eſſe damnoſum, ut pro quorum compendio laboramus, eorum non videamur afflixiſſe fortunas, *Caſſiodor. var. lib.* 5. *epiſt.* 10. *poſt princ.*

364 Proſpicimus modò quæ durabunt fœdera longo
Tempore, nec Patriæ ſpes bona deficiet:
Si legantur ordine retrogrado, mutant ſenſum.

365 Protectoris nomen non importat juriſdictionem, *Rot. dec.* 1. *num.* 8. *& ſeqq. in Theatr. Card. de Luc. lib.* 13.

366 Proteſtatio non relevat, quando non eſt compatibilis cum actu geſto, ſecùs ſi compatibilis eſt, *Rot. in Piſauren.* 8. *Aprilis* 1707. §. *Placuit coram Card. Scotte.*

367 Prudentia: Quis eum providentiam habuiſſet, ſi tunc cœpit Fabricis operam dare, aut penum condere, cùm oporteat bella tractare? *Caſſiod. var. lib.* 1. *epiſt.* 17. *in fin.*

368 Provinciale Epiſcoporum impreſſum eſt apud *Corrad. in Prax. Diſpenſat. poſt lib.* 10. *Baudrand. in Lexicon. Geographic. in fine Indicis Latin. Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. par.* 1. *tit.* 1. *poſt cap.* 7. *Franc. de Eccleſ. Cath. poſt cap.* 35. *Aubertus Miraus in Notitia Epiſcopatuum totius Chriſtiani Orbis, Jo. Carolus Stadel in Compend. Geograph. Eccleſiaſtica, Rebuſ. in Prax. Benefic. poſt Pract. Cancellar. fol.* 436.

369 Provinciales titulares quibus gaudeant prærogativis, vide *Cong. Epiſcop. in Ordinis Carmelitarum* 10. *Julii* 1705. *Ponente Carpineo*, de qua *in tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 21.

370 Proviſionale decretum nihil ponit in eſſe, *Rot. in Andrien. Præeminent.* 2. *Martii* 1711. §. *Quia relevet coram Aldrovand.*

371 Proviſiones, quæ capi ſolent à Judicibus, nemini præjudicant, & adverſus illas non datur appellatio, neque recurſus, *Rot. in Aſtrovicen. Præemin.* 2. *Junii* 1704. §. *In nihile coram Anſald.*

372 Proxeneta probat occaſionem inveſtiendi, etiamſi generaliter loquatur, neque exprimat perſonam, quæ vult pecunias ſub uſuris exigere, *Rot. in Romana Dot.* 21. *Junii* 1717. §. *Etenim coram Cerro.*

373 Proxenetæ debetur emolumentum juliorum trium pro venditione cujuslibet Loci Montium, *Rot. dec.* 380. *n.* 3. *par.* 15. *recent.*

374 Proxenetæ ferè omnes mendaciis abundant, & ſine his negotia expediri non poſſe, falsò dictitant, *Stracc. de Proxenet. par.* 2. *num.* 4.

375 Prudentia: Nullum Numen adeſt, ſi ſit prudentia; ſed nos
Te facimus fortuna Deam, Cœloque locamus, *Juvenal.*

376 Prudentia humana deve giudicarſi non dal ſucceſſo, ma dalla precedente veriſimilitudine del ſucceſſo, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 3. *cap.* 154. *num.* 7.

377 Prudentia non ſemper magnorum ingeniorum comes eſt; atque experientia docet, Litteratos, vel nimium ingenioſos malos habere mores, *Card. de Luca de Paroch. diſc.* 1. *num.* 19.

378 Prudentiam non ſemper comitatur doctrina, *Jov. de ſolemn. gloſſ.* 16. §. 7. *n.* 117.

379 ſine Prudentia reliquarum artium uſus eſt nullus, *Tacitus.*

380 Pſalmorum Librum quotidie Eccleſiaſtici omnes legunt, ſed pauci admodùm intelligunt, *Cardin. Bellarmin. in Pſalm. in Dedicator. ad Paul. V.*

381 Publicare: Alle opere grandi il maggior impedimento per non farſi, è il dirſi, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 21. *c.* 5. *n.* 5.

382 Publicum facere: Quis furor eſt, quæ nocte latent, in luce fateri,
Et quæ clam facias, facta referre palam?
Ovid. lib. 3. *eleg.* 3. ſequutus à *Tiraquell. ad leg. connub. leg.* 15. *gloſſ.* 1. *par.* 15. *num.* 162.

383 Publicis Proceſſionibus quando teneantur intervenire exempti, *Cajetana Proceſſionis anni* 1688. de qua *in tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 31. *& Congr. Conc. in Neapolitana* 11. *Novembris* 1724.

384 Pudica non dicitur, quæ amatorem repulit, quia timens legem, aut virum, ex quo, quia non licuit, non dedit, *Senec. de Benef. l.* 4. *c.* 14.

385 Pudica nulla ſatis eſt, de qua quæritur, *Senec. Controv. lib.* 1. *controv.* 2.

386 Pudicæ mentis pudicus ſermo, *Saluſt.*

387 Pudicitiæ, & formæ rara eſt concordia.

388 Pudor peccandi nutriendus eſt; quamdiu enim durat, aliquis bonæ ſpei locus eſt, *Senec. epiſt. lib.* 3. *epiſt.* 25.

389 Pudor non eſt confiteri, ſed malum facere.

390 Pudorem, & verecundiam Deus peccato dedit, confeſſioni verò fiduciam; invertit rem Diabolus, peccato fiduciam præbet, confeſſioni verò pudorem.

391 ſine Pudore ſola detrimenta cogitant, qui pudoris fecere jacturam, *Caſſiodor. var. lib.* 4. *epiſt.* 10. *in fin.*

392 Puellæ invitæ nunquam extrahi debent à Monaſteriis, *Congr. Epiſc. apud Nicol. in Floſcul. verb. Virgo n.* 16.

393 Puellæ egregiè educantur in Monaſteriis, *Rot. deciſ.* 679. *num.* 14. *part.* 19. *recent.* Circa quod me remitto experientiæ.

394 Inter Puellas, ſorte extrahendas, an ſit locus prælationi in ſubſidiis dotalibus, vide *Rot. in Peruſina ſubſidii dotalis* 2. *Maji* 1704. *coram Card. Scott.*

395 Puer ad hoc naſcitur, ut dicat majori, Quid hìc facis?

396 Puer: Dum tener eſt Gnatus, generoſos imbue mores.

397 Puer: Plorabas cùm natus eras, fuit ergo voluptas
Nulla tibi naſci: cur doles ergo mori?

398 Puero teſte nihil eſt certius; nam ad eos pervenit annos, ut intelligat, & nondum ad eos quibus fingat, *Senec. Controv. l.* 1. *contr.* 5.

399 Pueri: E' una di quelle Favole, da cui per trarne diletto, conviene eſſere Fanciullo, che vi ami il maraviglioſo, e non vi riconoſca il finto, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. l.* 24. *c.* 10. *n.* 10.

400 Pueri æſtate ſi valent, ſatis diſcunt, *Martial.*

401 Pueritia ignara contraria gerit, quæ profutura putaverit, *Caſſiod. Var. l.* 4. *epiſt.* 35. *in med.*

402 Pugna: In alcune pugne ciò che all' Avverſario è di offeſa, debilita, e non fortifica la propria difeſa, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 10. *c.* 11. *n.* 5.

403 Pugnandum non eſt cum eis, quos vincere, inglorium, & à quibus atteri, ſordidum eſt, *Gratian. diſcept.* 800. *in fin.*

404 Pugnare adverſus alios nemo feliciter poteſt, qui ſecum ipſo perpetuò pugnat, *Germon. de Veter. rer. Francor. diplom. c.* 5. *fol.* 315.

405 Pulcher: Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam, *Menand.*

406 Pulchræ res amari ſe quodammodo cogunt, *Bellarm. in Pſalm.* 41. *verſ.* 2.

407 Pulchritudo illa mirabilis, ſi ſubinde non reficitur, ſenectute obrepente vitiatur, *Caſſiod. Var. l.* 7. *epiſt.* 5. *in princ.*

408 Pulſus perito Archiatro enunciat quid intùs natura patiatur, *Caſſiod. Var. l.* 6. *epiſt.* 19. *circa fin.*

409 Pulvis Cypri:
Non ſatis Aſſyrio fuerat quod ſplendet amomo,
Et cilicum nimbis noſtra juventa madet;
Quidquid habet Cyprus fragrantis pulveris, ad nos
Tranſtulit, immo brevi Gallia Cyprus erit.
Aſpicis, ut niveo cuncti ſe pulvere ſpargunt?
Candida quiſque facit pallia, quiſque comam.
Jam Tulli exclama: O mores, ò tempora; nunquam
Vidi

Digitized by Google

Vidi candoris plus, fideique minus, *de Pulver. Cypr. in epigr. ſel. Var. fol.* 148.

410 Punctum eſt illud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo Regna diſponitis: cœlorum ingentia ſpatia ſunt, *Senec. de Natur. quæſt. l. 1. c. 1.*

411 Punit nemo prudens, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur: revocari enim prætetita non poſſunt, futura verò prohibentur, *Senec. de Ira c. 16.*

412 Puniri non eſt malum, ſed fieri pœna dignum.

413 Purgatorii Animæ: Anagramma purum:
I ora, Igne patimur: Aliud
Angimur, orate Pii.

414 Purgatum eſſe ſatius eſt, quàm ſuſpectum, *Quint. Curt. lib. 7.*

415 Puteus: Dominus domus ſuperioris ex puteo communi poteſt facere plures feneſtras, & haurire aquam uſque ad Cœlum, *Panimoll. deciſ. 26. adnotat. 1. n. 62. & 63.*

416 Pulvere qui lædit, ſcribit in marmore læſus.

§. PRIMUS.

E D I T T O

Circa li Funerali de Parrochi defonti.

FABRIZIO per la miſericordia di Dio Veſcovo d'Albano della S. R. C. Card. Paulucci, della Santità di N. Sig. Vicario Gen. &c.

VOlendo la Santità di Noſtro Signore, che onninamente s'oſſervi quanto vien ordinato nel Libro detto *Statuta antiqua Cleri Romani de Officio Camerarii Cleri, & Juribus Funeralibus Eccleſiarum &c.* detto volgarmente lo Statuto del Clero, confermato dalla ſan. mem. di Clemente XI. con averne anche eſpreſſamente incaricata l'oſſervanza l'iſteſſa Santità Sua con Editto publicato li 31. Ottobre dell'anno proſſimo paſſato 1722. quale di nuovo conferma; e perche tra l'altre diſpoſizioni del detto Statuto viene ordinato nell'Addizzione al §. X. del Capitolo primo del medemo, che morto qualſivoglia Curato di Roma, debba il Parroco più vicino darne avviſo al Cammerlengo del Clero, il quale debba invitare tutti li Curati di queſt'Alma Città per celebrarli i Funerali ſecondo il ſolito nella Chieſa, dove ſtarà eſpoſto il Cadavere, e che ciaſcheduno debba celebrare una Meſſa baſſa per il Defonto, come più diffuſamente nella detta Addizzione.

La Santità Sua (affinchè non ſi tralaſci la detta lodevole funzione per qualſivoglia cauſa) inerendo, e dichiarando la detta diſpoſizione: ordina, che morto il Curato, ſia Secolare, o Regolare, non ſolo dal Parroco viciniore ſe ne debba dar ſubito l'avviſo al Cammerlengo ſudetto, ma anche dal ſotto Curato, o dal Sagreſtano, particolarmente ſe la Chieſa Parrocchiale ſia anche Collegiata, o Regolare, e l'intimazioni alli Parrochi debbano portarſi gratis dal Beccamorto della Parrochia del Parroco Defonto, (perchè viceverſa li Curati devono aſſiſtere gratis alli Funerali de Beccamorti delle loro Chieſe) ſotto pena d'eſſere privato della carica, e circa li Curati delle Parrocchie extra Muros, ſe alcuno di queſti moriſſe nel ſuo Convento in Roma, ſi debbano fare parimente, come ſopra, li ſoliti Funerali nella Chieſa del detto ſuo Convento, e l'intimazioni debbano portarſi gratis ſotto l'iſteſſa pena dal Beccamorto dell'iſteſſo Convento, & in ciaſcheduno di detti caſi, in mancanza del Beccamorto, debba onninamente provedere il Cammerlengo ſudetto con farle portare da qualche altra perſona, procurando poi, che ſia ſodisfatta la mercede del Beccamorto, che doveva portarle, e quando non vi foſſe altro modo, ſia tenuto il medemo Cammerlengo far queſta piccola ſpeſa degl'emolumenti, che percepiſce dal Cammerlengato, eſſendo un grand'inconveniente, che dagl'Eccleſiaſtici ſi tralaſcino per pochi paoli li Suffragii ad un loro Confratello, ed una conſuetudine tanto lodevole, ed antica di queſta Alma Città.

Io oltre in eſecuzione parimente del detto Statuto cap. 4. §. 2. in add. §. Exceptæ cap. 5. §. X. deve laſciarſi all'arbitrio degl'Eredi, o di chi ha cura del Funerale, ovvero del Monaſtero, ſe è Curato Regolare, di dare le candele alli Parrochi, che intervengono, della qualità e peſo, che a loro piace, o di non darle affatto, ſenza che ſi poſſano direttamente, o indirettamente eſig-

gere, nè pretendere, ſotto pena in caſo di contravenzione in ciaſcheduna delle coſe ſudette di ſcudi dieci d'applicarſi ad uſi pii.

Ordiniamo per ultimo, che il preſente Editto, come anche l'altro accennato di ſopra, debba in avenire ſtamparſi nell'Appendice del ſudetto Statuto del Clero, con accennarlo anche nella margine della detta Addizzione, e di più tenerſi affiſſo da ciaſchedun Parroco nella Caſa Parrocchiale.

S'eſſortano tutti i RR. Curati à non mancare alli detti Funerali, eſſendoſi oſſervato, che delli 86. Parrochi, che ſono in Roma, appena v'interviene la metà, dovendo riflettere alle parole di Criſto Signor Noſtro: *Eadem enim menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.* Dato in Roma dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto dì 2. Settembre 1723.

F. Card. Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segr.

§. SECUNDUS.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO

Qua Edictum fel. rec. Innocentii Papæ XII. de Parochialibus Eccleſiis Penſionum onere non gravandis confirmatur, perpetuiſque futuris temporibus obſervari mandatur.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

QUanta Paſtoribus animarum, quas Redemptor Noſter Jeſus Chriſtus pretioſiſſimo cruore ſuo acquiſivit, in creditis ſibi Gregis regimine adhibenda ſit vigilantia, exacti muneris ratio ab ipſis ſupremo Paſtorum Principi diſtrictè reddenda apertè Nos docet, dum commiſſarum ovium ſanguinem, quæ ex Cuſtodum forſaſsè incuria peribunt, in extremi examinis die de illorum manibus ſeverus Judex requiret. Portò inter cætera, quæ animarum Rectoribus divino præcepto mandata ſunt, quemadmodum Sancta Tridentina Synodus rectè admonet, illud eſſe dignoſcitur, ut ipſi pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerant: hoc eſt illis, qui inopia laborant, præſertim verò viduis, atque virginibus, orphanis, pupillis, & infirmis non modò ſpiritualia debitæ pietatis, & charitatis officia tribuant, verùm etiam, more boni Patris familias, eorum neceſſitatibus pro viribus ſubveniant, & quæcumque poſſunt temporalia ſubſidia conferre non prætermittant. Nec ſanè minorem, imò fortè potiorem, iidem animarum Rectores adhibere tenentur curam, & diligentiam, ut Parochiales cujuſque ipſorum Eccleſiæ, quas maxima decet ſanctitudo, quoties neceſſitas exigit, à temporis injuriis vindicentur, ac inſuper omni cultu, ornatu, atque decore præfulgeant. Quæ quidem omnia à pleriſque Parochis, præſertim in Italia (ut diuturno quinquaginta annorum in Epiſcopatu, licèt infeliciter, à Nobis tranſactorum experimento ſatis novimus) præſtari, & impleri non poſſunt, quoniam Parochialia, quæ obtinent, Beneficia gravibus adeò penſionibus, fructuum reſervationibus, aliiſque oneribus, ut plurimùm obnoxia ſunt, ut ipſis interdum proprio victui neceſſaria vix ſuperſint, & qui Altari ſerviunt, de Altari vivere aliquando non valeant.

§. 1. Gravem ejuſmodi penſionum, onerumque abuſum animo ſecum reputans fel. rec. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor noſter, pro eximio zelo ſuo à Sancta Dei Eccleſia eum ſubmovere curavit, & re ipſa toto Pontificatus ſui tempore ſubmovit, ac è medio ſuſtulit, ſaluberrimo deſuper promulgato, typiſque edito Edicto tenoris ſequentis, videlicet: *Bandino del Titolo di S.*

Pancratio Prete Cardinal Panciatichi, e della Santità di Noſtro Signore Prodatario. Volendo la Santità di Noſtro Signero con la ſua paterna carità, e zelo ecitare li Parochi alla maggiore vigilanza dell'anime alla di loro cura commeſſe, e facilitargli il modo di ſovvenire alle neceſſità delle medeſime con più abbondanti elemoſine. Quindi è, che per ordine eſpreſſo datoci a bocca dalla Santità Sua comandiamo, & ordiniamo, che per l'avvenire non s'abbiano da aggravare le Parochiali, etiam di Juſpadronato Laicale, di Penſioni, e che ciò deva oſſervarſi ancora dagl'Ordinarii nelle proviſte, che eſſi ſaranno per farne. In oltre, che non ſi ammettino raſſegne, ò permute di Parochiali con riſerva di Penſioni a favore di chi ſi ſia, e ſotto qualſivoglia titolo, etiam di preſtazione di alimenti, e che molto meno ſi riſervino Penſioni ſopra le medeſime Parochiali, ſine cauſa Beneficio pleno, *di conſenſo de Poſſeſſori per qualſivoglia cauſa, o titolo. Dalla Dataria queſto di 11. Novembre 1692. B. Card. Prodatario.* Quod quidem Edictum, tamquam æquitati, juſtitiæ, ſacriſque ſanctionibus maximè conſentaneum, ut omnibus innoteſceret, & ab omnibus etiam, quemadmodum par erat, obſervaretur, Nos, qui tunc, præter Cardinalatus honorem, Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventanæ regimini præeramus, in prima noſtra Provinciali Synodo ejuſdem Eccleſiæ habita anno 1693. tit. 22. cap. 2. expreſsè memoravimus, ejuſque prætereà integrum tenorem in Appendice retulimus.

§. II. Verùm poſtquam antedictus Innocentius Prædeceſſor viam univerſæ carnis ingreſſus fuit, præfatum Edictum, utpotè temporarium, in deſuetudinem abiit, omnique penitùs effectu caruit, & Parochiales Eccleſiæ iiſdem, ut anteà, penſionibus, aliiſque oneribus prægravari cœperunt; quin etiam, ſicut accepimus, atque diuturno Paſtoralis muneris exercitio abundè comperimus, quorumdam Patronorum Laicorum, quibus jus præſentandi, ſeu nominandi Rectorem pro tempore earumdem Parochialium Eccleſiarum, occurrente illarum vacatione, cæteroqui legitimè competit, impudentia, ac effrænis avaritia, quæ Idolorum ſervitus eſt, alicubi eò uſque proceſſit, ut ejuſmodi præſentationem, ſeu nominationem veluti ſub haſta ponere, & (quod dolentes dicimus) licitatori ampliorem penſionem offerenti polliceri, & addicere non erubuerint.

§. III. Hinc igitur eſt, quòd Nos deteſtandæ huic Beneficiorum Eccleſiaſticorum nundinationi, aliiſque præmiſſis pro Paſtoralis officii noſtri debito conſulere, ac ſimul opportunè providere volentes, ut antedictis animarum Paſtoribus de cætero commodior ſuppetat modus nedum ſuas Parochiales Eccleſias, quotieſcumque oportuerit, reparandi, ornandi, ſacriſque ſuppellectilibus ad divinum cultum neceſſariis inſtruendi, ſed etiam ſubveniendi pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum præfatarum indigentiis ex eo, quod honeſtæ, & congruæ ipſorum ſuſtentationi ſupererit, ac inſuper ipſis incitamentum præbere cupientes, ut ſuſcepti miniſterii labores, & incommoda libentiùs perferant, & Gregi alacriùs attendant, in quo poſiti ſunt regere plebem Dei: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione præinſertum laudatiſſimi Prædeceſſoris Edictum, omniaque, & ſingula in eo contenta ampliſſimè confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, ac irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis vim, robur, & munimen adjicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac alios defectus, ſiqui forſan intervenerint, in eiſdem ſupplemus, atque illud, & illa, quatenùs opus ſit, innovamus, ac inſtauramus, & ab omnibus, ad quos ſpectat, ac de cætero quomodolibet ſpectabit, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari volumus, ſtatuimus, & mandamus: Reſervata tamen Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti facultate, ac authoritate imponendi antedictis Parochialibus Eccleſiis eas Penſiones, quas Beneficiorum proventus, & locorum, perſonarumque conditio imponi permiſerint, in favorem dumtaxat, & commodum Fabricæ earumdem Eccleſiarum, ad hoc ut illæ ejuſmodi certo ſubſidio promptiùs reparari, opportunè manuteneri, & congruis etiam ornamentis, ut præfertur, augeri poſſint, & valeant.

§. IV. Decernentes præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod in præmiſſis jus, vel intereſſe habentes, aut habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ac auditi, & cauſæ propter quas eædem præſentes emanarunt verificatæ, ſeu aliàs ſufficienter, aut etiam in aliquo juſtificatæ non fuerint, vel aliis quibuſvis de cauſis quantumvis urgentibus, ullo umquam tempore à quoquam de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quolibet, quantumvis magno, formali, & ſubſtantiali defectu, notari, impugnari, retardari, invalidari, aut ex quovis quæſito prætextu, vel colore in controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut quempiam impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, conceſſo uti nullatenus poſſe, ſed eaſdem præſentes litteras ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, nec non memoratis animarum Rectoribus pleniſſimè ſuffragari: Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Nuncios, & quoſvis alios qualiber authoritate, præeminentia, & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, in qualibet cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet in quocumque judicio aliter judicandi, ac interpretandi facultate, judicari, & definiri debere: irritumque, inane, nulliuſque prorſus roboris, vel momenti quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. V. Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, de jure quæſito non tollendo, aliiſque noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, nec non aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, & Ordinationibus quibuſcumque, ac illa præſertim felic. record. Pii Quarti de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ concernentibus intra certum inibi expreſſum tempus exhibendis, & regiſtrandis, itaut eaſdem præſentes Litteras ibidem exhiberi, & regiſtrari numquam neceſſe ſit, aliiſque quibuſcumque Apoſtolicis, & in Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis, ac edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus; Statutis quoque, Decretis & Conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac Privilegiis, Indultis, & Litteris Apoſtolicis ſub quibuſvis tenoribus, & formis, etiam motu ſimili, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſve efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiſcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficienter, ac exactiſſimè expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè, ac pleniſſimè, & ampliſſimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. VI. Volumus autem, ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud, ab omnibus habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. VII. Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum voluntatis, confirmationis, approbationis, præcepti, ſanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud San-

Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, viii. Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno primo.

P. M. Card. Prodatarius.

F. Card. Olivcrius.

Viſa de Curia J. C. Archiepiſcopus Amaſenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Noſtri J. C. milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, Indictione ſecunda, die verò vigeſima Septembris, Pontificatus SS. D. N. D. BENEDICTI, Divina Providentia Papæ XIII. Anno primo, ſupradicta Litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Principis Apoſtolorum, S. Joannis in Laterano, & S. Mariæ Majoris, prout ſimiliter ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, aliiſque locis ſolitis, & conſuetis Urbis, dimiſſis copiis, ut moris eſt, per Nos Antonium Placentinum, & Hieronymum Herbam Apoſtolicos Curſores.

Joannes dei Rè Magiſter Curſorum.

§. TERTIUS.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO,

Qua præbenda Theologalis, & Canonici Pœnitentiarii in Eccleſiis Cathedralibus Italiæ, Inſularumque adjacentium, ubi non ſunt, inſtitutioni conſulitur, cum aliis ordinationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoralis Officii noſtri eſſe ducimus aſſiduo, enixoque ſtudio curare, ut univerſa ſacræ Tridentinæ Synodi Decreta ubique inviolabiliter obſerventur; ſed eorum præ cæteris executionem ſtrenuè promovendam, urgendamque Nobis eſſe arbitramur, ex quibus majorem in Eccleſia Dei utilitatem proventuram fore conſpicimus, ac eos potiſſimùm, quorum opus in prædicatione, & doctrina conſiſtere debet, ut cunctos ædificent tam fidei ſcientia, quàm actionum diſciplina, excitari maximè poſſe confidimus ad impenſius frequentandam tantoperè neceſſariam Sanctarum Scripturarum lectionem, quas qui neſcit, ut Beatus Hieronymus admonet, neſcit Dei virtutem, ejuſque ſapientiam; nam ignoratio Scripturarum, ignoratio Chriſti eſt.

Cùm itaque ſaluberrimo prædicti Concilii Tridentini Decreto relato in *cap. 1. ſeſſ. 5. de reformat.* cautum ſit, ut nedum in Eccleſiis Cathedralibus, ſed in Collegiatis etiam oppidorum inſignium, in quibus Præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium pro ſacræ Scripturæ Lectoribus conſtitutum non reperitur, Præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primò vacatura ipſo facto ad eum uſum perpetuò conſtituta, ac deputata intelligatur; & quatenus nulla, vel non ſufficiens Præbenda foret, locorum Ordinarii per aſſignationem fructuum alicujus ſimplicis Beneficii, debitis tamen ejus ſupportatis oneribus, vel per contributionem Beneficiatorum ſuarum Diœceſum, vel aliàs, prout commodiùs fieri poterit, ita provideant, ut ipſa ſacræ Scripturæ lectio omninò habeatur: Verùm ejuſmodi provida præfati Concilii diſpoſitio in aliquibus Cathedralibus, ſicut non abſque gravi animi noſtri dolore percepimus, hucuſque neglecta, debitæque executioni demandata non fuerit;

hinc igitur eſt, quòd nos illius executionem pro Pontificiæ vigilantiæ debito urgere intendentes, Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſancimus, decernimus, & mandamus, ut in Cathedralibus quibuſcumque Italiæ, Inſularumque adjacentium, in quibus Præbenda Theologalis hactenus inſtituta non fuerit, Præbenda primò vacatura poſt ejuſdem præſentis Conſtitutionis publicationem, ſive ad nos, Sedemque Apoſtolicam, ſive ad Ordinarium illius collatio, atque proviſio pertineat, ipſo jure, & abſque ulla alia declaratione, ſit, ac eſſe cenſeatur Præbenda Theologalis conſtituta. Volumus inſuper, ut tam illa, quàm reliquæ omnes aliæ Præbendæ Theologales hactenus conſtitutæ, & deputatæ conferri ſemper debeant Doctori in Sacra Theologia, vel qui infra annum Doctoralem lauream in eadem facultate ſuſcipiat, & cæteroquin magis idoneo in formali Concurſu ab Examinatoribus renunciato, eo planè modo, quo Parochiales Eccleſiæ conferuntur. Hunc porrò in finem, quotieſcumque ejuſmodi Præbenda Theologalis conferenda erit, per Edictum publicum vocentur quicumque concurrere, & examini ſeſe ſubjicere voluerint, coram Epiſcopo, & quatuor Examinatoribus, etiamſi Synodales non ſint, ab eodem Epiſcopo actu eligendis, ac deputandis, in Theologali tamen facultate licentiatis, & valdè peritis, ſive Secularibus, ſive Regularibus; & illi, qui in ejuſmodi concurſu probatus, magiſque idoneus renunciatus fuerit, Præbenda conferatur. Quoties autem Præbendæ collatio ad Sanctam Sedem ſpectabit, Epiſcopus ad Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem acta Concurſus tranſmittere teneatur, ut ipſe vacantem Præbendam illi aſſignare, atque conferre poſſit, quem cæteris digniorem, & magis idoneum in Domino judicaverit.

Quod ſi Epiſcopus primò vacaturam Præbendam contra formam in præſenti Conſtitutione præſcriptam conferre præſumpſerit, vel etiam in aliis occurrentibus caſibus eamdem formam obſervare neglexerit; illius collatio, atque proviſio ipſo jure nulla, & irrita, nulliuſque prorſus roboris, vel momenti ſit, ac eſſe debeat; ejuſdemque Præbendæ diſpoſitio ſtatim devolvatur, & pertineat ad Sanctam Sedem, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, à quo Doctori in Sacra Theologia conferatur.

Cæterùm, ut fructus, quem Tridentina Synodus ex Præbendæ Theologalis inſtitutione perceptum iri ſperavit, omnino re ipſa, & cum effectu percipiatur, volumus, ſtatuimus, & mandamus tertiam partem proventuum dictæ Præbendæ Theologalis ab Epiſcopo diſtribui, & proportionabiliter applicari ſingulis Lectionibus ſacræ Scripturæ, quæ à Præbendato præſcriptis diebus, & horis totius anni habendæ erunt, itaut ſi Præbendatus univerſas lectiones habuerit, aſſignatas diſtributiones integras abſque ulla prorſus diminutione conſequatur; ſi verò in aliqua, vel pluribus lectionibus defecerit, diſtributiones neglectis lectionibus reſpondentes amittat, quæ in Sacriſtiæ Eccleſiæ beneficium cedant, ac erogentur. In caſu autem gravioris contumaciæ Præbendati liceat Epiſcopo deputare alium Theologum Sacerdotem Secularem, vel Regularem, qui jugiter ſupplendo ejuſdem Præbendati vices, præfatis diſtributionibus potiatur.

Quoniam verò nonnulli Epiſcopi, ſicut accepimus, ut propriæ incuriæ aliquod velamen obtendant, dilatæ erectionis ejuſmodi Præbendæ Theologalis cauſam intenuitatem, ac inſufficientiam Præbendarum ſuarum Eccleſiarum rejicere ſolent; Nos omnem de cætero prætextum, ſive excuſationem è medio tollere, ac penitùs eliminare volentes, Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus decernimus, ſtatuimus, atque præcipimus, quod ubi Præbenda Theologalis, computatis etiam diſtributionibus quotidianis, ad annuum ſaltem redditum ſcutorum ſexaginta monetæ Romanæ non aſcendat, pro ſumma ad hanc taxam conficiendam deficiente iidem Epiſcopi unire poſſint, & debeant eidem Præbendæ aliquod ſimplex Beneficium, cujus ſupplemento prædicta ſumma conficiatur, primò vacaturum in quocumque menſe, & qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apoſtolicæ affectum, & reſervatum, ita tamen ut à tali unione illa omnia Beneficia, quæ pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Papæ Familiaribus, Nunciis Apoſtolicis, atque Prælatis Congregationum, quibus iidem S. R. E. Cardi-

di-

dinales interſunt, Secretariis in alia Conſtitutione ad promovendam Seminariorum erectionem noviſſimè per nos condita peculiariter reſervavimus, perpetuò reſervata, & excepta ſint, ac eſſe intelligantur, & quidquid ſecus fieri contingeret, ex nunc prorsùs irritum, ac inane, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, ac fore decernimus, & declaramus.

Poſtremò quæcumque hactenus de Præbenda Theologali, & Sacræ Scripturæ lectione ſancivimus, extendimus etiam, ac ad amuſſim obſervari volumus, & mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad inſtitutionem Canonici Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus nondum fuerit inſtitutus, ejuſque honeſtam ſubſtentationem, concurſum, deputationem, omniaque alia ad illius officium pertinentia: & præter illa, quæ à nobis ſuperiùs diſpoſita ſunt, ea inſuper, quæ Tridentina Synodus *cap. 8. ſeſſ. 24. de reformat.* de hujus Miniſtri qualitate, ætate, ac exemptione à ſervitio Chori conſtituit, exactè obſervari decernimus, præcipimus, & mandamus.

Decernentes etiam præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, necnon præmiſſa omnia, & ſingula in illis contenta per eos, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, perpetuò inviolabiliter obſervari; ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis quibuſcumque, aliiſque Apoſtolicis, etiam in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis ad favorem quarumcumque perſonarum editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, ac Inſtitutorum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & inſtitutis, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis decretis, vel aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut autem præſentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: utque earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum ſanctionis, inſtitutionis, præcepti, voluntatis, mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, decimo quarto Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno pſimo.

Q U

1 circa Quadrageſimales cibos, ex juſta cauſa ſolet diſpenſatio generaliter concedi, ut practicatum fuit in Urbe anno 1709. mediante Edicto, regiſtrato in fine hujus *Littera Q.* §. 1.

2 Quadraginta horarum inſtructiones circa ea, quæ ſervari debent eo tempore, quo publicæ adorationi exponitur Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramentum, publicatæ die 20. Januarii 1705. impreſſæ ſunt *in Bull. Clem. XI. fol.* 313.

3 Qualitas ſcientifica non præſumitur, ad differentiam qualitatis naturalis, *Alciat. de Præſumpt. præſumpt. 3. reg. 3. & Menoch. eod. tit. l. 6. præſumpt. 91. à n. 17.*

4 Quarta funeralis non eſt ſolvenda Parochis, quando Defunctus ſibi elegit ſepulturam in Eccleſiis Regularium, ab illa exemptorum, *Congr. Conc. in Lauden. Funerum 2. Maji* 1711. de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept. 14. & Congreg. Epiſc. in Brictinorien. 16. Martii* 1717. de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept.* 8. Solvenda non eſt à Patribus Reformatis S. Franciſci, *Congreg. Epiſc. in Senogallien. Funerum 23. Decemb. 1707. ad 6. dub. Ponente Card. Gabriellio*, de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 28.

5 Contrarium determinavit Sanctiſſimus D. N. Benedictus XIII. mediante ejus Conſtitutione impreſſa in fine præſentis *Littera Q.* §. 2. qua mediante reduxit ad viam juris, & revocavit omnia privilegia, quibuſcumque Regularibus Familiis conceſſa; præſervando tamen favore Parochorum conſuetudines legitimas pro illis locis, in quibus vigent, percipiendi portionem majorem Quartæ.

6 Quartæ funeralis appellatione quid veniat, *Cong. Conc. in Tudertina Funerum 13. Auguſti* 1718. de qua *in tom. 4. p. 1. diſcept.* 14.

7 Quartum dotale non debetur, quando promiſſa eſt reſtitutio integræ Dotis, *Rot. in Romana Lucri Dotalis 16. Junii 1724. coram Cotro.*

8 Quatuor tempora anni:

Dat Clemens Hyemem, dat Petrus ver Cathedratus,
Æſtuat Urbanus, autumnat Bartholomæus.

9 Querela: Sicut nolumus oppreſſis negare judicium, ita irrationabilibus querelis non præbemus aſſenſum; cogi enim debet, ut ſit quietus qui ſuo vitio renuit eſſe pacificus, *Caſſiodor. Var. l. 1. Epiſt. 5. in fin.*

10 Querela antiquiſſima præpotentium eſt, ut ſibi injuriam fieri dicant, cùm aliis faciunt, *Card. Sfrondat. in Libr. cui titulus Legatio Romam fol.* 133.

11 Querela: Invidioſa eſt contra eum querela, cui ſunt reverentiæ jura ſervanda, quia neſcio quid admiſſum grave creditur, ubi contra tales ſilentium non tenetur, *Caſſiod. Var. l. 4. epiſt. 44. in princ.*

12 Quærere: Triſtes quærimus, quæ nos amiſiſſe dolemus: ſed acerbum caſum mitigat, quod ei vicaria virtute ſuccedit: quia nemo perdidiſſe ſe ſentit, quod in altero inveniſſe cognoſcit. Non extranea ſecteris exempla, cui domeſtica ſuppetunt jam magna præconia, *Caſſiod. Var. l. 5. ep. 3. circa fin.*

13 Quæſtio: Quid te torques in illa quæſtione, quam utilius eſt contempſiſſe, quàm ſolvere? *Senec.*

14 Quæſtioni de nomine aures præbendæ non ſunt, *D. Tho. p. 1. q. 54. art. 4. ad 2. Anſald. in Piſana Juriſpatronatus 2. Julii 1700. §. Ut enim.*

15 Quæſtuare non poſſunt Cappuccini in locis, in quibus id faciunt Patres Reformati, *Cong. Epiſc. in Vintimilien. quæſtuationis 2. Aug. 1715. Ponente Card. S. Clementis, & 16. Septembr. 1718. Ponente Card. Corſino*, de quibus *in tom. 1. p. 2. diſcept. 9. & tom. 3. p. 1. diſcept.* 17.

16 Quieſcenti agendum, & Agenti quieſcendum eſt, *Senec. ad Lucill. epiſt. 3. l. 1.*

17 Quies nobis ex corde appetenda eſt, ſed tamen pro multorum lucro aliquando poſtponenda, *D. Gregor.* ſequutus *à Clemente XI. tom. 2. epiſt. ſelectar. fol.* 758.

18 Quietantiæ reportari non ſolent à Dominis, ſolventibus ſalaria Famulis, *Card. de Luc. de Dot. diſcurſ. 176. ſub n.* 8.

19 Quinquennium ad reclamandum incipit à die Profeſſionis, non à die ſublati impedimenti vel impotentiæ reclamandi, *Congr. Conc. in Melev. Nullitatis Profeſſionis 17. Maji* 1723.

Digitized by Google

§. PRIMUS.

E D I T T O.

GASPARO per la miſericordia di Dio Veſcovo di Sabina, della S. R. C. Card. di Carpegna, e della Santità di N. S. Vicario Generale &c.

LA Santità di Noſtro Signore, havendo inteſo con ſuo ſommo diſpiacere, che le nevi lungamente cadute, ed i geli ſtraordinarii, e pertinacemente durati ne' proſſimi paſſati meſi, habbiano cagionato, e tuttavia cagionino nella maggior parte degl' Abitanti di queſt' Alma Città di Roma alcune infermità pericoloſe con notabile mortalità, ha col ſuo paterno zelo fatto conſultare i più periti, ed eſperimentati Medici della Città per rintracciarne l'origine, e procorarne la cura: E perchè la medema Santità Sua ha udito con ſommo ſuo dolore, che queſti mali derivano da copia grande di umori acri, e ſalini, e che potrebbero prendere on grandiſſimo accreſcimento dall'uſo de' cibi Quareſimali, tanto più, che con la penuria dell' herbe, che per la ſteſſa cagione de i freddi eccesſivi ſi ſono inaridite, viene a mancare un humido, e benigno temperante de' ſudetti ſali, perciò con la paterna ſua carità ſi è degnata, ad oggetto di ovviare a i ſudetti mali, di mitigare alquanto il ſanto rigore della preſente Quareſima, diſpenſando con tutti gl' Abitanti di Roma, ſue Vigne, e Caſali, di poter cibarſi, a riſerva delle Tempora, e delli giorni di Venerdì, e di Sabbato, d'ova, e latticinii dalla prima Domenica di Quareſima incluſivè, fino alla Domenica delle Palme excluſivè. Non intendendo però di eſimere alcuno (fuori che ne i giorni delle Domeniche) dall' obligazione del digiuno, ſiccome ſi ordina nell' Editto da Noi publicato per l' oſſervanza della Quareſima al num. 7. quale vuole la Santità Sua, che eccettuata la ſudetta Diſpenſa, reſti in tutto il ſuo vigore, e con le medeme pene.

Intanto ſono eſortati tutti da ſua Beatitudine a compenſare la ſudetta permiſſione con la maggior frequenza de' Santi Sagramenti, coll' accreſcimento delle orazioni, limoſine, ed altre opere di pietà. Ma più particolarmente dichiara, che chi ſi vorrà ſervire della preſente Diſpenſa, debba recitare cinque Pater noſter, o cinque Ave Maria in ciaſchedun giorno per implorar il divino ajuto nelle correnti calamità del Chriſtianeſimo.

Finalmente vuole Noſtro Signore, che queſta Diſpenſa ſi eſtenda a tutti i Regolari dell' uno, e dell' altro ſeſſo, fuori che a quelli, li quali hanno il voto d'oſſervar vitto quareſimale. Dato queſto dì 16. Febraro 1709.

G. Card. Vicario.

N. A. Cugglò Secr.

§. SECUNDUS.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO

Qua decernitur, & mandatur, ut in Italia, eique adjacentibus Inſulis, Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis quorumcumque Regularium de cætero tumulabuntur, Quarta funeralis perſolvatur.

Cum aliis ordinationibus, & derogationibus opportunis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex æqui, bonique ſupremus Aſſertor, auctoritatem à Chriſto per Beatum Petrum Apoſtolorum ultimo ſibi traditam intelligens, ut ex Agro

Dominico pro temporum neceſſitate noxia evellat, & deſtruat, utiliaque plantet, ac ædificet, ea interdùm, quæ à Prædeceſſoribus ſuis ob rationabiles, & juſtas cauſas olim ſancita fuerunt, ubi in grave aliorum præjudicium, & detrimentum redundare cognoſcit, atque diſſidiis, & contentionibus fomentum præbere animadvertit, maximè inter Dei, & Eccleſiæ Miniſtros, quorum eſt evangelizare pacem, & quibus à Domino non aliud frequentiùs, neque enixiùs commendatur, quàm ut pacem, ac unitatem diligant, moderari, & immutare, aliaſque Paſtoralis Officii ſui partes deſuper interponere ſolet, prout rerum, locorum, temporumque circumſtantiis maturè penſatis, diſcordiarum extinctioni, Eccleſiaſticorum Miniſtrorum quieti, fidelium Animarum ſaluti, divinoque cultui conſpicit ſalubriter expedire.

Sanè quamplures Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri multiplicia, ac planè inſignia conſiderantes merita Ordinum Regularium, qui militantem in terris Eccleſiam fortiſſimis omni tempore auxerunt præſidiis, Viris nempè vitæ ſanctitate, doctrinæ laude, ac Orthodoxæ Religionis zelo præſtantibus, eidemque in Cœlis triumphanti eximii fulgoris lumina addiderunt, ipſos Ordines, eorumque Profeſſores, plurimis ſatis amplis indultis, & privilegiis benignè decorarunt, ac inter alia iis illud conceſſerunt, ut canonicam portionem, ſeu quartam funeralium emolumentorum partem pro perſonis, quæ in eorum Eccleſiis ſepulturam ſibi eligerent, Parochis perſolvere minimè tenerentur; ac ad majorem ejuſmodi Privilegii firmitatem, Sanctioni etiam à fel. rec. Clemente V. Prædeceſſore noſtro editæ in Concilio Viennenſi, & relatæ in Clementina *: Dudum de Sepultur.* necnon Concilii Tridentini Decreto relato in *cap.* 13. *ſeſſ.* 25. *de reform.* prædictam Quartam Funeralem Parocho apertè reſervantibus, non ſemel ampliſſimè derogarunt; unde non acerbæ modò Parochorum querelæ, ſed innumeræ etiam contentiones, atque lites inter eos, & Regulares ſuper ſolutione ejuſdem quartæ diverſis temporibus excitatæ fuerunt, quæ coram Ordinariis Locorum, & deinde in variis quoque almæ Urbis noſtræ Tribunalibus, præſertim verò in Auditorio Palatii noſtri Apoſtolici, & in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium præfati Concilii Tridentini Interpretum, magno Partium ſtudio, nec minori ſumptuum incommodo diſcuſſæ, ſicut accepimus, aliquando ad favorem Parochorum, aliquando autem ad favorem Regularium, pro diverſis Cauſarum circumſtantiis, atque vario judicantium ſenſu, deciſæ, ac definitæ fuerunt. Hæc porrò Judicatorum, Sententiarumque diverſitas, cùm nullam certam, ac determinatam conſtituerit regulam in evenientibus caſibus obſervandam, magnum planè fomentum, & anſam relinquit, imò & latam ſternit viam ulterioribus inter prædictos Regulares, & Parochos litibus, & controverſiis, ex quibus ipſi, qui in domo Dei ambulare debent cum conſenſu, novis de cætero perturbari diſſidiis, noviſque prægravari diſpendiis poſſunt cum Divini Cultus detrimento, & ſcandalo plurimorum.

Quocirca Nos maximè expedire cenſentes, ut ejuſmodi controverſiæ, & lites ab Eccleſia Dei penitùs arceantur, ac inſuper, licèt univerſos Ordines Regulares, in quibus, nempè in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipſi plurium annorum ſpatio verſati ſumus, ſpeciali paternæ charitatis affectu proſequamur, eoſque, uti de Eccleſia, Catholica Fide, & Sede Apoſtolica optimè meritos præcipuo ſemper in honore, ac pretio habuerimus, & habeamus; nihilominùs conſiderantes exemptionem à ſolutione quartæ funeralis præfatis Ordinibus à dicta Apoſtolica Sede conceſſam modò vergere in maximum Parochorum præjudicium, tum propter multiplicationem Conventuum, & Monaſteriorum Regularium, tum etiam propter auctam devotionem, & conſuetudinem Fidelium ſepulturam eligendi in Eccleſiis prædictorum Regularium; ac proinde non modò conſentaneum, ſed etiam neceſſarium arbitrantes, ut eorumdem Parochorum, quibus cæteroquin Sacri Canones, & priſca Eccleſiæ diſciplina apertè ſuffragantur, indemnitati opportunè conſulatur; & antedicta Apoſtolica Privilegia ad æquitatis limites reducantur. Hinc igitur eſt, quod Nos omnia, & ſingula memorata Privilegia exemptiva à ſolutione quartæ funeralis quibuſvis Ordinibus, Congregationibus, ac Inſtitutis Regularibus ab Apoſtolica Sede, ut præfertur, quandocumque, & quomo-

Digitized by Google

modocumque conceſſa, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, ac de eorum tenore, & ſubſtantia ſatis ſuperque inſtructi, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & aliquot etiam Romanæ Curiæ Prælatorum à Nobis ad id ſpecialiter deputatorum conſilio, ſuadentibus etiam Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis in præſenti Sac Conc. congregatis, ac inſuper motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, præmiſſa omnia Privilegia quoad quartam funeralem tantùm pro locis infra exprimendis moderamus, reſormamus, ad viam juris reducimus, & quatenus opus ſit, etiam revocamus, & abrogamus, neque cuiquam deinceps ſuffragari poſſe, vel debere decernimus.

Prætereà motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſancimus, ſtatuimus, & mandamus, ut in Italia, eique adjacentibus Inſulis, à die publicationis præſentis Conſtitutionis in futurum, Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis quorumcumque Regularium prædictorum tumulabuntur, perſolvatur, & cum effectu tradatur quarta pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quibus Defuncti Cadaver in itinere ad Eccleſiam tumulantem aſſociabitur, nec non omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ in eadem Eccleſia circa Cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris accenduntur. A prædicta tamen quarta funerali exceptæ intelligantur, & ſint Candelæ, quas Sacerdotes, etiam Regulares, vel piarum Sodalitatum Confratres funus aſſociantes, manualiter per viam accenſas deferent. Quòd ſi funus non fieret in die tumulationis, ſed ad diverſam diem, vel ad aliud longius tempus differretur, Parocho nihilominus aſſignetur quarta pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ ipſamet peracti funeris die in Eccleſia, ubi Defunctus humatus fuit, circa Cœnotaphium, ſeu tumulum honorarium, atque etiam in Altaribus ejuſdem Eccleſiæ, accenſa fuerint. Hæc portò omnia locum habeant, & exactè in poſterum obſerventur, quotieſcumque Defunctus extra ſuam Parochialem Eccleſiam tumuletur, vel exponatur, ſive quia in Eccleſia tumulante, vel exponente Beneficium obtinuerit, ſive quia ibidem ſepulchrum habuerit gentilitium, ſive tandem quia in ea ſepulturam elegerit. Cæterum ſub prædicta quarta funerali comprehendi non intendimus, imò expreſsè ab ea excipimus legata Miſſarum, & Anniverſariorum, hiſque ſimilia pia relicta ad favorem Eccleſiæ tumulantis, vel exponentis à Defuncto diſpoſita; circa quæ, ac omnia, & ſingula alia, de quibus in præſenti Conſtitutione mentio facta non fuit, Privilegia prædictis Regularibus Ordinibus ab Apoſtolica Sede conceſſa, ſalva prorsùs, illæſa, ac inviolata perpetuò permanere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inconcuſsè, ac irrefragabiliter obſervari debere volumus, decernimus, & mandamus. Ubi verò conſuetudines legitimæ probatæ, conventiones, concordiæ, vel ſtatuta vigerent, quæ præfatis Parochis magis faverent, illiſque pinguiorem prædicta quarta emolumentorum funeralium portionem aſſignarent, ea in iis, in quibus vigent, locis inconcuſsè ab omnibus obſervari, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, ſancimus, præcipimus, & jubemus.

Decernentes pariter præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædictorum Ordinum Regularium Superiores, vel quicumque alii in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, ſeu cauſæ, propter quas præſentes emanarint, adductæ, verificatæ, ſeu aliàs juſtificatæ non fuerint, vel etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut alio quovis prætextu, & ex quocumque capite, colore, & cauſa etiam neceſſariò exprimenda, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, in toto, vel in parte reſcindi, retractari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, aut quodcumque aliud juris, vel facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu eo impetrato quemquam uti, ſeu juvari in judicio, vel extra nullatenus poſſe; ſed eas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari debere; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum dicti Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, nec quorumvis Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros eiſdem Ordinibus, ut præfertur, illorumque Superioribus, & Profeſſoribus quibuſcumque ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis irritantibus, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum, tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ac ſervatis reſpectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut autem præſentes litteræ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla, ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Flore de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perindè arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; utque ipſarum præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides tàm in judicio, quàm extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum voluntatis, declarationis, reſormationis, moderationis, conceſſionis, aſſignationis, præcepti, ſanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, quarto Kalendas Maji, Pontificatus noſtri Anno Primo.

R A

1 RAnæ clamantes in paludibus limoſis, ſtrepitum habere poſſunt, doctrinam veræ ſapientiæ inſinuare non poſſunt, *S. Auguſt.*

2 Rab eſt Author apocriphus, quia nunquam ſua ſcripta typis tradidit, *Capon. diſcept.* 154. *n.* 34.

3 Rara eſt concordia formæ, atque pudicitiæ, *Tibullus.*

4 Raritas pretium facit, *Caucian. in Tacit. fol.*536.

5 Ratum omne quod eſt, plus appetitur, *Can. Legimus diſtinct.* 93.

6 Ratificatio Profeſſionis ante ſuſceptionem Sac. Ordinum, quæ ab aliquibus Epiſcopis injungitur juxta formulam,

Digitized by Google

mulam, impreſſam *in Appendic. Synod. Fulginaten. Baptiſtell. fol.* 153. non impedit, quin illa non obſtante Religioſi reclamare poſſint, *Cong. Conc. in Ligenien.* 12. *Aprilis, & 30. Decembris* 1693. *& in Biſuntina* 9. *Septembris* 1713. de quibus *in tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 1. *num.* 57. *&* 85. *& in Viennen.* 25. *Januarii* 1721.

7 Ratio, juſtitiaque exigunt, ut in omnibus, in quibus bonum malo permixtum eſt, ſecretionem inſtituamus, quo faciendo ſpecialiter ſita eſt Judicis accuratio, *Arnald. in Logic. par.* 3. *cap.* 20. *ſect.* 7. *verſic. Quapropter ratio.*

8 Ratio: In quelli caſi, in cui la ragione ſi ſcorge aperta, non richiedeſi altra Legge, nè altro Dottore, che il lume impreſſo negl'animi dalla Natura, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 3. *c.* 13. *num.* 7. *& Inſtitut. crim. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 248.

9 Ratio reſolutionum Sac. Congregationum ubi comprehendit omnes caſus, etiamſi emanaverit in caſu particulari, habetur pro lege generali, *Rot. dec.* 30. *n.* 5. *apud Antonell. de Jurib. Cleric.*

10 Ratio naturalis pro lege ſufficit, *Rot. in Romana Pecuniaria* 11. *Januarii* 1706. §. *Quin obſtet coram Molin.*

11 Ratio benè adhibita cernit, quid optimum eſt, neglecta multis implicatur erroribus, *Cicer. Tuſcul.* 4.

12 Ratio: Et quamquam poteſtati noſtræ, Deo favente, ſubjaceat omne, quod volumus; voluntatem tamen noſtram de ratione metimur, ut illud magis æſtimemur elegiſſe, quod cunctos dignum eſt approbare., *Caſſiod. var. lib.* 1. *epiſt.* 12. *in princ.*

13 Ratio hoc non habet, non antiquitas habuit, non conſentit authoritas, *S. Bern. de Conſi. ad Eugen. lib.* 4. *cap.* 7. *in fin.*

14 Ratiocinatores Cameræ Camerario privativè ſubjecti ſunt, *Fattinell. tom.* 1. *reſponſ.* 15.

15 Rebelliones: Il fuoco delle ribellioni non ſi ſmorza, ſe non o col gelo del terrore, o con la pioggia del ſangue, *Pallavic. nell. Iſtor. del Conc. l.* 2. *cap.* 6. *n.* 8.

16 Recentia: Stulta hæc invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent,
Invida ſtultitia eſt, cui nova ſola placent.

17 Recompenſans æquale non videtur facere gratis, ſed reddere quod accepit, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 106. *art.* 6. ſequutus *à P. Segn. nel Chr. Inſtr. par.* 1. *ragion.* 12. *n.* 12.

18 Recta facere, & inutilem ſe reputare, apud paucos inveniunt, *S. Bern. epiſt.* 1. *ad Eugen.*

19 Rector Eccleſiæ ſubditæ Regularibus an poſſit eſſe Presbyter ſæcularis, vel neceſſariò debeat eſſe regularis, *Congreg. Conc. in Herbipolen. Eccleſiarum Parochialium* 19. *Septembris* 1722.

20 Redarguentibus potiùs gaudendum, quàm Aſſentatoribus, *Pitagora,* relatus *à Malpig. in epiſt. impreſſ. in Biblioth. anatom. tom.* 1. *fol.* 46. *column.* 2.

21 Redargui à quoquam dignus non eſt, qui noſtro judicio meretur abſolvi, *Caſſiodor. variar. lib.* 5. *epiſt.* 36. *in fin.*

22 Reddit nemo libenter, quod invitus debet, *Senec. de Benef. lib.* 6. *cap.* 41.

23 Reductio fructuum Cenſus quando fieri poſſit à Locis piis ſine Apoſtolico Beneplacito, vide reſol. *Cong. Conc. in Senogallien.* 2. *Julii* 1718. *& in Romana Cenſus* 11. *Maji* 1720.

24 Reductio Miſſarum, obtenta à Congregatione Concilii pro uno Conventu, prætextu communicationis privilegiorum non poteſt extendi ad alium Conventum ejuſdem Religionis, *Cong. Conc. in Nullius* 10. *Decembr.* 1646. *lib.* 18. *Decret. fol.* 240. ubi reprobat opinionem contrariam.

25 Reformati Ordinis Carmelitarum non poſſunt tranſire inter Obſervantes ejuſdem Ordinis, *Cong. Epiſc. in Braſilien. ſeu Ordinis Carmelitarum* 12. *Julii* 1722. *Ponente Cardin. Corſino*, de qua *in tom.* 4. *par.* 2. *diſcept.* 26.

26 Reformatio in Conventibus Carmelitarum quando introduci, & manuteneri debeat, *Cong. Epiſcop. in Braſilien.* 25. *Septembris, &* 11. *Decembr.* 1716. *Ponente Cardin. Fabrono*, de qua *in tom.* 2. *par.* 2. *diſcept.* 1.

27 Reformatio: Li Autori delle riforme vogliono eſſere Uomini dotti di Canoni, periti di maneggi, e moderati di natura, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 3.

28 Reformatio: La più malagevole di tutte le opere umane è la riformazione del Mondo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8.
Urſaya Miſcellaneum.

29 Regaliæ extenſionem in Eccleſiis Regni Galliarum, confirmando Breve Ven. Dei Servi Innoc. XI. ſub die 11. Aprilis 1682. prohibuit ſan. mem. Alex. VIII. die 4. Auguſti 1690. mediante alio Breve per extenſum impreſſo in fine hujus Litteræ R. §. 2.

30 Regere: Is poteſt alios benè regere, qui ſe ſubducit ſub decore tractare, *Caſſiodor. variar. lib.* 3. *epiſt.* 13. *poſt princip.*

31 ſub Regione Columnæ continetur Palatium Excellentiſſ. Domus de Comitibus, ut acerrimè Partibus informantibus fuit reſolutum à Congr. Partic. trium Prælatorum, Corri, Rotæ Auditoris, Criſpoldi, Cameræ Apoſtolicæ Clerici, & Meſmeri, Signaturæ Juſtitiæ Votantis, diebus 5. Januarii, 20. Februarii, & 27. Martii 1722. mediante ſententia, à Parte ſuccumbente acceptata, coram quos fuit diſtributa ſcriptura impreſſa in fine hujus *Litteræ R.* §. 1.

32 Regimen, ſicut deſiderantibus eſt denegandum, ita fugientibus offerendum, *can. In ſcriptis* 8. *quæſt.* 1. Vide *Sanctitas.*

33 Regium eſt, cùm benè facias, malè audire.

34 Regna beata forent, ſi vel contingeret eſſe
Philoſophos Reges, vel Reges philoſophari.

35 Regnantis felicitas eſt Famulantes amare, quod expedit, *Caſſiod. var. l.* 3. *epiſt.* 49. *in princ.*

36 Regnum eſt nolle regnare, cùm poſſis, *Senec. de Benefic. l.* 3. *c.* 37.

37 Regularis ex quibus cauſis tranſire poſſit ad ſtatum Sacerdotis ſæcularis cum Pontificia diſpenſatione, *Olomucen. Tranſitus*, de qua *in tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 16.

38 Regulares non poſſunt expectare Parochum in via, ſed tenentur accedere ad Eccleſiam, in qua depoſitum eſt Cadaver, *Cong. Epiſc. in Civitatis Caſtelli Juris Funerandi* 15. *Januarii* 1723. *Ponente Card. Paulutio*, de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 25.

39 Regulares renunciare non poſſunt Privilegiis, eorum Ordini conceſſis, *Rot. in Turritana Decimarum* 21. *Nov.* 1703. §. *Denique coram Anſald. &* 6. *Martii* 1705. §. *Sed quatenus coram Molin.*

40 Regulares Superiores non poſſunt mutuò accipere pecunias, ſine conſenſu Capituli, *Congr. Conc. in Romana* 26. *Martii* 1689. ſequutus *à Monacell. in Formul. tom.* 2. *tit.* 14. *form.* 4. *num.* 16.

41 Regulares non poſſunt eſſe Compatres, *Congr. Conc. in Mediolanen.* 3. *Octobris* 1671. *ad* 3. *dubium lib.* 27. *Decret. fol.* 224.

42 Regularium conventiones circa pacta tempore fundationis Conventus, concernentia ſolutionem Quartæ, expenduntur *in deciſ.* 1206. *coram Emer. jun.* quæ videtur exorbitans.

43 Rejiciendi genus eſt protinus aliud invicem mittere, & munus munere expugnare, *Senec. de Benefic. lib.* 4. *cap.* 40.

44 Reintegrandus eſt Religioſus ad Officium, à quo fuit præcipitanter dimiſſus, *Congr. Epiſc. in Neapolitana Vicarii Prioratus* 8. *Auguſti* 1704. *Ponente Card. Gabriellio*, de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 23.

45 Relationes Epiſcoporum quando attendendæ non ſint, vide *Rot. in Bononien. Hoſpitalis* 16. *Decembr.* 1707. *in fin. coram Oman.*

46 Relationes Judicum oſtendendæ ſunt Partibus, *Gloſſ. in cap. Cùm olim verb. Uria de Offic. & poteſt. Judic. deleg. & in cap. Intimaſti* 68. *de Appellat. & in leg. Super dilectis* 2. *Cod. de Relat. & in can. Biduum verſ. Illud quoque* 2. *quæſt.* 6.

47 Relationibus Epiſcoporum quando credendum non ſit, vide *Rot. in Colonien. Canonicatus* 21. *Junii* 1704. §. *Abſque eo coram Molin. & in Salisburgen.* 20. *Febr.* 1703. §. *Quibus coram Anſald.*

48 Religio magis fide animi metienda eſt, quàm oſtentatione verborum, *Aurel. Simma. lib.* 8. *epiſt.* 12.

49 Religionem ingredi: Licèt ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus ubera, quibus te nutrierat Mater, oſtendat, licèt in limine Pater jaceat, perculcatum perge Patrem, ſiccis oculis ad vexillum Crucis evola: ſolum pietatis genus eſt hac in re eſſe crudelem, *S. Hieronym. in Epiſt. ad Eliod.*

50 Religioſus ſine oratione eſt Miles ſine Armis in Bello, *Sanct. Thom. par.* 1. *Hiſtor. S. Dominic. lib.* 1. *cap.* 37.

51 Religioſus tranſmiſſus ad triremes, terminato tempore condemnationis, non eſt recipiendus inter Religioſos

S ſuæ

Digitized by Google

ſuæ Provinciæ, vide *Auſculana anni* 1711. de qua *in tom.* 1. *p.* 2. *diſcept.* 18.

52 Religioſus recurrens intra quinquennium, & poſt ipſum reaſſumens inſtantiam, non indiget reſtitutione in integrum, *Congreg. Conc. in Ceneten. Reſtitutionis in integrum* 16. *Martii* 1720. de qua *in tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 20.

53 Religioſus, præcipitanter dimiſſus à ſuo Conventu, & Officio, quando ſit reintegrandus, *Cong. Epiſc. in Romana* 16. *Septembris* 1718. *Ponente Card. Tanara*, de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 4.

54 Religioſus, excedens in corrigendo Subditos, vel deficiens in adnotatione celebrationis Miſſarum, qua pœna puniri debeat, *Ordinis S. Baſilii anni* 1719. de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 15.

55 Religioſus quando dicatur acquirere ad ſui favorem, & de acquiſitis diſponere poſſit, vide *Rot. in Romana Pecuniaria* 15. *Januarii* 1706. *coram Mut.* ubi de Locis Montium, acquiſitis cum pecuniis Religioſi.

56 Religioſi Bona quando dividenda ſint inter Conventum, in quo illa acquiſivit, & Conventum, in quo obiit, *Congr. Epiſc. in Ordinis Carmelitarum* 14. *Februarii* 1721. *Ponente Card. Tanara*, de qua *in tom.* 4. *par.* 2. *diſcept.* 7.

57 Religioſo, injuſtè privato ſuo Officio, non ſolùm debetur reintegratio, ſed bonificandum eſt tempus Litis perinde, ac ſi ſuum Officium exercuiſſet, *Cong. Epiſc. in Neapolitana Reintegrationis* 10. *Decembris* 1717. de qua *in tom.* 2. *p.* 2. *diſcept.* 26.

58 Religioſi aſſociantes Funus ad eorum Eccleſiam, quando teneantur accedere ad Parochialem, *Congr. Conc. in Tudertina Funerum* 8. *Auguſti* 1716. de qua *in tom.* 5. *par.* 1. *diſcept.* 11.

59 Religioſi conſanguinei in Ordine Carmelitarum non poſſunt eodem tempore eligi Officiales in Definitorio, vide *Diſceptat. in Ordinis Carmelitarum in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 25.

60 Religioſi, præcipitanter dimiſſi ab eorum Conventibus quando reintegrari debeant, *Congr. Epiſcopor. in Januen.* 28. *Septembris* 1700. *Ponente Card. Tanara*, de qua *in tom.* 5. *p.* 1. *diſcept.* 10.

61 Religioſi ad titulum jubilationis, an poſſint eximi ab obſervantia propriarum Conſtitutionum, *Cong. Epiſc. in Ordinis Clericorum Regularium Minorum* 23. *Martii* 1719. *Ponente Card. Corſino*, de qua *in tom.* 3. *p.* 2. *diſcept.* 4.

62 Religioſi quando teneantur accedere ad publicas Proceſſiones, *Cong. Epiſc. in Brunduſina Proceſſionis* 24. *Aprilis* 1724. *Ponente Card. Spinula*, de qua *in tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 20.

63 Religioſis Reformatis S. Franciſci debetur præcedentia, quæ competebat Obſervantibus, in illis Conventibus, in quibus priùs habitarunt Obſervàntes, *Cong. Rit. in Lucerina Præcedentiæ* 28. *Januarii* 1719. de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 10.

64 Relocationis pactum rei Eccleſiaſticæ per aliud triennium, ſi non fiat diſdicta, an ſubſtineatur, non reſolvit *Rot. deciſ.* 809. *coram Emer. jun.*

65 Remedium anceps ſatius eſt experiri, quàm Ægrum morti dimittere, *Celſus ſequutus à River. in Prax. med. cap.* 3. *de Affect. Ren. fol.* 395.

66 Remedium varium poſcit diverſa qualitas paſſionum, *Caſſiod. Var. l.* 12. *epiſt.* 3.

67 Remedio locus non eſt, quando ea, quæ erant vitia, mores fiunt.

68 Remedia falſa abjicienda ſunt, eòquia veris ſunt periculis graviora, *cap. De homine de celebr. Miſſ.*

69 Remedia ſolent eſſe tardiora, quàm mala ex naturæ humanæ infirmitate, *Groſſ. in Vit. Abb. c.* 3. *fol.* 184.

70 Remedia pejora quandoque ſunt, quàm mala, *Rot. in Balneoregien. Tranſactionis* 5. *Martii* 1708. *in princ. coram Aldrovand.*

71 Reminiſci: Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt, *Virgilius.*

72 Remiſſio danda eſt animis; meliores enim, acrioreſque requieti ſurgent, *Senec. de Tranquill. vit. cap.* 15.

73 Res nulla conſummata eſt, dum incipit, *Senec. Natur. quæſt. lib.* 6. *cap.* 5.

74 Res nulla cariùs conſtat, quàm quæ precibus empta eſt, *Senec. de Benefic. lib.* 2. *cap.* 1.

75 Res omnis, quæ finem habet, brevis eſt, *S. Auguſt.*

76 Rem rationum vi conficere, ſed indigeſtum acervum quidquid poteſt congerere, *Arnald. in Logic. part.* 3. *cap.* 20. *ſect.* 7. *verſ. Itaque niſi.*

77 Rerum magnarum etiamſi ſucceſſus abfuerit, honeſtus ſemper fuit ipſe conatus, *Plinius*, relatus *à Nevizzan. in ſylv. nupt. lib.* 4. *in fin.*

78 Rerum quarumdam turpitudo etiam ad vindictam redit, *Senec. de Benefic. lib.* 6. *cap.* 32.

79 Reſpublica, ut plurimùm, meliùs adminiſtratur ab hebetioribus, quàm acutioribus, *Juſtus Lipſius.*

80 Remuneratio: In luctum cedunt, quæ benemeritis conferuntur; & de ipſo munere magis acquiritur, cùm aptis digna præſtantur, *Caſſiodor. variar. lib.* 4. *epiſt.* 24. *in princip.*

81 Remuneratio: Nec paſſi ſumus otioſum, quem merita non ſinebant eſſe privatum, *Caſſiodor. variar. lib.* 1. *epiſt.* 13. *in fin.*

82 Remuneratio: Non eſt dubium meliora recipere, quos contingit juſta præſtare, *Caſſiodor. variar. lib.* 10. *epiſt.* 15. *in fin.*

83 Remunerationis ſub ſpe inſerviens, non poteſt aliquid prætendere, ſi in ſua ſpe deceptus remanſit, *Bertacchin. vot. deciſ.* 75. *num.* 11.

84 Remunerator verborum non eſt Deus, ſed adverbiorum, *Gloſſ. in cap.* 1. *de Colluſ. deteg.*

85 Renunciatio quando fieri poſſit à Moniali poſt tacitam Profeſſionem, *Congr. Conc. in Camerinen. Renunciationis* 2. *Auguſti* 1721.

86 Repetitio: Quod debetur, & ſi benignè remittitur, non tamen iniquè repetitur, *can. Quod debetur* 14. *q.* 2.

87 Repetitio: Il ripetere ſpeſſe volte le ſteſſe coſe, è proprio della paſſione, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 24. *cap.* 11. *num.* 4.

88 Repletio omnis mala, panis autem peſſima.

89 Reprehendens acerbiùs aliorum cenſuram, ipſe caveat, oportet, ne juſtæ interea cenſuræ locum det, *Germon. de veter. rer. Francor. diplom. c.* 5. *fol.* 297.

90 Reprobandi honeſtus modus: Ego verò, quamvis à doctiſſimo Viro valdè ægrè diſſentiam, exponam tamen rationes, quæ me movent, ut contrarium exiſtimem, & Lectori judicium relinquo, *Bellarmin. de Scriptor. Eccl. fol.* 234. loquens *de Card. Baron. circa Lib. Bedæ.*

91 Res magna difficilè geritur, quæ ſignorum præcurſione minimè declaretur, *Caſſiod. var. lib.* 12. *epiſt.* 19.

92 Reſcribendi modi: Ad D. Ponentem, juxta mentem; vel: Ad D. Secretarium cum Sanctiſs. important, primum, ut ille explicet Parti id, quod Tribunal noluit ponere in ſcriptis; ſecundum verò, ut Princeps ſit informatus de negotio, quod geritur, vel illud ſua authoritate confirmet, *Rot. in Tyburtina Fideicomm.* 2. *Martii* 1705. §. *Ratio coram Anſald.*

93 Reſignatio illa, in qua quis aſſeruit, aliunde commodè vivere poſſe, nulla eſt, ſi id non verificetur, *Rot. in Adrien. Canonicatus* 7. *Maji* 1706. §. *Rurſus coram Kaunitz.*

94 Reſolutiones Sac. Congregationum furtivè obtentæ, & non expreſſa facti ſerie, non attenduntur, *Rot. dec.* 102. *à num.* 15. *par.* 19. *recent.*

95 Reſolutiones Sac. Congregationum aliquando non approbantur à Papa, ut practicavit Alexander VII. teſte *Card. de Luc. diſc.* 35. *de Præemin.*

96 Reſolutiones Sac. Congregationum non attenduntur, quando ſunt in terminis diverſis, *Rot. dec.* 1069. *in fin. coram Emer. jun.*

97 Reſolutiones Sac. Congregationum ſi non publicentur, attendi non debent, *Sylveir. Opuſc.* 2. *de Declar. Card. n.* 8. Ultimæ autem ſemper prævalent prioribus, *Sylveir. ubi ſupra num.* 11. *Pignatell. conſult.* 107. *n.* 14. *tom.* 1. juxta Romanam impreſſionem.

98 Reſolutiones Sac. Congregationum approbatæ à Papa, dicuntur Conſtitutiones Apoſtolicæ, *Card. de Luc. de Regalib. diſc.* 32. *num.* 5.

99 Reſolutiones Sac. Congregationum corruunt, corruente fundamento, ſub quo emanarunt, *Rot. dec.* 274. *nu.* 11. *par.* 17. *recent.*

100 Reſolutiones Sac. Congregationum dicuntur conſtituere rem judicatam, *Rot. in Tarentina Canonicatus* 11. *Decembris* 1716. §. *Unde coram Foſcar.*

101 Reſolutionibus etiam particularium Congregationum deferendum eſt pro cauſis ſimilibus, rationibus adductis *à Rot. dec.* 214. *à num.* 6. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *in Placentina Cathedralitatis* 22. *Junii* 1703. *in fin. coram Molin.*

102 Reſpondere: Teſtor mediatorem Jeſum, invitum me, & repugnantem ad hæc verba deſcendere, & niſi tu provocares, ſemper taciturnum fuiſſe; denique noli accuſare, & ego ceſſabo deſendere, *S. Aug. contra Rufin. lib.* 3. *cap.* 3.

103 Reſpondere compellor, ne videar tacendo crimen agnoſcere, & lenitatem meam malæ conſcientiæ ſignum interpretetur, *S. Hieron. adverſus Rufin. lib. 3. inter ejus Oper. tom. 2. fol.* 350.

104 Reſpondere: Nolo mihi ille reſpondeat, cujus autoritas opprimere poteſt, docere non poteſt, *S. Hieronym. ad Domn. Apologet.*

105 Reſpondere: Qui arguitur in pluribus, & in diluitione criminum aliquid prætermittit, quidquid tacuerit, confitetur, *Sebaſtian. à S. Paulin. in Appendic. ad Motiv. Jur. §. 1. n. 3.*

106 Reſpondere: Non ego tibi, ſed cauſa cauſæ reſpondit; & ſi culpa eſt reſpondiſſe, quæſo patienter feras, multò major eſt provocaſſe, *S. Hieroym.* ſequutus *à Sebaſtian. à S. Paul. in Appendic. ad Motiv. Jur. §. 16. ſeu ult. num.* 155.

107 Reſpondere: Quandoque ob alienam inſcitiam eò vilitatis reducimus intellectum, ut ipſiſmet hominum deliriis reſpondere cogamur, *Caſareg. ad Stat. Jan. reſol.* 8. *nu.* 1. *fol.* 429.

108 Reſpondendum eſt cathegoricè ſcriptis maledicis, juxta dictum *Philippucc. de Cult. confuſ. in præfat. cap.* 4. *fol.* 39. Ibi: *De atrociſſimis criminibus accuſatus, remiſſe, & frigidè reſpondendo, vel illa non penitus execrari, vel ab iis non omnino immunem ſe eſſe videtur oſtendere.*

109 Reſponſio mollis frangit iram, & ſermo durus ſuſcitat furorem, *Proverb.* 15. 1.

110 Reſponſio: Mi vergogno di riſponderli, eziamdio con convincerlo, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 21. *cap.* 13. *num.* 15.

111 Reſponſio: Le riſpoſte ambigue ſono proprie di chi nè vuol che la coſa ſi faccia, nè vuol dichiarargli di proibirla, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 2.

112 Reſponſio: Con longhiſſime parole ſuol rendere riſpoſte chi vorrebbe ſoddisfare ancora negando, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 15. *cap.* 4. *num.* 3.

113 Reſponſio interpretari debet ad limites petitionis, *Rota in Romana Pecuniaria* 11. *Junii* 1706. §. *Ejuſdem relevantia coram Molin.*

114 Reſponſio: Domini conſtanter cenſuerunt prædictum objectum eſſe adeò leve, & omnibus deſtitutum juris principiis, ut neque confutationem promereatur, *Rot. in Romana Immiſſionis* 11. *Januarii* 1715. §. *final. coram Anſald.*

115 Reſponſio: Vide quid egenis, quid præoccupare voluiſti, ne nos ita diceremus, ſed quid feciſti, niſi ut bis diceretur, *S. Auguſt. contra Litter. Petilian. cap.* 42. *fol.* 106.

116 Reſponſionis repentinæ comes eſt pœnitentia.

117 Reſponſiones ironicas Curialibus, excedentibus modeſtiæ fines, multas tranſcribit *Pellegrin. in Prax. Vicar. par.* 4. *ſect.* 15. *à num.* 12.

118 ut Reſponſum congruum accipere poſſis, inſere pacti exemplum, *leg. Ut reſponſum, Cod. de Tranſact.*

119 Reſtitutio: Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, *D. Auguſt. epiſt.* 54. *ad Macedon. & cap.* 4. *de Regul. jur. in* 6.

120 Reſtitutio: Sub pœna reſtitui dignum eſt, quod improbata temeritate conſtat extortum, *Caſſiod. var. lib.* 4. *epiſt.* 27. *circa fin.*

121 Reſtitutio in integrum concedenda eſt Moniali, poſt quinquennium reclamanti, quando illo durante reclamare non potuit, *Cong. Conc. in Pacen.* 19. *Decembr.* 1722. de qua *in tom.* 5. *par.* 1. *diſcept.* 17.

122 Reſtitutio in integrum quando concedenda non ſit Religioſo illam petenti, *Congr. Conc. in Veneta, ſeu Brixien.* 7. *Februarii* 1721. de qua *in tom.* 5. *part.* 1. *diſcept.* 12.

123 Reſtitutio in integrum an danda ſit in caſu quo Conſtitutiones mandent, Religioſum profitentem cum aliquo defectu habituali, ſtatim expelli poſſe, *Congr. Conc. in Friſingen. Reſtitutionis in integrum* 19. *Maji* 1703. de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 25. Affirmativè idem dubium reſolvit *ead. Sac. Congr. in Neapolitana* 8. *Auguſti* 1716.

124 Reſtitutio in integrum adverſus lapſum quinquennii datur Mulieri reclamanti adverſus ſuam Profeſſionem, quando conſtat de vi, metuque, quibus mediantibus emiſſa fuit, *Congr. Conc. in Biſuntina Reſtitutionis in integrum* 9. *Septembris* 1713. *& in Januen.* 13. *Aprilis* 1715. *& in Ligonien.* 20. *Septembris ejuſdem anni*, de quibus *in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 2. *&* 4.
Urſaya Miſcellaneum.

125 Reſtitutio in integrum concedenda eſt Religioſo impedito reclamare intra quinquennium, non attenta renovatione Votorum, vi propriæ Regulæ quolibet anno facta, *Cong. Conc. in Melevit. Reſtitut. in integrum* 29. *Apr.* 1722. de qua *in tom.* 2. *p.* 2. *diſcept.* 21.

126 Reſtitutio in integrum quando ſit concedenda Religioſo reclamanti poſt quinquennium, *Congr. Conc. in Neapolit. Reſtitut. in integrum* 7. *Decembris* 1718. de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 6.

127 Reſtitutio in integrum danda eſt Religioſo, qui Profeſſionem emiſit non completo anno 16. ſuæ ætatis, *Cong. Conc. in Neapolitana Reſtitutionis in integrum* 10. *Aprilis* 1723.

128 Reſtitutio in integrum adverſus lapſum quinquennii datur Moniali, quæ ex legitima cauſa reclamare non potuit intra d. quinquennium, *Cong. Conc. in Mantuana Reſtitut. in integrum* 7. *Decemb.* 1715. *&* 28. *Martii* 1716. de qua *in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 20. *& in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 9.

129 Reſtitutioni in integrum locus non eſt, quando non probatur metus, *Cong. Conc. in Neapolit. Nullitatis Profeſſionis* 9. *Septemb.* 1724.

130 Reſtitutioni in integrum locus eſt, quando Monialis Profeſſionem per vim, & metum emiſit, non obſtante longo lapſu temporis, *Cong. Conc. in Malacitana Nullitatis Profeſſionis* 15. *Maji* 1723.

131 Reſtitutione in integrum obtenta à Sac. Congreg. Concilii, cæremoniales remanent actus, faciendi in Curiis Epiſcopalibus, *Congr. Conc. in Mantuana* 21. *Febr.* 1717. de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 9.

132 Retractare turpe tibi eſt ſæpiùs, quod feceris, & judicium tuum frequenter periclitari non decet, *S. Bernard. de Conſid. ad Eug. l.* 4. *c.* 5.

133 Retractatio Teſtis operatur, ut nulla fides danda ſit priori depoſitioni, *Rot. in Roſſanen. Parochialis* 19. *Januarii* 1711. §. *Hujus generis coram Criſpo.*

134 Retractatio poſt factum ſera eſt, & omnia facienda cum conſilio, & poſt factum non pœnitebit, *S. Bernard. de Conſid. ad Eugen. l.* 4. *c.* 5.

135 Retributio: Mus in pera, Serpens in gremio, & Ignis in ſinu, malam retributionem ſolent ſuis hoſpitibus exhibere, *cap. Etſi* 13. *de Judæis.*

136 Revelantes credita incerta, & ignota, in præmium revelationis conſequi poſſunt tertiam partem rei revelatæ, *Rot. in Romana Ceſſionis* 3. *Decembris* 1706. *in fin. coram Molin.*

137 Reverentia debetur etiam à non ſubditis, ratione dignitatis perſonæ, *Rot. dec.* 415. *num.* 5. *par.* 18. *rec. quæ declaratur in dec.* 741. *ead. par.* 18.

138 Reverentiale jus quando debeatur Epiſcopo, *Card. de Luc. de Juriſd. diſc.* 35. *num.* 7. *& Rot. dec.* 111. *à num.* 14. *par.* 5. *rec. tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 1.

139 Revertere: Nemo ad id ſerò venit, unde nunquam, cùm ſemel venerit, potuit reverti, *Seneca.*

140 Revocare. Vide *Sedes Apoſtolica.*

141 Revocare quidquid quis ſua voce faſſus fuit, indignum reputatur, *leg. Generaliter, C. de non numer. pecun. Adden. ad dec.* 282. *num.* 15. *par.* 9. *rec. & Rota deciſ.* 403. *num.* 8. *par.* 19. *recent.*

142 Reus nullas in ſe culpas timet, quas habere reſpexit cognitorem, *Caſſiodor. var. lib.* 6. *epiſt.* 21. *poſt med.*

143 Reus non eſt ſtatim, ac quis accuſatur; ſed qui convincitur criminoſus, *can. Sciſcitantibus* 25. *quæſt.* 8. *& can. Non ne* 8. *quæſt.* 4.

144 Rex regnat ſolus, cur non regit omnia ſolus?
Qui regit, & regitur, rectius ille regit, *Epigram. ſelect. var. fol.* 149.

145 Rex extra Patriam vel maximus haud habet ullum,
Imperium; in Patria nemo Profeta fidem, *Inſtit. crimin. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 135.

146 Rex Solium, Doctor Cathedram, Judexque Tribunal
Poſſidet, ac Sedem Præſul, Prætorque Curule.

147 Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

148 Ridentem dicere verum, quis prohibet? *Juven.*

149 Ridiculus: Paupertas nihil in ſe durius habet, quàm quòd homines ridiculos faciat, *Juven. Satir.* 6.

150 Ridiculo ſermone, tanquam Sale, utendum eſt, *Socrat.*

151 Ridiculis ejus utor verbis, *Theo. Fab. lib.* 4.

152 Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat, *Prov.* 14. 13.

153 Riſu, & ſilentio potiùs, quàm confutatione dignum, *Mag. de Div. Offic. & Chor. diſquiſ.* 2. *fol.* 393.

154 Ritus aliqui, etiamſi in deſuetudinem abierint, omnea

Digitized by Google

tamen noſſe intereſt, ſi non ad reſtituendam, certè ad illuſtrandam antiquitatem, *Mabilon. in Muſæo Ital. in Præfat. tom. 2.*

155 Rixæ: Ira parat rixas, rixæ vertuntur in enſem: Enſis dat vulnus, vulnera ſæpè necem.

156 *Rogo* verbum moleſtum, & oneroſum eſt, demiſſoque vultu dicendum, *Senec. de Benef. lib. 2. cap. 5.*

157 Rogare: Et ſi non dederis, Cæſar, permitte rogari,
Offendunt nunquam thura, preceſque Jovem, *Martial. ad Cæſar. Domitian. lib. 8. cap. 24.*

158 Rogare: Nemo fortiter negantem iterùm rogavit, *Senec. lib. 2. decl. 7.*

159 Roma: Quemadmodum Terræ Flumina, quamvis ampla, & profunda, nomen amittunt, ingreſſa Mare: ita Doctores, Domi clari, & inter ſuos illuſtres, Romanam adeuntes Curiam, inter majora lumina nomen, & lucem amittunt, *Pius II. apud Chartar. in epiſt. apud Galleſ. de reſtitut. in integr.*

160 Roma: Servierant tibi Roma priùs Domini Dominorum,
Servorum Servi nunc tibi ſunt Domini.

161 Roma caput Mundi, & ſi vertitur, omnia vincit.

162 Roma Domus fiet, Vejos migrare Quirites,
Si non & Vejos occupat iſta Domus.

163 Roma tibi ſubito motibus ibit amor, *Ordine retrogrado ſignificat idem.*

164 Roma non ſæculari tantùm poteſtate ſublimis, ſed Religionis ſucceſſione venerabilis, *S. Ambr. de Nativ. S. Joann. Bapt.*

165 Roma: Omnis Romanæ cedant miracula Terræ,
Natura hìc poſuit quidquid ubique fuit, *Propert. eleg. 21.*

166 Roma caput Orbis, & glorioſiſſima Urbs appellatur *in l. Nemini, C. de Conſul. & non ſpargend. lib. 10.*

167 Si Roma deliquerit, quæ Civitas non fiat excuſabilis? *Caſſiod. var. lib. 10. epiſt. 13. poſt princ.*

168 Roma nulli ſit ingrata, quæ dici non poteſt aliena; illa eloquentiæ fœcunda Mater, illa virtutum omnium latiſſimum Templum, *Caſſiod. var. l. 4. epiſt. 6. in fin.*

169 Roma: Interrogatus Ormiſda, quid de Roma ſentiret; id tantùm ſibi placuiſſe, ajebat, quod homines etiam ibi morerentur, *Ambian. Marcell. lib. 16. cap. 10.*

170 dum Romæ conſulitur, Saguntum expugnatur, *Anſald. dec. 76. num. 19.*

171 Romæ omnia venalia, ipſaque Urbs etiam peritura, ſi emptorem inveniſſet, *Saluſt. de Bell. Juvenal. Satir. 3.* ibi: *Omnia Romæ cum pretio.*

172 Romæ habitatio: Præfero mihi ambulatiunculas meas Romanas omnibus tuis Præfecturis, ac Dignitatibus, *Reſponſio Ciceronis ad Atticum.*

173 Romam Legum Domicilium, Gymnaſium Litterarum, Curiam Dignitatum, Verticem Mundi, & Patriam libertatis, *Sidonius* appellat, *Caſſiod. var. lib. 11. in Not. variar. lib. 2. §. 2.*

174 Romam deſerere, cùm in ea poſſis conſtitutis laribus habitare, piaculi genus eſt, *Caſſiodor.* ſequutus *à Piazz. in Proœm. Hierarch. Card.*

175 Romani antiqui, gens inſueta paci, tumultui aſſueta; immitis, & intractabilis, & uſque adhuc ſubdi neſcia, niſi cùm non valeant reſiſtere, *S. Bern. de Conſider. ad Eugen. lib. 4. cap. 1.*

176 Romani: Cæteri Scriptores, cùm lucubrationes ſuas in lucem proferunt, propriæ duntaxat exiſtimationis periculum ſubeunt; Romani ſuis Scriptionibus Urbis, quæ caput eſt Orbis, famam quodammodo in diſcrimen adducunt, *Germon. de Art. ſecern. antiq. diplom. cap. 6. fol. 357.*

177 Romani minus ſoliciti ſunt obſervandi ea, quæ Romæ fiunt, ac ſint exteri, *Rot. in Romana Juris Tumulandi 5. Martii 1703. §. Et quod allegata coram Priol.*

178 Ronconius vocatur Advocatus eximiæ virtutis, *à Rot. in dec. 345. n. 7. coram Celſ.*

179 Rota videre non ſolet ſcripturas illas, quæ diſtribuuntur die Dominica antecedenter ad Rotam, ut teſtatur *in Burgi S. Sepulchri Beneficii 12. Junii 1702. in fin. coram Molin.*

180 Rota reverenter ſuſcipit, & exequitur Oracula Sac. Congregationum, ut teſtatur *in Januen. Profeſſionis 3. Julii 1702. §. Et quamquam coram Molin.*

181 Rota articulos juris ſemper evitare ſolet, ubi poteſt quæſtionem ex facto decidere, ut teſtatur *in Comen. Cappellania 31. Martii 1702. §. Fruſtraque coram la Tremoill.*

182 Rota nullum dare ſolet reſponſum, quando diſtribuuntur Memorialia ſine præcedenti ſubſcriptione dubiorum, ut ſe declaravit *in Romana Primogenituræ de Caſarinis 11. Decembris 1698. §. final. coram Molin.*

183 Rota facilè reſpondere ſolet pro informante, quando nemo comparet, ut teſtatur *in Pampilonen. Juris ſedendi 28. Febr. 1707. §. Prout coram Anſald.*

184 Rota demandare ſolet aliquando, ut defenſores meliùs circa punctum cauſæ ſcribant, ut videre eſt *in dec. 115. par. 2. diverſ.*

185 Rota aliquando ſolet ſe referre ad doctrinas allegatas ab Advocatis, ut videre eſt *in dec. 771. in fin. coram Seraphin.*

186 Rota Romana rotat, *Creſcent. deciſ. 8. num. 1. de Appellation.*

187 Rota aliquando reſolvit cauſas potiùs ex rationibus ab ipſa inventis, quàm ſequendo defenſorum allegationes, ut teſtatur *in dec. 1160. num. 7. verſ. Quibus oſtendit par. 3. diverſ.*

188 Rotæ omnes Auditores votare debent, quando fit per partes compromiſſum, et debent acquieſcere uni, vel duabus deciſionibus Rotalibus, *Rot. dec. 161. nu. 12. apud Conſtantin. ad Stat. Urb.*

189 Rotæ deciſio probat concluſionem in ea firmatam, quamvis ab illa fuerit receſſum, ſi concluſio revocata non ſit, *Rot. deciſ. 119. n. 13. p. 18. & deciſ. 80. num. 5. par. 19. recent.*

190 Rotæ deciſio, loquens contra communem opinionem, non attenditur, ut teſtatur *in deciſ. 516. num. 25. part. 18. recent.*

191 Rotæ deciſiones quando allegantur, obſervandum eſt diligenter, an emanaverint utraque parte informante, rationibus adductis *à Cardin. de Luc. de Jurepatron. diſc. 47. num. 3.*

192 Rotæ votum exquirere aliquando ſolent Sac. Congregationes, ut teſtatur *in Bononien. Tranſactionis 16. Novembris 1705. §. final. coram Anſald.*

193 Rotæ Auditores, quando non benè viderunt ſcripturas, abſtinere ſolent à votando, etiamſi ſint Correſponſales, *Put. dec. 3. ante fin. lib. 3.*

194 Rotæ ſententiam aliquando ſolet approbare Papa, ut videre eſt *in Conſtitut. 82. Greg. XIII.*

195 Rotæ Auditores ſolent paribus modo, & ſolertia jus dicere, tam in maximo, quàm in minimo, *Rot. in Romana, ſeu Mexicana 27. Novembris 1705. in fin. coram Anſald.*

196 Rotæ Auditores facilè mutant opinionem, quando veritas poſteà detegitur, ut teſtatur *in Romana, ſeu Savonen. 17. Martii 1706. §. Igitur coram Anſald.*

197 Rotæ integritas in eo reſidet, quòd libenter à reſolutis recedit, agnita veritate, *Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 58. in fin.*

198 Rotæ deciſiones ſupponendæ non ſunt, quando corruit ſuppoſitum, ſub quo emanarunt, vel data fuit facultas illas impugnandi, *Benincaſ. deciſ. 360. n. 4. & 5.*

199 Rotales deciſiones præbent normam impoſterum judicandi, *Romana Juris Tumulandi 5. Martii 1703. in princ. coram Card. Priol.*

200 de Rubeis Cameræ Apoſtolicæ Advocatus, ætate, ingenio, profunda doctrina, & ſumma in omnibus eruditione, inter primos Europæ viros venerandus dicitur *à Card. de Luc. de Feud. diſc. 5. n. 12.*

201 Ruber: Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.

202 Rubionus eſt Author apocriphus, quia nunquam ſua ſcripta typis tradidit, *Cappon. diſcep. 154. n. 34.*

203 Ruinus in ſuis Conſiliis aliquando lumen Solis in media nocte probare nititur, *Card. de Luc. de Donat. diſcurſ. 52. n. 9.* ubi, quòd fuit nimiùm lucri cupidus, & veritati parùm amicus.

204 Ruſtica progenies neſcit habere modum.

205 Ruſticationes autumnales aliquo modo neceſſariæ ſunt, *Anſald. in Addit. ad deciſ. 94. ſub n. 28.*

206 Ruſticari: Non eget aliquis agrorum amœnitate, cui datum eſt de Urbe cuncta proſpicere, *Caſſiod. variar. l. 12. epiſt. 15.*

207 Rutilius in exilium miſſus, conſolanti eum ob brevem reditum, reſpondit: *Malo, ut Patria exilio meo erubeſcat, quàm ut reditum mæreat, Senec. de Benefic. l. 6. c. 37.*

§. PRI-

§. PRIMUS.

Romana Confinium Regionum Urbis Columnæ, & Trivii.

PRævio receſſu à deciſis videtur declarandum, Palatium Excellentiſs. Domus de Comitibus contineri, & comprehenſum eſſe inter Confines Regionis Columnæ, non autem Trivii, quia nullo modo ſubſiſtunt ſuppoſita illa cum quibus exadverſo proceſſum fuit in præterita Cauſæ propoſitione.

Non enim ſubſiſtit primum innixum atteſtationi Sanctes Randanini, Scribæ Senatus, quod idem Palatium contineatur ſub Regione Trivii. Quia ad id aſſerendum juxta ejus meram credulitatem motus fuit *da un Libretto manoſcritto, che tengo appreſſo di me, nel quale vengono deſcritti tutti li Confini, e Recinti di quatordici Rioni di Roma &c. ſcritto dell' anno* 1630. *&c.* aſſerendo ulteriùs, motum fuiſſe à quadam Planta, in Urbe impreſſa anno 1676. necnon ab aſſertivis aliquorum *delli Capitori paſſati, e preſenti.*

Cùmque nullum ex dd. motivis, ab eo adductis, ſubſiſtat, vel relevet, meritò eidem Teſti nulla fides adhibenda eſt, juxta theoricam *Bald. in leg. Conventicula* 26. *Cod. de Epiſc. & Cler.* ſequutam à *DD.* citatis *in deciſ.* 731. *num.* 22. *& ſequ. coram Dunozet. jun. & deciſ.* 153. *num.* 4. *coram Beninc.* Ibi: *Certum eſt, quod dicta Teſtium de jure veniunt regulanda à ratione, quam reddunt, itaut ſi ea ſit inefficax, talis quoque reputari debeat illorum depoſitio, & in Camerina Dotium* 23. *Februarii* 1682. §. *Præſertim coram Rondinino.*

Non ſolùm autem inefficax eſt ratio, ab illo adducta, *appoggiata ad un Libretto manoſcritto*, ab eodem aſſervato; ſed illa ad hominem retorquetur, & bonum jus Principalis mirabiliter comprobat. Eo quia in dicto Libro, ſeu Deſcriptione Circuituum Regionum Urbis, hæc leguntur reſpectu Confinium Regionis Trivii: *Madonnella di Monte Cavallo, Fontana di Trevi, Cornaro* (hoc eſt Palatium, olim Domus Corneliæ, hodie verò Domus Pamphiliæ) *Chiavica del Bufalo, S. Andrea delle Fratte ſin dietro a mano drita ſino a Porta Pinciana, &c.* Quæ verba ſunt adeò clara, adeòque cubitalia ad oſtendendum, quod Regio Trivii non comprehendat Palatium Domus de Comitibus, poſitum à parte oppoſita Palatii Domus Pamphiliæ, ut mirum certè videatur, quod contrarium ex talibus verbis inferri poſſit.

Concordat uſque ad minutias cum dicta Deſcriptione Circuitus Regionis Trivii, alia deſcriptio Circuitus Regionis Columnæ, quæ in eodem Libro continetur, in illo ſiquidem aſſeritur, Regionem Columnæ tranſire *per le Murate, Fontana di Trevi, Marcheſe di Piano* (hodie DD. de Bentivolis) *Bufalo, S. Andrea delle Fratte ſino à Porta Pinciana a mano manca.*

Cùm enim Fons Trivii, & Eccleſia S. Andreæ de Fractis ponantur pro communibus Confinibus utriuſque Regionis, cum intermediatione Palatii DD. de Bentivolis reſpectu Regionis Columnæ, & cum intermediatione Palatii Domus Pamphiliæ reſpectu Regionis Trivii, videtur prorſus impracticabilis alter tranſitus à Fonte Trivii ad Confine Eccleſiæ S. Andreæ de Fractis, niſi per lineam incipientem ab eodem Fonte Trivii, & tranſeuntem prope Eccleſiam S. Mariæ de Trivio, necnon ante januam Domus Marchionis Piani, hodiè DD. de Bentivolis, & terminantem in manu ſiniſtra dictæ Eccleſiæ S. Andreæ de Fractis.

Sicuti è contra non eſt facilis aſſignatio alterius tranſitus ab eodem Fonte Trivii ad d. Eccleſiam S. Andreæ de Fractis, niſi per lineam, ab eodem Fonte incipientem, & priùs tranſeuntem ante d. Palatium Pamphilium, deindè per Cloacam de Bubalo, & terminantem in d. Eccleſia S. Andreæ de Fractis à manu dextera uſque ad Portam Pincianam, ut conſideranti manifeſtum eſt, & evindens remanet ex Planta, inter informandum oſtendenda, necnon applicantur communia illa axiomata, quod probatis extremis, hoc eſt Fonte Trivii, & Eccleſia S. Andreæ de Fractis, media, ideſt Domus, & Palatia poſita inter extrema, præſumuntur, & includuntur inter eadem extrema, de quibus in noſtris terminis, *Rot. deciſ.* 226. *num.* 24. *part.* 16. *recent.* & generaliter *in Reatina Fideicommiſſi de Clavellonibus* 15. *Maji* 1705. §. *Potiſſimam coram Anſald. & in Bovinen. Archipresbyteratus* 10. *Martii* 1700. *in fine coram Aldrovando.*

Ad evidentiam uſque comprobantur hæc ex ſola lectura, & recognitione Libri, cui titulus *Roma Sagra e Moderna, fol. mihi* 313. ubi non poterat doctiſſimus Author clariùs excludere Palatium Excellentiſſimæ Domus de Comitibus à Regione Trivii, quàm incipiendo viam à Fonte Trivii, & proſequendo illius continuationem per viam illam, quæ ducit ad Conventum Cappuccinorum, ibi: *Queſto Rione porta per impreſa tre Spade in Campo Roſſo, principiando il ſuo giro dalla Fontana di Trevi, per la Strada de Cappuccini al Colleggio Nazareno, inanzi S. Andrea delle Fratte &c. Dalla Strada de' Cappuccini dalla Fontana di Trevi*; igitur non per oppoſitam viam à Fonte Trivii ante Palatium controverſum, ut conſideranti manifeſtum eſt.

Quanta autem fides danda ſit eidem Libro, ſeu Deſcriptioni Capitolinæ, aſſervato ut ſupra ab ejus Officialibus ad præciſum effectum cognoſcendi Circuitus, & Confinia uniuſcujuſque Regionis Urbis, de ſe patet; ſive conſideretur illius antiquitas, dum compoſitus fuit ab annis 91. ex firmatis per *Rot. deciſ.* 37. *&* 38. *per totam apud Novar. in Summ. Bullar.* cum quibus proceſſit *S. Congr. Conc. in Fulginaten.* 2. *Octobris currentis anni* 1721. fidem dando ſimplici copiæ Relationis Epiſcopi Camajani ex quo agebatur de Scriptura antiqua aſſervata in Archivio Curiæ Epiſcopalis Fulginei.

Sive conſideretur illius exiſtentia inter alios Libros ejuſdem Cameræ Capitolinæ, ab illius Officialibus retentos, & conſervatos, per ea quæ notant adducti *à Gratian. diſcept. for.* 137. *n.* 12.

Sive approbatio ejuſdem Libri, exadverſo facta mediante productione atteſtationis Scribæ Senatus, ſe referentis ad eundem Librum, juxta firmata per *Rot. in dec.* 137. *num.* 13. *par.* 12. *& deciſ.* 172. *num.* 19. *par.* 18. *recent.*

Sive ſolitum DD. Viarum Præſidum regulandi controverſias circa Confines uniuſcujuſque Regionis ad formam ejuſdem Libri, quod ſolitum in facto concludenter probatur. In jure verò illud magnificiunt Doctores, adducti *in dec.* 212. *num.* 3. *&* 4. *par.* 17. *recent.*

Eſt autem prorſus inſubſiſtens detorſio illa, quæ legitur in contraria Scriptura, ibi: *Ideoque quidquid ſit, an hæc folia ſint illa eadem deſcriptio exiſtens in Capitolio, id tamen nec à longè facit arguere, quod dictus Purpuratus uſus fuerit memoratis foliis.*

Hæc enim reſponſio data fuit, non lecto Billetto Auditoris ejuſdem Card. à Nobis exhibito, quia in illo dicitur, clar. mem. Card. Grimaldum ſemper uſum fuiſſe eadem deſcriptione, ibi: *Quì uniti ſono li fogli della diviſione delli Rioni di Roma, con la quale la chiara mem. del Signor Card. Grimaldi ſi regolava nel tempo ſteſſo che fu Preſidente delle Strade*: in controverſiam proinde deducere talem regulam, ſeu uſum dictæ Capitolinæ Deſcriptionis, comprobatam ab atteſtatione ejus Auditoris, idem eſt, ac Solem in meridie controvertere.

Sive univerſalis conſuetudo omnium Capitum Taurorum, & Commiſſariorum Viarum recurrendi ad eundem Librum, *vertendo qualche differenza nelli noſtri Rioni, sì in tempo di Sede vacante, come in altri tempi*, ex animadverſis per *Rotam in dec.* 2026. *num.* 3. *cor. Coccin.*

Sive demum præoculis habeatur inſigne Teſtimonium celeberrimi Vaticanæ Bibliothecæ Scriptoris, diligentiſſimi antiquitatum Romanarum Indagatoris, & fideliſſimi juriſdictionis Capitum Regionum Deſcriptoris, *Floravant. Martinell. in Lib. Manuſcripto*, *cui tit. Deſcriptio Urbis, ſeu ejus Regionum*, cujus particula data fuit in Summario, quæ Manuſcripta celeberrimorum Authorum allegari valent, & omnem merentur authoritatem, & venerationem, ex animadverſis per *Fagnan. in cap. Cùm veniſſent num.* 73. *de Judic.* ubi quod in tantùm non allegantur frequenter, quia non facilè multiplicantur, ſicuti Libri impreſſi, cum aliis citatis in meis *Inſtitut. crimin. lib.* 4. *tit.* 8. *a num.* 102. quibus addo *Rot. in dec.* 18. §. 1. *apud D. de Proſper. de Territ. ſeparat.*

Idem enim *Martinellus*, non ſolùm in eodem Libro mentionem facit ejuſdem Capitolinæ Deſcriptionis, quam refert, & ſequitur; ſed addit ulteriùs tres circumſtantias, quæ nimis conſiderabiles ſunt ad noſtrum effectum. Primam, quod eandem Deſcriptionem habuit ab Angelo Giardino, tunc temporis Fiſcali Capitolino, quod digito oſtendit, nedum illius authenticitatem, ſed longè majo-

majorem anteriotitatem temporia, quæ in Sciptutis præoculis haberi ſolet pro fide majori eis præſtanda ex ſupra animadverſis.

Secundam, quòd eadem Deſcriptio, ſeu Liber, non fuit compoſitus pro curioſitate, vel notitia Eccleſiarum, vel rerum in una, vel altera Regione exiſtentium; ſed unicè, ſeu reſtrictivè ad oſtendendam juriſdictionem Capitum Regionum.

Tertiam, demùm, quod idem doctiſſimus Author non dedit totaliter fidem contentis in eodem Libro, niſi poſtquam cum illo præ manibus, deambulando per omnes Vicos, omneſque Plateas Urbis, obſervavit, & diligenter perſcrutatus fuit omnia, in illo deſcripta, quas operationes, & maximas diligentias commendabili ingenuitate omnibus aperuit in Epiſt. ad Lectorem ſequentibus verbis: *Nel principio mi raffreddò la confoſione delli Confini di ciaſcun Riene, conſiderando la Deſcrizione del Popolo Romano, datami dal Signore Angelo Giardini, Fiſcale allora di Campidoglio, la quale era indirizzata a dimoſtrare ſolamento la giuriſdizione delli Caporioni, e non per deſcrivere cio, che in ciaſcun Rione ſi conteneva: Ma vedendo dopo varie diligenze da me fatte, non poter fabbricare ſopra fondamento ſicuro, riſolſi terminare li Rioni in certezza di tali Confini, che foſſero abili a mantenere le Chieſe, &c.* Ulteriùs quod ad eundem effectum non ſolùm ſequutus fuit metodum traditam ab Octavio Pancirolo, de quo infrà, ſed ulteriùs, *fo neceſſario paſſeggiare la Città per ogni Vicolo, Strada, Piazza, e Contrada, per oſſervare, numerare, e notare il tutto, e queſto non potendoſi fare ſenza totale libertà della perſona, fui neceſſitato aſpettore la temperie della Staggione, acciò, ſchivando il fange, e le pioggie, poteſſi oſſervare le Porte, e li Tetti di ciaſchedun Edificio, li quali mi parevano evidente ſegno dell'unità loro. Sicchè negli anni 1641. e 1642. tra la Primavera, e l'Eſtate raggirando la Città tutta* (notentur quælo ſequentia verba) *perfezzionai queſta Deſcrizzione.*

Et propterea perfecta hæc Deſcriptio unicè directa, & præcisè compoſita ad oſteodendam juriſdictinem unius cujuſque Capitis Regionis Urbis, ſeu punctualiſſima autboritas hujus celeberrimi Autboris babenda eſt pro caſu legis juxta communem omnium DD. & Sac. Rotæ opinionem, ut videre eſt apud *Anſald. dec. 43. num. 13.* ibi: *Simplex Doctor magis in individuo differens, & firmans caſum, nullumque habens contradictorem, pro Lege tenendus eſt, & dec. 93. num. 11. coram eodem*, ibi: *Fulcita punctualitate doctrinarum, qua in hac obſcuritate Judiciorum habet vim Legis, & deciſ. 106. num. 7. par. 18.* ibi: *Quando non extat qui contradicat, Doctoris deciſio dicitur caſus Legis, & deciſ. 21. num. 9. par. 19. recent.* ibi: *Cùm hucuſque nemo alius allegetur Doctor, qui contradicat, eorum deciſio dicitur caſus Legis, & in Giennen. Juris votandi 2. Julii 1706. §. Quod indubitanter coram Kauniz*, ibi: *In judicando ſequenda eſt authoritas etiam unius Doctoris, in illis circumſtantiis contradictore carent.*

Itaut cùm in contrario Reſtrictu nullus allegetur Author, vel Doctor, qui contradicat, ſerena fronte dicere poſſumus cum *Lactant. de Falſ. Relig. lib. 1. cap. 9. Qui Nos mentiri putat, proferat alios, quibus credamus Anthores, qui nos doceant.*

Abſque ulla prorsùs difficultate, dum è converſo ſeducimus multos alios celebres Authores, & Hiſtoricos, tam antiquos, quàm modernos, concordantes in hac parte cum dict. Libro, aſſervato à Miniſtris Cameræ Capitolinæ, & cum punctualiſſima authoritate d. Martinelli, inter quos *Octavius Pancirolus nelli Teſori noſcoſti nell'Alma Città di Roma*, in Urbe impreſſo anno 1600. *fol. mihi 146. & fol. 593.* in Deſcriptione Regionum Columnæ, & Trivii. Alter *Liber*, cui titulus, *Deſcription de la Ville de Reme par F. D. P. tom. 2. fol. mihi 112. verſic. de Derrier S. Claude*, Lugduni impreſſo anno 1690. *Alter Liber* in Urbe impreſſus anno 1700. cui titulus, *Deſcrizzione di Roma moderna, &c. con le autorità del Cardinale Ceſare Baronio, Alfonſo Ciacconio, Antonio Boſio, ed Ottavio Panciroli, e di altri celebri Scrittori, &c. diſtinta in 14. Rioni, &c. tom. 2. fol. 350. & fol. 408. & Franciſcus Poſterla in Libro*, cui titulus, *Roma Sagra, e moderna, &c. con le più fedeli autorità del Baronio, del Ciacconio, del Panciroli, e di altri gravi Autori, &c. diviſa in 14. Rioni, &c.* in Urbe impreſſo anno 1707. *fol. mihi 313. 369.* Qui omnes Authores in Deſcriptione Regionum Columnæ, & Trivii adunguem concordant cum d. Libro aſſervato in Camera Capitolina, & cum dicta authoritate, & teſtimonio Martinelli, quod eſſe indubitatum ſignum, & optimum argumentum veræ hiſtoriæ, per hæc verba notavit *Joſeph Hebræus lib. 1. contra Appionem*, relatus *in Crit. Pelid. fol. 2. & 5. Veracis hiſtoriæ indicium eſt, ſi de rebus iiſdem omnes eadem ſcribant, & dicant*, & generaliter quod hiſtoricis præſtanda ſit fides habemus *Textum in leg. 1. in princ. ff. de Offic. Præfid.* ibi. *A quibuſdam Scriptoribus traditum eſt*, & notant adducti per *Bertacchin. vot. deciſ. 141. nom. 11. & Rot. deciſ. 502. n. 2. coram Dunozett. jun. & dec. 24. n. 8. cor. Ubag. & dec. 395. n. 9. cor. Emer. jun. & deciſ. 316. num. 5. par. 24 rec.*

Nec relevat, quod aliqui ex iſtis Hiſtoricis à moderno tempore ſuos labores Typis dederint, & conſequenter non mereantur integram fidem; objectum enim verum eſt de illis Hiſtoricis, qui ſcripſerunt poſt litem motam, & ad rem gratam faciendam Collitigantibus, juxtà *deciſ. 17. n. 15. 16. coram Arguelles*; ſecus verò de illis Hiſtoricis, quamvis modernis, qui ſcripſerunt ante litem motam, ut in præſenti verificatur; præcipuè quando concordant cum aliis Hiſtoricis antiquioribus, juxta præciſos terminos noſtri caſus.

Obſervando præcipuè, quod multi ex dd. Authoribus ſunt in Urbe nati, & educati, quæ circumſtantia illorum fidem auget, ut ampliat *Rot. in dec. 396. num. 11. p. 17. rec.* Quodque illorum Libri impreſſi fuerunt in eadem Urbe, & propterea applicantur ea, quæ in ſimillimo caſu his verbis notavi *in tom. 3. mearum diſcept. Eccleſ. part. 2. diſcept. 1. §. 4. n. 6. Fortiùs quia illorum hiſtoria non fuerunt impreſſa in China, vel in ultima Thule, ſed in ipſamet Civitate Neapolis, in qua proindè facilè convinci poterant de mendacio, ſi ea, qua in dd. eorum hiſtoriis circa qualitatem Monaſterii S. Joannis Baptiſtæ continentur, vera nullatenus eſſent.* Et concordat *P. Segn. nella Predic. 7. num. 8.* ibi: *Quando ogn'uno rimproverar lo potea di grandiſſimo temerario, ſe nulla di ſuo capovi aveſſe alterato, o aggionto, non che mentito.*

Omnia hæc videntur intra evidentiæ fines ponere bonum jus Principalis, & tamen ad omnem abundantiorem cauthelam concurrunt ulteriùs multæ aliæ demonſtrationes ejuſdem veritatis, quarum

Prima deſumitur à Teſtamento clar. mem. Card. S. Honuphrii, qui de anno 1628. reliquit ſcuta 25. quolibet menſe in tot panibus erogandis Pauperibus Regionis Columnæ; qui panes à d. tempore uſque ad hodie diſtributi ſemper fuerunt illis Pauperibus, qui moram fecerunt propè Palatium Excellentiſſimæ Domus de Comitibus, ut juſtificatum fuit in Summario.

Quæ circumſtantia non benè attribuitur exadverſo obſcitantiæ, ſeu negligentiæ attentiſſimorum Miniſtrorum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, quæ fuit, & eſt hæres dicti Card. S. Honuphrii; talis enim negligentia prorsùs improbabilis eſt, ſive habeatur reſpectus ad inſignem quantitatem Panis, quolibet menſe, ut ſupra, diſtribuendam; ſive ad qualitatem pauperrimarum Perſonarum, & numerum Familiarum, quibus diſtribuitur eadem menſtrua eleemoſyna; ſive ad attentionem qualificatorum Miniſtrorum dictæ Sacræ Congregationis, ſive demum ad majeſtatem ejuſdem, cui non ſine incivili nota, negligentia adeò ſupina attribuitur in executionem Teſtamenti unius ex ejus inſignibus Benefactoribus, ut Conſideranti manifeſtum eſt.

Secunda, ex ſolito Tribunalis Viarum regulandi reaptationem Viarum ad tenorem deſcriptionis Capitolinæ. Conſtans enim in facto eſt, quod in reaptatione Viarum Regionis Columnæ adnotatur Palatium Excellentiſſimæ Domus de Comitibus, non autem in alia Regione Trivii.

Tertia, ex ſolito Deputatorum Ven. Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ Urbis, à cujus Deputatis pro Regione Columnæ viſitatæ fuerunt Puellæ, vel moram facientes in eodem Palatio, vel propè illud, ut juſtificavimus in Summ.

Cui contraponi non meretur atteſtatio D. Comitis Bolognetti; iſte enim loquitur de una, vel altera viſitatione, *fatta da alcuni anni*, qui in illa non ſpecificantur, & poſſunt eſſe paucæ, & factæ cum illa credulitate, cum qua proceſſit Scriba Senatus; & propterea contraponi non poteſt atteſtationi DD. Marii Piccolomini, & Joannis Baptiſtæ Magnoni, ſpecificantium innumeras viſitationes, ab eis factas ab anno 1707. uſque ad annum currentem 1721.

Quaſ-

Quarta, atteſtatio Parochi Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Via.

Quinta, atteſtatio Medici Regionis Columnæ.

Sexta, ex ſolito Capitum noſtræ Regionis Columnæ, mittentium Milites ad pulſandum Tympanum tempore Sedis vacantis per illas Vias, quæ includunt, & circumdant Palatium Excellentiſſimæ Domus de Comitibus.

Septima, ex tranſitu tempore Sedis vacantis *con la Ronda, e Rondino continuamente, e quanto a me pareva avanti il Palazzo dell'Eccellentiſſimo Signor Duca di Poli, ſenza che incontraſſi mai oppoſizione alcuna*, quem fecerunt Milites Regionis Columnæ, juxtà atteſtationes exhibitas in Summ.

Octava, intimatio Artificum, exiſtentium circumcirca Palatium Excellentiſſimæ Domus de Comitibus in ultima Sede vacante per Mandatarium Curiæ Capitolinæ, facta ad aſſiſtendum *alla Ronda del Rione di Colonna*, effectu punctualiter ſubſequuto, abſque ulla contradictione, oppoſitione, vel recurſu Adverſarii, & quod magis eſt, abſque eo, quod iidem Artifices nunquam ab eo fuerint requiſiti pro aſſiſtentia præſtanda Capiti Regionis Trivii.

Non attenta fide, quod aliqui Milites Regionis Trivii: *Nel girare la ſera al tardi, paſſando per la Piazza dell'Eccellentiſſima Caſa Poli trovavamo alle volte aperta la Bettola, poſta ſotto il Palazzo, che abitava Monſignor Accoramboni, e la facevamo ſerrare*: Hæc enim dicitur operatio de facto, exercita noctis tempore ab armatis Militibus, quibus reſiſti non poterat ab inermi, miſerabilique homuncione, exercente *la Bettola*, quæ proindè in nulla conſideratione habenda eſt in conflictu dictæ juridicæ intimationis, à Mandatario Curiæ Capitolinæ ut. ſer. factæ Artificibus, aliiſque habitantibus propè Palatium, de quo eſt quæſtio, ad concomitandum, & eorum ſervitium præſtandum Capiti Regionis Columnæ, non autem Trivii.

Quæ omnia ad noſtrum effectum unitim conſiderata juxta regulam, de qua *Barboſ. vot. deciſ. 16. num. 56. & Rota in Firmana, ſeu Senogallien. 27. Junii 1718. §. Præmiſſo coram R. P. D. Corio*, nullum omninò dubium relinquere videntur ad noſtrum effectum, atque in illorum concurſu in nulla prorsùs conſideratione habenda eſſet Planta, ſeu Deſcriptio Regionum Urbis indicata in dicta Atteſtatione Scribæ Senatus.

Et tamen pro alia adæquata reſponſione ſubdimus, quod, cùm eadem Deſcriptio, ſeu Planta, facta non fuerit, vel Judicis authoritate, vel de mandato Summi Pontificis, vel ad inſtantiam Romani Senatus, ſed impreſſa fuerit pro burſali intereſſe ab Artifice, nullam aliam habente à Superioribus permiſſionem, quàm remotionem illius obſtaculi, quod continetur in Regulis Indicis, mirum certè videtur, quod exadverſo adducatur ad faciendam authoritatem ex eo, quod à Scriba Senatus, vel ad propriam eruditionem, vel pro ornamento ſui Cubiculi in iſto retineatur appenſa, ut in facto probamus in Summario, & in jure egregiè obſervat *Fagnan. in cap. Cùm veniſſent n. 74. de Judic.* ibi: *Mirum vero eſt, quàm parvo delectu hoc Sæculo allegentur Doctores quotquot Typis fuerunt excuſſi, etiam ad deciſionem Cauſarum, quaſi imprimendi licentia æqualem infundat omnibus authoritatem*, ſequutus in meis *Inſtit. Crimin. lib. 4. tit. 18. num. 103.* & loquendo in ſpecie de Impreſſore dictæ Plantæ, obſervat *Conſtantin. ad Statut. Urb. tom. 2. annot. 62. à num. 64.* ubi refert Reſolutiones Congregationum particularium circa Privilegium imprimendi dictas Cartas ab iiſdem Impreſſoribus obtentum.

Cæterum, ſi noſtra quæſtio mediantibus Cartis & Geographicis Deſcriptionibus decidenda eſſet, non deeſt altera ſolemnior, & magis authentica Planta, ſeu Deſcriptio Regionum Urbis ejuſdem Impreſſoris, in qua Palatium Excellentiſſimæ Domus de Comitibus, cohærenter ad Deſcriptionem Capitolinam, & authoritates Hiſtoricorum ſuprà citatorum, ponitur in circuitu, & intra fines Regionis Columnæ, ut videre eſt in dicta Carta, in Urbe impreſſa anno 1680.

Et tamen in dicta alia magnificata Carta, ſeu Planta exadverſo exagerata, non dicitur Palatium Excellentiſſimæ Domus de Comitibus poſitum eſſe in Regione Trivii, ſed ſolùm quod ſitum ſit poſt Fontem Trivii, ibi: *Palazzo Colonneſe dietro Fontana di Trevi*, ut legere eſt in dicta Planta, & refert Scriba Senatus in dicta atteſtatione, quod nullatenus probat ſituationem intra Regionem Trivii, ea ratione quod *dietro la Fontana di Trevi*, & ſic poſt confine utrique Regioni commune, non ſolùm adeſt Palatium controverſum, ſed etiam aliud Domus Pamphiliæ, quæ Palatia, ut ſupra probavimus, non ſunt ſub unica, ſed duplici Regione, Columnæ nimirum, & Trivii.

Ultra quod Author ejuſdem Plantæ compoſitæ, ut dicit Scriba Senatus anno 1676. nimis craſsè erravit, quia eodem anno idem Palatium erat Ducis Ceri, non autem Domus de Comitibus, ad quam tranſivit poſt duos annos, nempè anno 1678. ut refertur *in Romana Hæreditatis, ſeu Reintegrationis ſuper Multiplici penſionum Palatii 17. Martii 1719. §. Ipſa pariter coram Illuſtriſſimo Urbis Gubernatore*.

Omnium demum debilior eſt alter color, cui innititur fides dicti Scribæ Senatus, *per averle inteſo dire dalli Caporioni paſſati, e preſenti*, in cujus comprobationem adducta fuit atteſtatio Joſephi Lepri, aſſerentis ſibi ipſi, *come Capitano de Caporioni*, vigore Statuti competere facultatem aſſignandi Confines cuilibet Capiti Regionis.

Proceditur enim exadverſo in hac parte cum æquivoco manifeſto, quia aliud eſt, quod eidem Officiali, *come più anziano, e per conſeguenza più pratico de' Confini de Rioni*, juxta verba Statuti competat præcedentia, ſeu prælatio in explicatione Confinium Regionum Urbis, in concurſu aliorum Capitum Taurorum, & conſequenter minùs informatorum, quod ultrò admittimus; aliud verò, quod circa mutationem, innovationem, vel novam Deſcriptionem Confinium earumdem Regionum attribuatur eidem vulgatum illud Platonis, *Ipſe dixit*, quod eſt prorsùs inſubſiſtens, ne dicam ridiculum.

Cæterum recognitis facultatibus Capitanei Capitum Taurorum repertum fuit illius facultates expiraſſe, uti confirmatas à Senatu Populoque Romano non indefinitè, ſed dumtaxat per totam diem 30. Decembris 1720. ut juſtificamus in Summario, & propterea allegare facultates jam revocatas, ridiculum qualificavit *S. Rot. in dec. 1620. num. 4. coram Coccin.*

Verba illa, *a mano dritta, ed à mano manca*, quæ leguntur in dicta Deſcriptione, non benè detorquentur exadverſo, & ſine ullo fundamento applicantur parti ſiniſtræ, & parti dexteræ Fontis Trivii, quia illa appoſita fuerunt ad diſtinguendas Regiones Trivii & Columnæ ab Eccleſia S. Andreæ de Fractis uſque ad Portam Pincianam, non autem illas partes dictarum Regionum, quæ intercedunt inter Fontem Trivii, & dictam Eccleſiam S. Andreæ de Fractis, ut Legenti manifeſtum eſt.

Poterat omitti reflexio, deducta ab his verbis, quæ in contrario Reſtrictu vocantur Oraculum, *Regione bona veniet enſis evaginatus*, applicata digniſſimæ, communique plauſu concluſæ electioni Sanctiſſimi D. N. ac ſi intelligenda ſint de tribus enſibus, qui ſunt inſignia Regionis Trivii.

Ultra quod enim dicta vaticinia, Venetiis impreſſa anno 1646. non videntur eſſe indubitatæ fidei, ex animadverſis per *Bordon. in Manual. S. Offic. ſect. 38. n. 59. & 60.* ſequutum *in meis Inſtitut. crim. lib. 3. tit. 3. n. 50. e 51.*

Strictè dicimus, quod contraria interpretatio quantum diſcordat in numero enſium, quia vaticinium loquitur de uno, & inſignia Regionis Trivii continent tres enſes, tantum concordat cum alia communi interpretatione, denotante electionem Sanctiſſimi Domini Noſtri ſequutam fuiſſe die Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli, qui non tres, ſed unicum habet in manibus gladium evaginatum.

Non regit in facto animadverſio, quod Regio Trivii deſumat ſuam denominationem à Fonte taliter denominato, ut promptitudine verè mirabili aſſeritur in contraria Reſponſione. Sed *ſi dice di Trevi così correttamente pronunciandoſi in voce di Trivie, voce latina, che ſignifica un luogo dove fanno capo tre vie*. Sunt verba celeberrimi Panciroli in Libro inſcripto *Teſori naſcoſti, &c. fol. mihi 146.* & concordant alii Authores ſupra citati.

Factum Curſorum aliquam mereretur animadverſionem, ſi in diſtributione Citationum ſequerentur ordinem, & numerum quatuordecim Regionum Urbis, de quibus *Gloſſ. in leg. prima, §. ultimo Urb. regionum ff. de Offic. Præfid.* cum aliis apud *Fenzon. ad Stat. urb. lib. 1. cap. 18. per tot.* ubi tranſcripſit antiquiſſimam Inſcriptionem,

Digitized by Google

nem, quæ omnium oculis expoſita eſt in Capitolio ſub Porticu Palatii DD. Conſervatorum, & *Honuphr. Pancirol. in Comment. Reipubl. Roman. cap. 1. de Verb. Regionib.* Quod cùm nullatenus faciant, ſed jure cerebellotico multiplicent 14. antiquas Regiones uſque ad numerum decem & novem, illorum proinde factum confundit potiùs, quàm diſtinguat confines dictarum 14. Regionum, ut de ſe patet.

Notarii quando ſtipulant Inſtrumenta, non ſpeculantur Confinia Regionum, minùſque perluſtrant Mappas, vel Libros, in quibus de illis habetur ſermo; ſed ſtant Partium relationi, vel regulant denominationem Regionum ab illis confuſis notitiis, quas habent.

Reflexio, quod enumeratio, & exacta diſtinctio Regionum Urbis facta fuerit à Floravante Martinellio ad ipſius arbitrium, non autem cum totali perfectione, ut prætenditur exadverſo inferri ex illis verbis Epiſtolæ ad Lectorem Italico Sermone, *Stabiliti nella mia idea li Confini di ciaſcun Rione, fù neceſſario paſſeggiare la Città.*

Reſponſio enim deſumitur à ſequentibus illis verbis; *Si che negl' anni 1641. e 1642. tra la Primavera, e l' Eſtate raggirande la Città tutta, perfezzionai queſta Deſcrizzione.* Ex quibus patet, quod eadem Deſcriptio non fuit ſimplex idea ejuſdem Authoris, ſed redacta ad opus perfectum, poſtquam ab eodem propriis oculis recognitæ fuerunt omnes Plateæ, Viæ, & Vici, componentes Regiones Urbis.

Aſſertio illa contrariæ Reſponſionis, quòd ſicuti in Deſcriptione Capitolina Regionis Columnæ expreſſum fuit Palatium *del Marcheſe di Piane*, hodie DD. de Bentivolis, quod eſt minùs conſpicuum; ita quoque enunciatum fuiſſet in eadem Deſcriptione, & Regione magis celebre intermedium Palatium, de quo eſt quæſtio, ſi in eadem Regione poſitum eſſet; participat de natura illius diſcurſus, quem fecit Judex ille, mihi probè notus, poſtquam audivit longam informationem Advocati, his verbis: *Dio perdoni à queſto Teſtatore, poteva parlar più chiaro, e così non ci ſarebbe lite.* Nullatenus enim præſens adeſſet controverſia, ſi in dicta Deſcriptione Palatium, de quo diſputamus, oculis corporeis expreſſum legeretur: Cùmque neque etiam legatur expreſſum in Deſcriptione Regionis Trivii, hinc remanet videndum oculis mentis, & ex aliis partibus, & verbis ejuſdem Deſcriptionis judicandum, cuinam ex dictis duabus Regionibus ſubjectum ſit: Ex hucuſque autem animadverſis videtur nimis clarè probatum, illum ſubjectum eſſe Regioni Columnæ, prout Partibus acerrimè informantibus deciſum fuit d. anno 1751. à particulari Congreg. cujus reſolutio ſuum habuit effectum, neque ab illa Pars ſuccumbens appellavit.

PAce DD. exadverſo Scribentium permiſſum nobis ſit aſſerere, nullatenùs verum eſſe, quod Fons Trivii det ſuam denominationem Regioni, de qua eſt quæſtio; hoc enim eſt ſolemne, & ſolemniſſimum æquivocum, quod non probamus exclamationibus, & præſumptionibus, vulgique opinione, ut ex adverſo fit, ſed mediantibus authoritatibus clariſſimorum Authorum ſupra citatorum, quibus addimus Deſcriptionem Romæ modernæ *fol. mihi 351.* ibi: *Fù dunque corrotta dal Volgo queſta parola Trevi, dovendoſi dire Trivio, da tre Vie principali, &c.* Quæ veritas tantæ virtutis taliſque efficaciæ eſt, ut admiſſa legatur in contraria ſcripturis, his verbis, *Signanter in Regione Trivii non deſcribit unam ex tribus principalibus Viis, quæ dederunt nomen Trivio.*

Si igitur tres Viæ, ducentes ad Fontem Trivii, dederunt illi hoc nomen juxta omnium Authorum placitum, & etiam ex admiſſis per exadverſo Scribentes, eſt mera vanitas prætendere, quod talis denominatio deſumatur à nomine Regionis; eſtque ulteriùs nimis inſubſiſtens aſſerere, quod ex hac parte dicta contraria prætenſio admittatur, eo tempore, quo nunquam id aſſerere ſomniavimus, & quod magis eſt, eo tempore quo oppoſitum probavimus authoritate claſſicorum DD. quibus nihil exadverſo reſpondetur. Ejuſdem prorſus farinæ eſt alter contrarius prætextus obſervantiæ. Hæc enim mirabiliter retorquetur contra Adverſarium ex adductis ſupra, ubi illam probavimus. Ex ſolito, & operationibus Miniſtrorum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, non per unum, vel alium actum, ſeu annum, ſed per longiſſimum ſpatium annorum 91. & ter vices 4738. eo quia 52. vicibus quolibet anno diſtribuitur panis pauperibus Regionis Columnæ relictus à clar. mem. Card. S. Honuphrii. Ex ſolito Tribunalis Viarum. Ex Praxi Ven. Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ. Ex Atteſtatione Parochi Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Via in diſtributione eleemoſynarum Pauperibus Regionis Columnæ. Ex ſimili Atteſtatione Medici ejuſdem Regionis Columnæ. Ex ſolito in omnibus Sedibus Vacantibus practicato à Capitibus noſtræ Regionis. Ex tranſitu Militum ejuſdem Regionis ante Palatium controverſum d. tempore Sedis vacantis. Ex facto demum, aliis omiſſis, & legali operatione Mandatarii Curiæ Capitolinæ, intimatis habitantibus propè d. controverſum Palatium ad aſſiſtendum *alla Ronda, ed al Rondine del Rione di Colonna.* Qui actus in facto concludenter probati fuerunt in Summario, illorumque relevantia ſolidè innixa eſt authoritatibus allegatis ſupra.

Eò autem majorem, imò maximam, & ſuperlativam attentionem meretur d. æquè incontrovertibile, continuum, longiſſimum, & publicum factum, quinquaginta duabus vicibus quolibet anno publicè, & palàm repetitum, diſtributionis inſignis quantitatis Panium, facta ab æquè ingenuis, verſatiſſimis, & attentiſſimis Miniſtris Sacræ Congregationis de Propaganda Fide; ex quo illud non eſt voluntarium, ut gratis ubique dicitur in contrariis Scripturis, ſed merè neceſſarium, imò neceſſariiſſimum; quia non erat, neque eſt in facultatibus Miniſtrorum dictæ Sacræ Congregationis hæredis clar. mem. Cardin. S. Honuphrii ſui inſignis benefactoris, diſtribuere Panes Pauperibus Regionis Trivii, in præjudicium Regionis Columnæ, prædilectorum à dicto Cardinali.

Ea, quæ dicuntur de communi, & communiſſima fama uſque ad nauſeam exadverſo inculcata, & repetita, ſunt meræ exagerationes ad faciendam impreſſionem ex ſola vulgi opinione; videtur enim imperceptibile, quod eadem aſſerta fama, quæ qualificatur exadverſo pro vulgata, & vulgatiſſima, latuerit, & lateat illas qualificatas Perſonas, quæ ex officio tenebantur, & tenentur ſcire præciſos terminos Confinium Regionum Columnæ, & Trivii, quales ſunt Parochus S. Mariæ in Via in diſtributione eleemoſynarum pauperibus Regionis Columnæ, Medicus obligatus ad illis aſſiſtendum in eorum infirmitatibus, & dd. Miniſtri Congregationis de Propaganda Fide, ut ſupra obſervavimus.

Neque in hac parte attendenda eſt fama illa Vulgi, vulgariumque Perſonarum, quæ forſan viget apud illos Cicoriarios, & Bajulos, qui ſuam faciunt ſtationem apud dictum Fontem Trivii; ſed præferenda eſt illa, quæ in præteritum ſemper viguit, & de præſenti conſtanter viget apud Præfectum, & Miniſtros Tribunalis Viarum; apud Adminiſtratores celeberrimorum Locorum Piorum Urbis, hoc eſt Congregationis de Propaganda Fide, & Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ; apud Parochum; apud Medicum Rionis, & apud æquè doctos, & celebres Authores, & Hiſtoricos *Pancirolium, Martinellium*, & alios citatos ſupra, juxta celebre dictum *Ciceronis*, ſequutum *in diſcept. Eccleſiaſtic. tom. 1. par. 2. diſcept. 16. n. 254.* ibi: *Utrùm potiùs quærendum, quid Bajuli, an quid doctiſſimi ſenſerint?*

Deſcriptio Capitolina eſt Textus, cum quo decidi debet præſens cauſa; retineturque ab Officialibus Capitolinis ad præciſum effectum diſtinguendi confinia Regionum, ut probavimus ſupra, ex authoritate *Martinellii*, qui circa hoc teſtimonium hujus veritatis perhibuit ab annis 90. adducendo in alium Teſtem, omni exceptione majorem, Angelum Giardinum, tunc temporis Fiſcalem Capitolinum.

Cùmque exadverſo producta fuerit fides Scribæ Senatus, qui non ſolùm ſe refert ad dictam deſcriptionem Capitolinam, ſed illam adducit pro fundamento ſuæ credulitatis, non benè exadverſo in controverſiam hodie adducitur, quia ſcriptura, licèt informis (qui non ſunt noſtri termini) contra producentem perfectiſſimam facit probationem, atque importat manifeſtam, & claram confeſſionem omnium contentorum in ſcriptura producta, egregiè *Rota* cumulans concordantes *in dec. 251. nu. 10. coram Benincaſ.* ibi: *Juribus ab ipſomet Franciſco productis, quæ operantur in producente confeſſionem manifeſtam omnium in eis contentorum.*

Procedendo autem cum dicta Deſcriptione, quæ ad omnem bonam fidem extenſa fuit in parva Mappa, fidelibus oculis inter informandum exhibenda, res videtur

Digitized by Google

tur geographicè, ſeu mathematicè uſque ad evidentiam demonſtrata, ex latè animadverſis ſupra.

Eſt etiam tamquam particularis lex ad noſtrum effectum habenda punctualiſſima authoritas ejuſdem Martinelli; præcipuè quia cum illo concordant multi alii claſſici Authores, ibidem allegati.

Non regit in facto, quod Mappa, ſeu Planta exadverſo magnificata, retineatur in Capitolio, & in Officio Notarii Viatum pro regula cognoſcendi Confinia Regionum, dum id nullatenus exadverſo probatur; e converſo autem ex actibus judicialibus datis in Summario probavimus, Tribunal Viarum nullam omnino rationem habere ejuſdem Mappæ; prout etiam uſque ab anno 1681. tàm à Fiſcali, quàm ab aliis Officialibus in Curia Capitolina retineri dictam Deſcriptionem, non autem Mappam pro cognitione Confinium uniuſcujuſque Regionis; quidquid ſit, an modernus Scriba Senatus illam retineat pro ſua eruditione, vel pro ſui Cubiculi ornamento, idque cum longè minori impenſa, quàm ſit alia anni 1680. valoris quintuplo majoris.

Ad ſolius verò materiæ ornatum ſubdimus cum Sacra Rota *in Romana Prælationis* 28. *Januarii* 1692. §. *Quatenus coram clar. mem. Card. Cavallerino*, quod in his terminis laudari ſolet ingenium conficientis ſimiles labores, ſed nihil probant, quando illæ factæ ſunt altera Parte non audita, & non accedente Judicis præcepto, juxta animadverſa per *Adden. ad Burat. deciſ.* 367. *n.* 12. *& Card. de Luc. de Judiciis diſcurſ.* 24. *num.* 8. ſolidè ibidem obſervando, quod ſimilis Mappa habetur tanquam privata atteſtatio illius Authoris, quodque proindè ſubjecta eſt illis exceptionibus, quibus ſimiles informes Atteſtationes ſubjacent.

Exaggeratio elevationis, & expoſitionis Vexilli Regionis Trivii in Porta Palatii, de quo diſputamus, eſt actus ille recentiſſimus, qui cauſam dedit præſenti liti, & propterea nullatenus allegari valet pro illius deciſione, juxta notoria principia, de quibus *Rot. deciſ.* 128. *num.* 8. *coram Priol. & deciſ.* 169. *num.* 21. *coram Bich. & deciſ.* 331. *num.* 2. *p.* 15. *recent.*

Librorum, & Mapparum reimpreſſio non auget illarum fidem, poterant proindè exadverſo Scribentes non exaggerare duplicitatem contrariæ Mappæ, quæ in Urbe impreſſa fuit anno 1676. & reimpreſſa anno 1696. ut illarum ſimplex viſio, & ſola recognitio manifeſtè oſtendit.

Diximus verò, & conſtanter repetimus, quod dicta contraria Mappa, uti ſimplex, & confuſum Compendium, ut ita dicam, Regionum Urbis, poſtponenda eſt alteri ſolemniori, & maximæ Mappæ, in Urbe pariter impreſſæ anno 1680. in qua uſque ad minutias deſcribuntur, nedum omnia inſignia Palatia, omnes Papales Viæ, & omnes Plateæ, ſed etiam omnes Vici Urbis; & propterea ſi præſens Lis ex ſolis cartis Geographicis decidenda eſſet, applicarentur noſtris terminis ea, quæ aſſerunt Doctores de illis authoritatibus, quæ magis ſpecificè loquuntur, præferendis aliis, cum confuſione materiam tractantibus, ut videre eſt apud citatos *in deciſ.* 63. *n.* 1. *& deciſ.* 66. *n.* 4. *&* 18. *p.* 15. *recent.*

Dixi ſi *decidenda eſſet ex ſolis Cartis Geographicis*; quia, ut diximus, & iterum opportunè repetimus, cum noſtra ſolemniori Mappa concordat obſervantia Tribunalis Viarum, Locorum piorum, & aliorum, de quibus ſupra; & quod magis eſt concordant celebres Authores, quibus neque unicus, vel modernus Doctorellus allegatur, qui eis contradicat.

Juxta regulas Philoſophiæ vocatur petitio principii propoſitio illa, quod *Martinellus aliique Authores graviſſimè erraverint in hac individua materia Confinium dum poſuerunt Fontem Trivii in Regione Columnæ, quod eſt abſurdum, abſurdiſſimum, nec etiam prætenſum à Defenſoribus dictæ Regionis*: cùm enim hoc ſit illud ipſum de quo diſputamus, prorſus incongruum eſt illud aſſumere pro indubitato principio. Nobis autem non ſuppetunt termini denominandi, & qualificandi alteram partem ejuſdem propoſitionis, qua ſerena fronte aſſeritur, à Defenſoribus Principalis non prætendi, Fontem Trivii non eſſe terminum, & partem Regionis Columnæ, dum id ſemper diximus, hodiè repetimus, & in æternum continuabimus aſſerere, innixi authoritati textualis Deſcriptionis Capitolinæ, & clariſſimorum Authorum, per nos citatorum.

Ad debilitandam fidem dictæ Capitolinæ Deſcriptioni duo aſſeruntur ex adverſo. Unum quod ſit defectuoſa,

Urſaya Miſcellaneum.

ex quo in illa non legatur deſcripta Via, quæ ab Eccleſia SS. Vincentii, & Anaſtaſii ducit ad Viridarium Quirinale; aliud verò quod contineat labirintum aſſignando utrique Regioni pro Confinibus Fontes Trivii, & Eccleſiam S. Andreæ de Fractis, cum ſuppoſito, quod relinquat Diſcretioni Lectoris, per quam ſemitam incedendum ſit pro accingendo Confine dictæ Eccleſiæ S. Andreæ.

Neutrum tamen ſubſiſtit, non primum, quia in eodem Libro non deſcribuntur omnes Viæ, quæ reperiuntur in eadem Regione, ſed ſolùm eæ, quæ illas diſtinguunt, & propterea nulla aderat neceſſitas explicandi eamdem Viam, ex quo Regio Trivii, *da Porta Pinciana entra per Porta Salara, à Porta S. Agneſe ſtrada dritta, per Monte Cavallo innanzi à San Silveſtro, per le tre Cannelle S. Apoſtoli, per il Vicolo di S. Romualdo entra nel Corſo, &c. includendovi Piazza di Sciarra, in ſomma occupa il Circuito di cinque miglia*, ſunt verba deſcriptionis Romæ Sacræ, & Modernæ *fol. mihi* 313.

Patet igitur, quod non poteſt dici defectuoſa eadem deſcriptio ex omiſſione dictæ Viæ, dum illa incluſa eſt inter circuitum dictæ Regionis Trivii, in qua innumeræ aliæ adſunt Viæ, non explicatæ in dicta Deſcriptione.

Minorem habet ſubſiſtentiam ſecundum, quia eadem deſcriptio non relinquit meditationi Lectoris continuationem Confinium utriuſque Regionis à Fonte Trivii ad Eccleſiam S. Andreæ de Fractis, ſed cubitalibus litteris pro intermediatione Regionis Trivii ponit Palatium Domus Pamphiliæ, & pro intermediatione Regionis Columnæ ponit Palatium DD. de Bentivolis, quæ media digito oſtendunt comprehenſionem Palatii controverſi in Regione Columnæ, ut latè oſtendimus ſupra.

Quoad manus dexteram, & ſiniſtram, quæ leguntur in dicto Textu, ſeu Deſcriptione Capitolina, iterùm repetimus, quòd eadem verba non qualificant initium communis Confinis Fontis Trivii, ſed finem Regionum Columnæ, & Trivii, ab Eccleſia nimirum S. Andreæ de Fractis uſque ad Portam Pincianam, quod eſt adeò clarum, adeòque litterale, ut nil clarius, nilve magis litterale exprimi potuit ad id declarandum.

Informis fides ex adv. exhibita, nihil omninò probat, quia illius Author, qui ſe qualificat *per Cancelliere del Rione di Trevi*, aſſerit ſe tanquam Mandatarium *di avere intimato per la Ronda* per multas Vias, ibidem deſcriptas in genere generaliſſimo, nullam ſpecificando Apothecam, nullumque Artificem in individuo nominando, quem modum *Card. Pallavicinus in Hiſtor. Conc. Trid. lib.* 11. *cap.* 16. *num.* 7. vocat *maniera eccellente per non poter eſſer convinto di falſità*: Mandatarius verò Capitolii ſpecificat illas perſonas, quibus intimavit aſſiſtentiam, nempè Dominicum Fabium, Petrum Joſephum Titulum, Joannem Antonium Luccum, Ubaldum Gaudentium, Joannem Porcaſium, &c. & quod magis eſt, ſe refert ad Libercullum intimationum, ab eo retentum, cum ſpecificatione illorum dierum, in quibus illos monuit ad intereſſendum *alla Ronda*: Quod pariter juſtificamus cum depoſitione Aſſiſtentis, & Capitauri dictæ Regionis Columnæ. Et propterea eadem ſpecifica Atteſtatio omni jure præferenda eſt dictæ generali, & confuſæ contrariæ atteſtationi, ex allegatis *in deciſ.* 233. *num.* 19. *par.* 10. *recent.*

Reſponſionibus ſupra adductis adverſus facultatem Capitanei Capitum taurorum, addimus in præſenti, quod prætenſa facultas, eidem exadverſo attributa, non legitur in aliquo capite Statutorum Urbis, ſed nihil aliud ſunt (juxta proprium titulum) Conventiones à ſeipſis, & pro ſeipſis concluſæ, & ſtabilitæ, die 21. Decembris 1715. quàm *Ordini, & Capitoli da oſſervarſi da' Signori Conteſtabili, ò Capotori della Militia di Roma, quali unitamente convengono, promettono, e ſi obligano oſſervare inviolabilmente, e fare oſſervare l'infraſcritti Capitoli, &c. quali anche per maggiormente corroborare, e convalidare tutti li detti quattordici Capotori, componenti la detta Congregazione, umilmente ſupplicano l'Eccellentiſſimo Signor Senatore, &c. volerli ſottoſcrivere*, ſequuta approbatione ejuſdem Excellentiſſimi D. Senatoris, & Illuſtriſſimorum DD. Conſervatorum per ſex dumtaxat annos ſequentibus verbis, *Dummodò, &c. in detrimentum Reipublicæ non tendant, ſint licita, & honeſta, &c. approbamus, & ſervari mandamus per totam diem* 30. *Decembris* 1720.

T Ex

Ex quibus duo ad noſtrum effectum conſideratione digna ſunt; Primum, quod eædem ordinationes ſtabilitæ fuerunt à quatuordecim dumtaxat Perſonis, hoc eſt à totidem Capitibus Tauroruin, quorum multi neſcientes ſcribere, fecerunt ſignum Crucis; Secundum verò, quod illarum confirmatio expiravit die 30. proximè præteriti menſis Decembris 1720. Et propterea de ſe patet, an dicti quatuordecim Artifices, non Hiſtorici, non Legales, non Geographi, neque etiam ſcientes ſcribere, itaut de iis verificentur ea, quæ leguntur *Pſalm. 70. verſ. 16.* habuerint, & habeant effrænatam facultatem uni ex eorum cœtu talem poteſtatem attribuendi, ut poſſit Confinia Regionum Urbis, vel mutare, vel de novo conſtabilire, itaut quidquid in mentem eidem veniat, habeatur, ac ſi ineſſet ipſimet Statuto; & an poſt terminatum tempus, pro quo fuerunt confirmatæ, vigorem habeant.

§. SECUNDUS.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INter multiplices Paſtoralis Officii noſtri curas, quibus jugiter premimur, in illam peculiari ſtudio incumbimus, ut Apoſtolicæ Sedis, ac univerſalis Eccleſiæ, necnon etiam ſingularum Eccleſiarum, locorumque piorum, ac Perſonarum Eccleſiaſticarum jura ubique ſarta-tecta, ac illibata tueri, & conſervare, eaque adverſus quæcumque, per quæ illis aliquid detrimenti inferri poſſet, tradita Nobis Divinitùs poteſtate vindicare ſatagamus, ſicut omnibus maturè, ac debitè penſatis, juſtitiæ, ac rationi conſentaneum eſſe in Domino arbitramur. Cùm itaque ex quo primùm humilitatem noſtram inſcrutabili Divinæ ſuæ Providentiæ arcano in ſuprema Militantis Eccleſiæ ſpecula collocavit Altiſſimus, præ cæteris, quæ Pontificiæ noſtræ ſolicitudini ſeſe obtulere, negotiis, illa in primis graviſſima, ac Nobis, qui Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, ac florentiſſimum illius Regnum in viſceribus gerimus charitatis, permoleſta, & planè acerba acciderint, quæ ſive adverſus dicti Regni Eccleſiarum jura, ſive adverſus Romani Pontificis, & Eccleſiæ univerſæ authoritatem, nonnulli Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii ejuſdem Regni Eccleſiaſtici Viri in Comitiis Cleri Gallicani Pariſiis anno MDCLXXXII. congregati, tum præſtito inibi per eos extenſioni illius juris, quod vocant Regaliæ, ad omnes dicti Regni Eccleſias aſſenſu, tum edita ſubindè de poteſtate Eccleſiaſtica quatuor Propoſitiones continente declaratione, peregerunt, quæque ipſa Comitia ſubſecuta fuerunt mandata, arreſta, confirmationes, declarationes, epiſtolæ, edicta, & decreta quæcumque à quibuſvis perſonis ſive Eccleſiaſticis, ſive Laicis quavis authoritate, & poteſtate fungentibus edita, ſeu publicata, necnon quæ aliàs demùm nonnulla ab hinc annis in Regno præfato eidem Sedi Apoſtolicæ, Romanæque Eccleſiæ, ſeu quibuſcumque aliis Eccleſiis, Monaſteriis, & locis piis, illorumque reſpectivè perſonis, rebus, bonis, & juribus, ſeu aliàs juriſdictioni, vel immunitati, aut libertati Eccleſiaſticæ quomodolibet præjudicialia quovis modo peracta, ac geſta fuerunt: Hæc Nos, qui Jurium Eccleſiaſticorum aſſertores in Terris à Domino conſtituti ſumus, dies, noctesque in amaritudine Animæ noſtræ cogitantes, manus noſtras cum lacbrymis, & ſuſpiriis levavimus ad Dominum, cumque toto cordis affectu rogavimus, ut Nobis potenti gratiæ ſuæ auxilio adeſſet, quo ardua hac in re commiſſi Nobis Apoſtolici muneris partes ſalubriter exequi valeremus; eaque conſideratione adducti, ac ne Supremo Judici rationem villicationis noſtræ reddituri negligentiæ in credita Nobis adminiſtratione argueremur (quantùm Divina Bonitas dedit) nihil hucuſque prætermiſimus, quò præjudicialia præfata ab iiſmet, qui ea peregerant, ex animo retractarentur. Verùm, quo efficaciùs, ac uberiùs Sedis præfatæ, Eccleſiæ Univerſæ, Juriſdictioniſque, & Immunitatis, ac libertatis Eccleſiaſticæ, Eccleſiarumque, Monaſteriorum, & locorum piorum hujuſmodi, illorumque Perſonarum præfatarum indemnitati perpetuis futuris temporibus conſultum ſit, auditis quamplurium ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & nonnullorum in Sacra Theologia Magiſtrorum, ac etiam in Decretis Doctorum ad examen negotii hujuſmodi à Nobis ſpecialiter delectorum, qui illud maturè diſcuſſerunt, remque totam Nobis expoſuerunt, ſententiis, quantùm Nobis ex alto conceditur, providere volentes, ac fel. record. Innocentii Papæ XI. Prædeceſſoris Noſtri, qui occaſione reſcribendi ad litteras, quibus Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Eccleſiaſtici Viri ſupradicti de rebus ab ipſis geſtis certiorem eum reddiderant, per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis, die xi. Aprilis MDCLXXXII. expeditas litteras improbavit, reſcidit, & caſſavit quæ in dictis Comitiis acta fuerant in negotio Regaliæ, cum omnibus inde ſecutis, & quæ ſubindè attentari contigiſſet, eaque perpetuò irrita, & inania declaravit, veſtigiis inhærentes; necnon in dictis Comitiis anni M. DC. LXXXII. tàm circa extenſionem juris Regaliæ, quàm circa declarationem de poteſtate Eccleſiaſtica hujuſmodi actorum, ac etiam omnium, & ſingulorum mandatorum, Arreſtorum, Confirmationum, Declarationum, Epiſtolarum, Edictorum, Decretorum quavis authoritate ſive Eccleſiaſtica, ſive etiam laicali editorum, ſeu publicatorum, necnon aliorum quomodolibet præjudicialium præfatorum in Regno ſupradicto quandocumque, & à quibuſvis, ac ex quacumque cauſa, & quovis modo factorum, & geſtorum, ac inde ſecutorum quorumcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem de neceſſitate requirentium tenores, & datas etiam veriores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, & exactiſſimè ſpecificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula, quæ tam quoad extenſionem Juris Regaliæ, quàm quoad declarationem de poteſtate Eccleſiaſtica, ac quatuor in ea contentas propoſitiones in ſupradictis Comitiis Cleri Gallicani anno M. DC. LXXXII. habitis acta, & geſta fuerunt, cum omnibus, & ſingulis mandatis, arreſtis, confirmationibus, Declarationibus, Epiſtolis, Edictis, & Decretis à quibuſvis perſonis ſive Eccleſiaſticis, ſive Laicis quomodolibet qualificatis, quavis authoritate, & poteſtate, etiam individuam expreſſionem requirente, fungentibus, editis, ſeu publicatis, necnon reliqua omnia quotcumque, & qualiacumque eidem Sedi Apoſtolicæ, Romanæque Eccleſiæ, vel juriſdictioni, Immunitati, vel libertati Eccleſiaſticæ, ſeu aliàs Eccleſiis, Monaſteriis, & locis piis præfatis, illorumque reſpectivè perſonis, rebus, bonis, privilegiis, prærogativis, & juribus quibuſcumque quomodolibet præjudicialia in dicto Regno peracta, & geſta, cum omnibus, & ſingulis quandocumque, & quomodocumque inde ſecutis, & quocumque tempore ſecuturis, ipſo jure nulla, irrita, invalida, inania, viribuſque, & effectu penitus, & omninò vacua ab ipſo initio fuiſſe, & eſſe, ac perpetuò fore, neminemque ad illorum, ſeu cujuslibet eorum, etiamſi juramento vallata ſint, obſervantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, vel poſſidendi, aut præſcribendi cauſam, etiamſi longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſio, etiam citra ullam interpellationem, vel interruptionem ſubſecuta ſit, vel ſubſequatur, acquiſitum fuiſſe, nec eſſe, minùſque ullo tempore acquiri, & competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perindè ac ſi nunquam emanaſſent, vel facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuò haberi debere, tenore præſentium declaramus, & decernimus. Et nihilominùs ad abundantiorem cautelam, & quatenùs opus ſit, acta, & geſta præfata, aliaque præmiſſa omnia, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus improbamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu penitùs, & omninò vacuamus, & contra illa, deque eorum nullitate coram Deo proteſtamur. Decernentes eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, etiam ſpecifica, & individua mentione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, aut ullo modo juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque cauſa, colore, prætexto, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis,

tis, vel invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium, vel habere prætendentium conſenſus, aliove quocumque, etiam quantumlibet magno, ac incogitato, inexcogitabilique defectu, aut ex alio quovis capite à jure, vel facto, aut ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio reſultante aptari, impugnari, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci ullatenus poſſe; ſed ipſas præſentes litteras ſemper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ præfatæ Nuncios, alioſve quoſlibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, & in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quatenùs opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, legibus quoque etiam Imperialibus, & Municipalibus, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statùtis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, conceſſionibus, & litteris Apoſtolicis quibuſcumque locis, & perſonis, etiam Regali, & alia quavis ſive Eccleſiaſtica, ſive mundana Dignitate fulgentibus, & aliàs quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac Conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, & pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubique locorum, & gentium in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die quarta Auguſti MDCXC. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

I. F. Cardinalis Albanus.

In Nomine Domini Amen. Præſenti publico Inſtrumento Cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo primo, Indictione decima quarta, die vero trigeſima Januarii, Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Alexandri Divina Providentia Papæ Octavi anno ſecundo. Coram eodem Sanctiſſimo D.N. præſentibus, beneque audientibus, & intelligentibus Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis D.D.S.R.E. Cardinalibus Chiſio, de Alteriis, Carpineo, Columna, Nerlio, Caſanate, Mareſcotto, Urſaya Miſcellaneum. Capiſucco, de Laurea, Panciatico, Aſtallio, & Albano ad id ſpecialiter juſſu Sanctitatis Suæ convocatis, & congregatis, in Noſtrorum infraſcriptorum ejuſdem Sanctitatis Suæ, & S. Sedis Apoſtolicæ Protonotariorum de numero Participantium, Teſtiumque infraſcriptorum præſentia, Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Albanus Brevium Secretorum Sanctitatis Suæ Secretarius alta, & intelligibili voce, per extenſum, ac de verbo ad verbum, prout jacet, legit, & publicavit mandante eodem SS. D.N. ſupradictum Breve. Poſt cujus lecturam idem SS. D.N. dixit, & declaravit, ſe uſque, & ſub die quarta Auguſti proximè præteriti ſubſignaſſe minutam Originalem dicti Brevis, ejuſque publicationem hodierna die ut ſupra fieri mandavit. Super quibus omnibus, & ſingulis incontinenti ab eodem Eminentiſſimo D. Cardinale Albano nomine Sanctitatis Suæ Nobis fuit injunctum, ut unum, ſeu plura publicum, ſeu publica conficeremus, atque traderemus Inſtrumentum, & Inſtrumenta, prout opus fuerit, & requiſiti erimus, non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo. Actum Romæ in Palatio Apoſtolico Quirinali in Cubiculo Sanctitatis Suæ, præſentibus ibidem Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD. Petro Dragho Bartolo Patriarcha Alexandrino Præfecto Cubiculi ejuſdem Sanctitatis Suæ, & Marcello de Aſte utriuſque Signaturæ Referendario ipſius SS. D. N. Auditore Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis.

Ego Camillus Celleſius Protonotarius Apoſtolicus de numero Participantium de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi. In Fidem, &c.

Ego Proſper Coſtagutus Pronotarius Apoſtolicus de numero Participantium de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavo. In Fidem, &c.

S A

1 SAcco di oſſa: Venditio facta de aliqua re per un Sacco di oſſa, fieri ſolet pro modiciſſimo pretio, *Rota in Romana Ceſſionis* 3. *Decembris* 1706. §. *Tum demum coram Molines.*

2 Saccus verborum potiùs, quàm juris diſſertationes vocantur ſcripturæ illæ, quæ ſunt plenæ verbis, & non ſucco, *à Fattinell. reſponſ.* 56. *num.* 2. *tom.* 1.

3 Sacerdos dicitur quaſi Dans Sacra, Dos Sacra, Sacer Dux, & Sacra Docens, *Piazz. nella Gerarch. Card. fol.* 361.

4 Sacerdos conſtitutus in ætate annorum 30. eſt capax legati relicti pro ſtudiis legalibus, *Cong. Conc. in Romana ſeu Nicoteren.* 14. *Februarii* 1699. de qua *in tom.* 5. *p.* 1. *diſcept.* 21.

5 Sacerdos Regularis an poſſit præſentari ad Parochiam vacantem per obitum Sacerdotis Sæcularis, *Cong. Conc. in Ratisbonen. Parochialis* 18. *Maji* 1708. & 11. *Maji* 1709. de qua *in tom.* 3. *p.* 2. *diſcept.* 6.

6 Sacerdos, Epiſcopo inferior, non poteſt in Miſſa adhibere Miniſtrum aſſiſtentem, folia Miſſalis vertentem, Calicem tegentem, & detegentem &c. *Cong. Rit. in Fulginaten.* 29. *Julii* 1720. *apud Baptiſtell. in Synod. Fulginaten. in Append. fol.* 233. & 234.

7 Sacerdos obligatus ad celebrandam Miſſam pro commodo Monialium, vel Confratrum, non poteſt aliud ſtipendium recipere, applicando alteri eandem Miſſam, *Cong. Conc. in Alexandrina* 18. *Martii* 1719. *apud Baptiſtell. in Synod. Fulginaten. in Append. fol.* 251.

8 Sacerdos faciens ab altero celebrari Miſſam cum minori eleemoſyna, ac ſit illa, quam ipſe habuit, peccat mortaliter, non ſatisfacit ſuæ obligationi, & tenetur ad reſtitutionem, *Cong. Conc. in Anconitana* 5. *Julii* 1664. *lib.* 24. *Decret. fol.* 196. *tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 22. *à n.* 59.

9 Sacerdos non poteſt obtinere Lecturam Juris civilis ſine Apoſtolica diſpenſatione, *Congr. Conc. in Neapolitana* 19. *Martii* 1644. de qua *in l.* 15. *Decret. fol.* 296.

10 Sacerdos cui fuit data eleemoſyna pro Miſſa, non poteſt illam alteri Sacerdoti celebrandam dare cum minori eleemoſyna, etiamſi ſecundus Sacerdos id ſciat, & contentus ſit, *Romana Eleemoſyna* 23. *Auguſto* 1664. de qua *in tom.* 4. *p.* 2. *diſcept.* 22. *à n.* 62.

11 Sacerdotis depoſitio, quando eſt unica, non attenditur, *Rot. in Romana Filiationis* 5. *Maji* 1719. §. *In hypotheſi coram Card. Falconer.*

12 Sacerdotis ignominia eſt propriis ſtudere vitiis; *S. Hieronym. epiſt.* 2. *ad Nepotian.*

13 Sacerdoti ex morbo habenti taliter impeditam manum dexteram, ut non poſſit Sanctiſſimam Communionem ſumere, niſi ope manus ſiniſtræ, licèt irregulari ſolet ex gratia C. C. indulgere, ut ſumat Communionem cùm manu ſiniſtra, ut practicavit *in Conſentina* 13. *Julii* 1725.

14 Sacerdotes inſervire non debent Laicis in vilibus officiis, & præcipuè mulieribus, *Cong. Ep. in Encyclic. epiſt.* 16. *Martii* 1697. impreſſa *in Appendic. Syn. Baptiſtell. fol.* 168.

15 Sacerdotes ſimplices an poſſint cogi in Cathedrali ad aſſiſtendum functionibus Epiſcopalibus, vide *reſol. Cong. Epiſc. in Neritonen. ſervitii Eccleſia* 26. *Januarii* 1714. *Ponente Cardin. Parracciano*, de qua *in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 24.

16 Sacerdotes inſervientes alicui Eccleſiæ ſunt præferendi in Funeribus, *Rot. in Compoſtellana Praeminentiarum* 14. *Junii* 1717. §. *Agnoſcebant coram Criſpo.*

17 Sacerdotes novi Teſtamenti, non Parentum nobilitate, ſed pro vitæ ſuæ merito ſunt eligendi, nec attendendum quos Parentes habuerint, ſed cujus meriti ſint, *S. Anſelm. in Epiſt. S. Paul. ad Hebr. c.* 7.

18 Sacriſtiæ expenſæ ſpectant ad Epiſcopum, non autem ad Capitulum, *Congr. Epiſc. in Melphien.* 4. *Aprilis* 1704. de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 34.

19 Sacrum pingue dabo, non macrum ſacrificabo: Ordine retrogrado ſignificat oppoſitum.

20 Sacra legere, & non intelligere:
Hunc, qui ſacra legit, ſed non intelligit, Ani,
Nonne merum poſſes dicere ſacrilegum? *Epigr. ſelect. Var. fol.* 151.

21 Sagitta, quæ vulneravit, afferat opem, *Pius II. Conſt.* 10. *in proem.*

22 Saguntum expugnatur, dum Romæ conſulitur, *Anſald. deciſ.* 76. *n.* 19.

23 Sal primò debet poni, primòque reponi.
Sapit eſca malè, quæ datur abſque ſale.

24 Sal: Omnis menſa malè ponitur abſque ſale;
Vas cundimenti præponi debet edenti.

25 Sales tui ſint ſine dente, joci ſine vilitate, riſus ſine cachinno, vox ſine clamore, & inceſſus ſine tumultu, *Sen. de Quat. virt. tit. de Continent.*

26 Salarium non conventum, debetur ſolitis locare operas ſuas, quod ſolitum probatur etiam per unicam vicem, *Bertacchin. Vet. deciſ.* 67. *num.* 7. & *Ubald. deciſ.* 77a. *à num.* 1.

27 Saltantes ſimiles inſanis vocabat Alphonſus Aragoniæ Rex, cum hac differentia, quod inſanus talis eſt dum vivit, ſaltans dum ſaltat, *Lagunez. de Fructib. p.* 1. *cap.* 34. §. *Unic. n.* 93.

28 Saltatio, ſeu Chorea eſt circulus, cujus centrum eſt Diabolus, & circumferentia omnes Angeli ejus, *Cornel. à Lapid. ſuper Exod. c.* 5. *verſ.* 20.

29 Inter Salubria non ideo numeratur venenum, quia aliquando pro remedio fuit, *Senec. de Benefic. lib.* 2. *cap.* 8.

30 Salus hominum obſcura nimis eſt, temperies ex contrariis humoribus conſtans, ubi quidquid horum excreverit, ad infirmitatem protinùs corpus adducit, *Caſſiod. var. l.* 6. *Epiſt.* 19. *ante med.*

31 Salutis initium eſt, notitia peccati, *Senec. Epiſt. lib.* 3. *epiſt.* 28.

32 Saluſtius Tyberius fuit merus Practicus, & per annos 40. Notarius A. C. jura autem, quæ leguntur in ejus Praxi mutuò habuit à Coratio, id referente *Ridolphin. in Prax. p.* 1. *c.* 11. *n.* 67.

33 Salutatio: Mitto tibi Navem, prora puppique carentem, *Ave.*

34 Sanari quæ ratione non poterant, ſæpè ſanata ſunt tempore, *Martin. Epiſc. de Morib. poſt oper. Senec.*

35 Sanatoriæ Penſionum quando locus ſit favore illius, qui Matrimonium contraxit, antequam Indultum illam retinendi obtinuiſſet, *Congreg. Conc. in Regien. Penſionis* 19. *Septemb.* 1722.

36 Sanctitas: Il governo meglio ſi amminiſtra da una ſantità mediocre accompagnata da ſenno grande, che da una ſantità fornita di piccol ſenno, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 1. *c.* 7. *n.* 10.

37 Sanctum adeo nihil eſt, adeoque munitum, quod violari, & expugnari pecunia non poſſit.

38 Sanitas eſt omni theſauro Mundi charior.

39 Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus, *Eccl.* 31.

40 Sanitas eſt Pauperis patrimonium, *S. Aug.*

41 Sanguinis pretium dicuntur honoraria Curialium, Deum timentium, *Card. de Luc. de Emphyt. diſc.* 58. *in princ.* ſequutus *in Iſtit. crim. l.* 2. *tit.* 8. *n.* 105.

42 In Sanitate commiſſus error, eſt via ad ægritudinem, in ægritudine ad mortem, *Galen.* ſequutus *à Stell. del Tabacc. cap.* 41. *fol.* 476.

43 ad Sanitatem procurandam efficacior eſt ſimplicitas medicamentorum, quàm miſcellanea confuſionum compoſitio, magno mortalium & diſpendio, & damno introducta, *Adrian. Torneb.*

44 Sanus: Homo qui benè valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, & neque Medico, neque

45 Alipta egere, *Celſ. l.* 1. *c.* 43.

46 Sanum ne te dixeris, dolentem latera, hoc eſt, ne te dixeris bonum, malis innitentem, *S. Bern. de Conſider. ad Eugen. lib.* 4. *cap.* 5.

47 Sapere nulli caſu obtigit, *Senec. epiſt. l.* 10. *epiſt.* 77.

48 Sapere: Noli plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, *S. Paulus ad Rom.* 12. 3.

49 Sapiens aſſueſcit futuris malis, & quæ alii diu patiendo levia faciunt, hic levia facit, diu cogitando, *Senec. epiſt. l.* 10. *epiſt.* 77.

50 Sapiens non mutat conſilium, omnibus his manentibus, quæ erant, cùm ſumeret, *Senec. de Benef. lib.* 4. *cap.* 34.

51 Sapientis eſt temporibus cedere, & veluti in magna tempeſtate ventis obſecundare, aut vela contrahere, *Henric. Hordenoldule Prudent. c.* 451. *precept.* 7.

52 Sapientes: Quelli più degl'altri meritano nome di Sapienti, che hanno occhi da vedere, giudizio da notare, e bocca da tacere, *Boccalin. ne' Ragguagli di Parnaſ. cent.* 1. *raguag.* 36.

53 Sapientes ſunt, ut faciant malum, eloquentes, ut impugnent verum, *S. Bern. de Conſider. ad Eugen. lib.* 2.

54 Sapientia. Vide Simplicitas.

55 Sapientibus, & inſipientibus debitores ſumus, *S. Paul. ad Rom.* 1. 14.

56 Sapor: Suol aggiongere condimento ad una buona vivanda il venir la prima, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 17. *cap.* 6. *num.* 2.

57 Satyras, qui punit, approbat, *Adden. ad Gratian. nell' Uom. di Cort. maſſim.* 105. *litt. E.* ubi quod proinde illas negligebat Comes Dux de Olivares.

58 Satisfactio: Non s'accetta mai per ſufficiente, quando il ricercarla non è cagione, ma preteſto dell'alienarſi, *Pallavic. Iſtor. del Concil. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3.

59 ò Satisfactio ſuaviſſima, quàm facilis modò, tam difficilis poſteà, *S. Bernard.* ſequutus *à P. Marcheſ. nel Prepar. a ben mor. punct.* 22. *fol.* 214.

60 Scamna in Eccleſiis removeri poſſunt ab Epiſcopo quando ſunt occaſiones rixæ, *Matthauc. in official. Cur. Eccleſ. verb. Officialis quoad Conciones n.* 18.

61 Scamna in Eccleſiis quando retineri poſſint à Laicis, vide *Matthauc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.* 12. *num.* 18. & *Rot. in Comen. Sedilis anni* 1708. *coram Molin.*

62 Scandalum: Veh homini illi, qui quod neceſſe eſt, ut fiat in Mundo, vitio ſuo facit, ut per ſe fiat, *S. Hieronym. l.* 3. *in Matth. cap.* 18.

63 Scandalum: Si de veritate ſcandalum ſumitur, utiliùs permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur, *S. Greg. hom.* 7. *in Ezech.* ſequutus *à Pignatel. conſultat.* 34. *num.* 14. *in fin. tom.* 2.

64 Scandalis remedia unde parabantur, ſcandalorum materia occaſionata videtur, *Clem. VII. apud Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib.* 8. *cap.* 3. *ſub num.* 11.

65 Scelus non facere, beneficium non eſt, *Senec. Declam. lib.* 2. *declam.* 5.

66 Scelera impetu, mora convaleſcere bona conſilia, *Tacit. lib.* 17. *Annal.*

67 Sceleratis etiam Sol oritur, & Piratis patent Maria, *Senec. de Benef. lib.* 4. *cap.* 25.

68 Sciens, jus ſuum eſſe ſalvum, non ſibi præjudicat tacendo, *Rota in Vormatien. Canonicatus* 14. *Martii* 1707. *in fin. coram Anſald.*

69 Scientia juris eximius, verborum proprietate diſtinctus, *Caſſiod. var. lib.* 11. *in præfat. circa med.*

70 Scientia: Non jacet in molli verecunda ſcientia lecto,
Illa ſed aſſiduo parta labore venit.

71 Scientia: Practica ſit pluris, quàm tota ſcientia juris, *Gobat. in epiſt. ad Lector. ſua Theolog. experimento.*

72 Scientia vera eſt duo ſcire, Deum eſſe omnia, & ſe nihil:

73 Scien-

73 Scientiæ radices amaræ ſunt, fructus verò dulces,

74 Scintilla parva ſæpè magnum excitavit incendium.

75 Scire: Multum didicit, qui ſcit, quantum ſaluti ſatis eſt, *Cardin. Bona in Manud. ad Cal. in præfat. ad lect. in fin.*

76 Scire: Hoc unum ſcio, me nihil ſcire, *Ariſtot.*

77 Scire: Nihil eſt, quo magis Diis immortalibus aſſimilemur, quàm per ipſum ſcire.

78 Scire: Chi alli trenta non sà, alli quaranta non hà, del reſto poca ſperanza ſi hà, *Ricc. in Prax. tom. 1. volum. 2. reſolut.* 223. *num.* 1. juxta Venetam impreſſionem anni 1646.

79 Scire omnia velle, graviſſima ignorantia eſt, *Diom. lib.* 3.

80 Scire omnia debet quis, ſed non omnia exequi, *Tacit. in Vit. Agricol. Battell. in Vita Clem. XI.* impreſſa in principio Bollarii Clementini.

81 Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc, ſciat alter:
Theologus:
Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt: Politicus.

82 Scire: Nullus enim propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem generis, aut juventutis, à parvulis, & minùs eruditis, ſi quid fortè eſt utilitatis, aut ſalutis, inquirere aliquid negligat, *S. Clemens I. epiſt.* 2. *fol.* 153.

83 Scire: Qui plus ſcit, plus dubitat, *Bart. in leg. Pater, Cod. de Inſtit. & ſubſtit.* ſequutus à *Conciol. alleg. forenſ.* 96. *in princ.*

84 Scire: Qui ſe dicit ſcire, quod neſcit, temerarius eſt: qui ſe negat ſcire, quod ſcit, temerarius, & ingratus, & impius, *S. Auguſt. in hom. de Aſcenſ.* ſequutus à *Bernin. tom.* 4. *Iſtor. dell' Ereſ. fol.* 669. *juxta impreſſ. Venet.*

85 Scire: Qui nihil propemodum ſcimus, arbitramur omnia ſcire, *Plat.*

86 Scolares, ut magis luceat eorum peritia, fingunt ſe juniores, quando deſcribuntur in Matricula, *Corr. dec.* 26. *num.* 9.

87 Sclavi baptizati, aufugientes ad Conſervatores Urbis, ab aſpero ſervitutis jugo liberantur, & Cives Romani efficiuntur, *S. Pius V. Conſt.* 17.

88 Sclopum non onuſtum dicitur habere allegans titulum putativum, *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 23. *n.* 7.

89 Scorpioni non eſt facies, quam formides, ſed pungit cauda, *S. Bern. de Conſid. ad Eug. l.* 4. *c.* 5.

90 Scribendi Ordo: Prima quidem ponere, quæ non valdè evidentia ſunt; ſecunda autem, & poſtrema, quæ evidentiora, *Demetr. partic.* 31. *de Eloq.*

91 Scribere qui neſcit, nullum putat eſſe laborem;
Dum digiti ſcribunt, cætera membra languent.

92 Scribere: Non citò ſcribendo fit, ut benè ſcribatur; ſed benè ſcribendo fit, ut citò, *Senec.* ſequutus à *Donzell. in Teatr. pharm. in fin. epiſt. ad Lector.*

93 Scriptores periti ſolent aliquando tali attentione imitari verum characterem alicujus ſcripturæ, ut ſumant imitatam pro vera, juxta teſtamentum *Card. Cevæ*, de quo *Anſald. in addit. ad dec.* 22. *n.* 33.

94 Scriptores aliqui faciles ſunt ad aliorum opiniones deprimendas, *Mandoſ. ad Regul. Cancell. reg.* 32. *quæſt.* 18. *ſub num.* 1.

95 Scriptoribus licet eloquutionem negligere, atque in id unum incumbere, ut verè, & eruditè ſcribant; non autem eloquentiæ Profeſſori, *Germon. de Art. ſecern. antiq. diplom. cap.* 6. *fol.* 353.

96 Scriptoribus omnibus venia hæc conceditur, ut poſſint interdum à propoſito ſibi argumento ad aliud divertere, dummodò id breviter, & opportunè faciant, *Germon. de Veter. Francor. diplom. cap.* 2. *fol.* 273.

97 Scriptis loquamur, ut de nobis tacitus Lector judicet: quidquid potes, ſcriptis oſtendas, *S. Hier. ad Domnion. Apologet.*

98 Scriptura ut obliget ſcribentem, probari debet ſcripta præciſo animo ſe obligandi, *Rot. in Ulixbonen. Matrimonii* 22. *Junii* 1613. §. *Secundo principaliter coram Sacrat. & dec.* 785. *num.* 2. *coram Cerro.*

99 Scripturæ Sacræ ſenſus quatuor ſunt ſequentes,
Littera geſta docet, quid credas Allegoria,
Moralis quid agas, quò tendas Anagogia.

100 Senſus litteralis eſt, ſecundùm quem per voces aliquod geſtum, ſeu veritas aliqua exprimitur propriè vel metaphoricè. Senſus anagogicus eſt, per quem res ſignificatur in Patria ſperanda. Senſus allegoricus eſt, ſecundum quem per res ſignificatur aliquid in nova lege credendum. Senſus moralis eſt, ſecundùm quem res ſignificatur ad aliquid operandum.

101 Scripturæ plenæ maledictis, appellantur verborum maledicorum ſaccus, juxta phraſim *Fattinell. reſp.* 16. *ſub num.* 2.

102 Scripturæ productio in parte, & partibus, quid operetur, *Rot. coram Anſald. dec.* 66. *num.* 17. ubi quod non juvat, quando quis utitur eadem ſcriptura pro fundanda ſua intentione.

103 Scripturarum tarda productio ſuſpecta eſt, *Romana Redditionis Rationis* 14. *Decembris* 1708. §. *Nihilominus coram Anſald.*

104 In Scripturis de Partibus opponi ſolet totum id, quod ad materiam quomodocumque ſpectat, *Card. de Luca de Paroch. diſc.* 34. *num.* 1.

105 Scultores: Da un deforme ſaſſo formano una bella effigie, non con aggiongere, ma con levare, *Pallav. Iſtor. del Conc. l.* 1 *c.* 26. *n.* 6.

106 Scuti aurei valor regulatur hodie, & regulari debet in futurum in omnibus expeditionibus ad rationem Juliorum ſexdecim cum dimidio, juxta reſolutionem Congreg. particularis à Clemente XI. approbatam, & regiſtratam in fine hujus Lit. S. §. 1.

107 Secretum: Il confidare li ſecreti alle Donne è un publicarli all' Univerſo, *Moſchen. nel Tacit. Iſtoriat. afforiſm.* 7. *in fin. fol.* 11.

108 Secretum, quod quis ſibi non præſtat, non poteſt ab alio exigere, *Senec. in ſent. juxta ordin. litter.*

109 Secretum: Nulla è tanto violator del ſecreto quanto l' amore, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 15. *c.* 8. *n.* 5.

110 Secretum: Sciens aliquid cum obligatione ſecreti naturalis, non poteſt cogi ad revelandum, *Div. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 70. *artic.* 1. *ad* 2. *D. Antonin. part.* 3. *tit.* 17. *cap.* 12. §. 2.

111 Secretum: Juxta fæminarum morem, quæ nihil retinere norunt abſconditum, imò ante garrulando manifeſtant, *D. Hieronym. in Reg. ſanctim. ad Euſtoch. c.* 7.

112 Sedendi jus in aliqua Eccleſia conceſſum Familiæ indefinitè, iſta extincta, tranſit ad Hæredes extraneos, *Antonell. de Loc. legal. l.* 1. *c.* 3. *q.* 4. *n.* 69.

113 Sedere quomodo debeant Canonici Collegiatæ in functionibus Synodalibus, vide reſolutionem *Cong. Rit. in Trojana* 22. *Maji* 1700. & 30. *Aprilis* 1701. *lib. Regiſtr. fol.* 253. *Ponente Card. Noris.*

114 Sedis Apoſtolicæ judicio & Conſtitutionibus obviare, planè eſt hæreticæ pravitatis notam incurrere, *Ivo Carnotenſ. epiſt.* 8.

115 Sedes Apoſtolica hoc habere præcipuè ſolet, ut non pigeat revocare, quod à ſe fortè deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum, *S. Bernard. epiſt.* 180. ſequutus *ab Anſald. in Vet. Neapolit. Aſſignam.* 3. *Junii* 1712. §. *final.*

116 Sellius eſt Author apocriphus, quia nunquam ſua ſcripta typis tradidit, *Capon. diſcept.* 154. *n.* 34.

117 pro Seminarii erectione non eſt locus ſuppreſſioni alterius Loci pii, *Congr. Conc. in Colonien. Erectionis* 19. *Aug.* 1724.

118 pro Seminarii manutentione quænam Beneficia taxari poſſint, *Congr. Conc. in Veliterna Taxæ Seminarii* 24. *Aprilis*, & 31. *Julii* 1723. de quibus *in tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 24.

119 pro Seminario quando teneantur contribuere Familiares Papæ viventis, *Cong. Conc. in Romana Taxæ Seminarii* 12. *Februarii* 1724.

120 Seminario quando debeatur Taxa ab alio Collegio Clericorum, exiſtente in eadem Diœceſi, vel Civitate, *Cong. Conc. in Volaterana Semin.* 10. *Junii* 1724.

121 Seneca quædam vitia ſic deſcribit dum inſectatur, ut videatur ridere potiùs, quàm odiſſe, atque doceat magis, quàm deteſtetur, *Inter ejus oper. ante lib.* 1. *de Benef. in Judic. de Senec.* §. 3. *ante med.*

122 Seneca: Arbitror magis interem eſſe Lectoris, ut Senecæ Libros legat, velut hominis ignari noſtræ Religionis; etenim ſi legas illum ut Paganum, ſcripſit Chriſtianè: ſi ut Chriſtianum, ſcripſit Paganicè, *In Oper. Senec. in Judic. de eod. Senec. circa fin.* §. 1. *ante* 1. *lib. de Benef.*

123 Senecæ virtutibus nulla potior, quàm quòd Lectorem miris aculeis ad honeſti ſtudium inflammet, ab humilibus curis, ac ſordidis voluptatibus avocet, *Inter ejus Oper. ante lib.* 1. *de Benef. in Judic. de Senec.* §. 3. *poſt princ.*

124 Senecæ Libros alii cenſerunt prorſus indignos, qui legantur, quod ejus oratio protrita videatur, ac vulgaris res, atque ſententiæ, aut ineptæ, inanique impetu ſint,

aut

Digitized by Google

aut levi, quaſique dicaci argutia, eruditio vernacula, ac plebeja, nihil ex Veterum ſcriptis habens, neque gratiæ, neque dignitatis: alii paulò æquiores ſermonis elegantiam magna ex parte illi detraxerunt, rerum verò cognitionem non ademerunt; in vitiis autem objurgandis ſeveritatem gravitatemque non invenuſtam comprobatunt, id referente *Aul. Gell. Noct. Atticar. l.* 12. c. 2. *relato in Oper. Senec. in Judic. de eod. Senec. circa fin.* §. 2. *ante* 1. *lib. de Benef. & paulò poſt: In hoc Gellii judicio. neque nihil eſt verum, neque vera ſunt omnia.*

125 Senectus non ona hominibus eſt, ut ne Aoimalibus quidem, *Senec. de Conſol. ad Mart. c.* 20.

126 Senectus: Felicior ætas
Terga vertit, tremuloque gradu venit ægra ſenectus, *Ov.*

127 Senectus inſanabilis morbus eſt, *Senec. Epiſt. lib.* 19. *epiſt.* 109.

128 Senectutem optans, optare dicitur incommoda omnia, illi annexa, *Senec. Epiſt. l.* 16. *epiſt.* 97.

129 Senex: Nihil turpius eſt ſæpè, quàm grandis nato ſenex, qui nullum aliud habet argumentum, quo probet ſe vixiſſe, præter ætatem, *Senec. de Tranquill. vit. c.* 3.

130 Senex moritur, qui ad extremum ſui fati venit, *Senec. de Remed. fort.*

131 Senex nemo tam eſt, ut non unum diem ſperet, *Senec. Epiſt. l.* 1. *epiſt.* 12.

132 Senex: Si tardè cupis eſſe ſenex, utaris oportet,
Vel modico Medicè, vel Medico modicè.

133 Senex annorum 73. qui Votum caſtitatis emiſerat, petiit, & obtinuit diſpenſationem ducendi Uxorem ob periculum incontinentiæ, *à Cong. Conc. in Senonen.* 28. *Sept.* 1686. *Lib.* 36. *Decret. fol.* 472.

134 Senex: Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos,
Hoc tantùm rectum, quod facit ipſe, putat, *Cornel. Gall.*

135 Senem multa circumveniunt incommoda, *Horat. de Art. poetic.*

136 Senex: E' commune uſanza degl' Uomini di non creder mai alla teſtimonianza nè degli anni, nè dell' infermità, che la propria morte ſia già vicina, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 8. *c.* 15. *n.* 4.

137 Senectus non in crinium candore, ſed in animi virtute poſita eſt, *S. Jo. Chryſoſt. in Pſalm.* 50. ſequutus *à Tambur. de Jur. Abb. tom.* 1. *diſput.* 5. *quaſt.* 9. *n.* 10.

138 Senius Corporis: Sunt, qui nare nihil, ſunt qui nihil aure juventur,
Sunt etiam quorum lumina luce carent.
Guſtu autem, tactuque cur nemo? tuetur
Ille individuum ſenſus, at hic ſpeciem.

139 Sententia lata contra legem, vel Conſtitutionem nulla eſt, *leg.* 2. *C. quando provoc. non eſt neceſſ. Rot. deciſ.* 63. *n.* 7. & 8. *p.* 15. *rec.*

140 Sententiæ dicuntur aliquando injuſtæ, non reſpectu Judicantium, ſed reſpectu Litigantium, omittentes dicere id, ex quo emanare debebat ſententia contraria; *Fattinell. ad Bull. Baron. obſer.* 26. *n.* 9.

141 Sententiæ bonæ maximum præmium eſt, benè judicaſſe, *Plin. jun.* ſequutus *à Bernin. de Sac. Rot. fol.* 308.

142 Separatio in Matrimonio; Qualitercumque conſenſus probatur, non audeo aſſerere, neque conſulere, ſed nec ſcribere, ut hi, quos Deus conjunxit, per hominem ſeparentur, *Hoſtienſ. in Summ. titul. de Matrim. verſ. Qualiter contrahatur n.* 10. *fol.* 1250.

143 Sepeliri quando debeat Filius in ſepulchro majorum, *Romana ſepultura*, de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 23.

144 Sepeliri ubi debeat Meretrix, reperta occiſa, & Homo inventus laqueo ſuſpenſus, vide *Donat. Rer. Regular. tom.* 3. *tractat.* 9. *de ſepultur. qu.* 40.

145 Sepeliri an debeat Sacerdos, non electa ſepultura, in Sepulchro majorum, vel in propria Eccleſia, vide *Rot. in Hydruntina ſepulturæ* 27. *Novembris* 1713. *coram Anſald.*

146 Sepulchrum majorum quale dicatur, *Romana Funerum*, de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 21. *à n.* 256.

147 in Sepulchro majoris Hebdomadæ debent ſaltem adeſſe duodecim Candelæ, *Pignatell. conſul.* 90. *n.* 88. *tom.* 9. & *tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 16. *n.* 263.

148 Sepulturæ electio, quomodo, & per quos Teſtes probari debeat, *Romana ſepultura anni* 1720. de qua *in tom.* 4. *p.* 1. *diſcept.* 7.

149 Sepulturæ Sæcularium removeri debent ab Eccleſiis Monialium, *Congr. Conc. in Comen.* 11. *Martii* 1708. *Ponente Card. Gabriellio*, de qua *in tom.* 2. *p.* 2. *diſcept.* 30.

150 Sequeſtra ſibi libenter fieri curant debitores ad protrahendam ſolutionem, *Rot. in Novarien. Penſionis* 5. *Decemb.* 1710. §. *Neque idem coram Kaunitz.*

151 Sermo imago animi eſt, *Ariſtotel.*
Sermo cum omnibus moderatus eſſe debet, cum inimicis, ut cautè, cum amicis, ut benè vivamus, *Anonim.*

152 Sermo: Quod ſermo non explicat, conſideratio quærat, oratio expetat, mereatur vita, puritas aſſequatur, *S. Bern. de Conſid. ad Eugen. l.* 5. *c.* 2.

153 Servare diligentiùs id debet, quod neſcias quando deficiat, *Senec. de Brev. vit. c.* 8.

154 Servi multi ubi ſunt, multus ſtrepitus, pauca ſervitia, ſecretum nullum, *Petrarch. l.* 1. *de Remed.*

155 Servi dicuntur humiles amici, *à Senec. epiſt.* 47.

156 Servi muti appellantur ab Ariſtotile animalia ad humanum uſum deſervientia, puta Equi, Boves, &c. *Lancellott. Inſtitut. Canonicar. tit. de Confirm. in gloſſ. verb. Vitio.*

157 Servorum generi nihil credendum; quot enim ſervi tot hoſtes, *Plat.*

158 Servire: Deficit ambobus, qui vult ſervire duobus.

159 Servitus coacta miſerabilior, ſed affectata miſerior eſt, *S. Bernard. de Conſider. ad Eugen. lib.* 1. c. 3. *in fin.*

160 Severitas aſſiduitate ſeveritatem amittit, *Senec. de Clement. lib.* 1.

161 Setina Eccleſia declaratur Concathedralis cum Eccleſia Terracinen. à Sanctiſſimo D. N. Benedicto XIII. Et quatenùs talis non eſſet, denuò erigitur in Cathedralem, & Eccleſiæ Terracinen. æquè principaliter unitur in Conſtit. quæ regiſtratur in fine hujus litteræ S. §....

162 Siculos querulos, & natura rixoſos vocat *Caſſiodor. in proem. epiſtolar. impreſſarum Pariſiis anno* 1600.

163 Sigillorum efficacia, & plures ſpecies explicantur *à Scoppa ad Gratian. dec.* 143.

164 Signa te, ſigna temerè, me tangis, & angis,
Ordine retrogrado ſignificat idem.

165 Signum Crucis operatur eundem effectum, quem producit propria ſubſcriptio, *Cerr. dec.* 434.

166 Silentium: In colui è ammirabile il ſilenzio, che nelle occaſioni di parlare sà dar guſto a' curioſi Letterati, *Boccalin. ne' Ragguagli di Parnaſ. cent.* 1. *rag.* 36.

167 Silentium: Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus,
E contra gravis eſt culpa tacenda loqui.

168 Silentium nihil eſt, & tamen ſentitur, *Bald. in cap.* 3. *num.* 10. *de probat.*

169 Silere: Cenſeo nunc, utilius mihi fuiſſe ſilere, quàm tanto cum periculo de hac re loqui, *Barboſ. vot. deciſiv.* 48. *in fine.*

170 Simia ſemper Simia, etiam ſi aurea geſtet inſignia.

171 Similitudo Filii cum Patre non eſt certa probatio filiationis, *Rot. in Romana Filiationis* 5. *Majo* 1719. §. *Argumentum coram Card. Falconer. Eſt tamen aliquale adminiculum, Rot. in alia Romana Filiationis* 1. *Aprilis* 1680. §. *Effigies coram Albergat.*

172 Simon de Pretis adeò difficiliter citari poteſt, ut irreperibilis dicatur *à Card. de Luc. de Servitut. diſc.* 67. *num.* 4.

173 Simonia dicitur id, quod accipitur à Parentibus Novitii pro facilitando ingreſſu in Religionem, *Monacell. in Formul. tom.* 3. *tit.* 3. *form.* 9. *num.* 19. Non eſt tamen Simonia id, quod datur occaſione admiſſionis ad habitum in illa loca, in quibus Moniales vivunt de proprio, & à Commun. habent ſolùm medelas tempore infirmitatis ſuffragia, & alia communia ſervitia, *Cong. Conc. in Belgii Subſidiorum Detalium* 14. *Septembris* 1683. *lib.* 33. *Decret. fol.* 310. & *in Bononien.* 14. *Aprilis* 1725.

174 Simpathia definitur: *Conſanguinitas cordium*, & Antipathia: *Voluntatis divortium*, *à Gratian. maſſim.* 44. *num.* 1.

175 Simplicia: Scelus eſt uti compoſitis, cùm ſimplicia juvare poſſunt, *Joan. Craton.*

176 Simplicitas juſti deridetur: hujus Mundi ſapientia eſt, cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere, quæ vera ſunt, falſa demonſtrare, hæc qui ſciunt, cæteros deſpiciendo ſuperbiunt. At contra ſapientia juſtorum eſt, nihil per oſtenſionem fingere, ſenſum verbis aperire, falſa devitare, pro veritate contumeliam lucrum reputare; ſed hæc juſtorum ſimplicitas deridetur, quia ab hujus Mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas creditur; omne enim, quod innocenter agitur, ab eis proculdubio fatuum reputatur, *S. Greg. l.* 10. *Mor. c.* 16.

177 So-

Digitized by Google

177 Societas: Sic ſunt ſimul, quos & gratia jungit, & parentela conciliat, *Caſſiodor. variar. lib.* 10. *epiſt.* 4. *ante med.*

178 Sol non niſi cùm deficit, ſpectatores habet.

179 Sol quando dicatur concedi de menſe Auguſti, *Card. de Luc. de Donat. diſc.* 20. *n.* 10. *& in Relat. Rom. Car. diſc.* 42. *num.* 6.

180 Solem volens ſuſtinere in media nocte, adhuc poteſt authoritatem invenire, *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 133. *num.* 15.

181 Solatium: Nullam miſeram nominabis domum, quæ non inveniat in miſeriore ſolatium, *Senec. de Conſolat. ad Marc. cap.* 12.

182 Solatium eſt miſeris ſocios habere Penates, *Virg.*

183 Solitum: Non qua itur, ſed qua eundum eſt, conſiderari debet, *Senec.*

184 Solitum Urbis noſtræ inſtitutum, ſicut à majoribus accepimus, ita poſteris tradamus, *Tacit. lib.* 2. *Hiſtoriar.*

185 Solitum: Il conſueto ſolo è quello, che non ha biſogno di apologia in ſua diſeſa, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 22. *cap.* 6. *num.* 11.

186 Solitum Urbis ſequendum ab omnibus, & pro ſpeculo imitandum in Eccleſiaſticis functionibus, *Tambur. de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 1. *n.* 200. *&* 291. *& tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 10. *num.* 28.

187 Solitum: Le mutazioni grandi, eziamdio nel meglio, ſono molto difficili e pericoloſe, e però il conſueto quando è comportabile, ſi deve anteporre à qualunque miglioramento, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 17. *cap.* 14. *num.* 9.

188 Solitum: La più agevole ſtrada per mantenere la concordia è il continuare nell'uſo antico, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 19. *cap.* 4. *num.* 14.

189 Solvere qui nimis citò cupit, invitus debet: qui invitus debet, ingratus eſt, *Senec. de Benef. l.* 4. *c.* 40.

190 Solvere: E' più difficile lo ſciorre, che l'intrigare, & il disfare li ſoffiſmi, che li farli, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 14. *c.* 16. *n.* 5.

191 Solutio facta cum declaratione *per le mani di N. N.* denotat, ſolventem habuiſſe purum nomen, *Dunozett. jun. dec.* 885. *n.* 5.

192 Somnium: In ſomnis eadem pleroſque videmus obire,
Cauſidicos Cauſas agere, & componere Leges,
Induperatores pugnare, in Prælia obire,
Nautas contractum cum Ventis gerere Bellum.

193 Somnus eſt recreator corporum, reintegrator virium, probator valetudinum, potator operum, Medicus laborum, *Tertull.*

194 Somnus Dei donum appellabatur à Paulo IV. *Inſtit. crim. l.* 2. *tit.* 5. *n.* 195.

195 Somnus: Si ſomnus nihil eſt, niſi mors, nil mors, niſi ſomnus,
Quò plus in vita dormio, vivo minùs.

196 Somnus: Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tempora Fata dabunt.

197 Sophiſma. Vide Solvere.

198 Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur, *Prov.* 16. 33.

199 Spes: Omnis ſperatæ rei longa dilatio eſt, *Senec. de Brev. vit. c.* 17.

200 Spes, quæ differtur, affligit animam, *Prov.* 13. 12.

201 Spes: Rebus in adverſis animum ſubmittere noli, Spem retine, ſpes una Hominem nec morte relinquit, *Cat. l.* 3.

202 Splendidum te, ſi tuam non habes, aliena claritudo non efficit, *Boet. de Conſol. Philoſ.* ſequutus *à Comand. in Vit. Card. de Laur. fol.* 28.

203 Spolia Epiſcoporum in Regno Neapolis ſpectant Eccleſiis Cathedralibus, & Metropolitanis, *Innocent. XII. Conſt.* 23. de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 34. *à num.* 105. Amplia etiamſi Epiſcopi moriantur extra Reſidentiam, juxta *Conſt. Benedicti XIII. ſub die* 15. *Julii* 1724. impreſſam in fine hujus *Littera S.*

204 Sponſalia exequi tenetur nobilis Adoleſcens, coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & duobus Teſtibus promittens nobilem Puellam in Uxorem ducere, cum reciproca ejuſdem repromiſſione, *Cong. Conc. in Dab. Sponſalium* 16. *Maji* 1682.

205 Sponſalia diſſolvuntur per affinitatem, etiam illicitam, poſteà ſuperventam, *Cong. Conc. in Anglonen.* 26. *Auguſti* 1593. *lib.* 6. *Decret. fol.* 123. Necnon per denegationem conſenſus Patris, ex juſta cauſa ſe declarantis nolle Filiam matrimonium cum certa Muliere contrahere, *C. C. in Mediolanen. Sponſalium* 13. *Julii* 1725. Quando Teſtes non ſunt integræ fidei, non probant Sponſalia, *Congr. Conc. in Neapolitana* 23. *Junii* 1725.

206 Sponſalium recognitio excommunicationis latæ ſententiæ pœna prohibetur *in* 10. *Synod. Diœceſ. Benevent. tit.* 12. *c.* 1. *&* 2. ubi meritò qualificatur pro barbaro modo, ut videre eſt *in Synodic. par.* 1. *fol.* 194. ubi ita deſcribitur, *Poſtridie illius diei, qua nocte Sponſi matrimonium conſummare debuerant, ſponſi, ſponſave Conſanguinei, Matrimonii in Virginitatis ſtatu conſummati ſigna exquirant dignoſcenda.*

207 Sponſalia quando dicantur contracta vel potiùs matrimonium de præſenti, vide *tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 12.

208 Sponſalia exequi non debent, probata legitima cauſa, illa non effectuandi, *Congr. Conc. in Senogallien. Sponſalium* 12. *Maji &* 1. *Semptembris* 1714. de qua *in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 18.

209 Sponſalia ex quibus cauſis facilè diſſolvantur, *Rot. in Comen. Sponſalium* 10. *Junii* 1705. *coram Molin. & in Viennen. pratenſorum Sponſalium* 12. *Januarii ejuſdem anni coram Kaunitz.*

210 in Sponſalia quando reſolvatur matrimonium nullum ex aliquo eſſentiali defectu, vide multas reſolutiones *Congr. Conc. in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 19. *à n.* 165.

211 Sponſalia contrahens cum muliere inhoneſta, impediri non poteſt à Conſanguineis, ne cum illa matrimonium contrahat, *Congr. Epiſcop. in Rezinaten.* 25. *Junii* 1619. ſequuta *à Monacell. in Formul. tom.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *num.* 30. *verſ. Item de eo.* Contrarium vide apud *Berton. de Neglig. par.* 2. *art.* 34. *à num.* 18.

212 Sponſalia valida ſunt, etiamſi non probentur mediante publica ſcriptura, *Cong. Conc.* 7. *Julii* 1685. *lib.* 25. *Decr. fol.* 278.

213 Sponſalia diſſolvuntur per claudicationem ſupervenientam ſponſæ, *Cong. Conc. in Spoletana Sponſalium* 22. *Februarii* 1698.

214 Sponſalia mutuo Partium conſenſu diſſoluta, non inducunt impedimentum publicæ honeſtatis, *Congr. Conc. in Vicentina* 13. *Junii* 1654. *lib.* 5. *Decr. fol.* 358.

215 ante Sponſalium canonizationem ſolet Sac. Congregatio demandare explorationem voluntatis puellæ, quæ prætenditur decepta, *Cong. Conc. in Montis Albi Sponſalium* 28. *Auguſti* 1723.

216 Sponſalium diſſolutionis juſta cauſa reputatur timor exhæredationis, *Rota in Comen. Sponſalium* 10. *Junii* 1705. *§. Hanc autem coram Molin.*

217 in Sponſalibus non eſt locus coactioni, accedente indignatione parentum, quæ reputatur juſta cauſa diſſolutionis, *Cong. Conc. in Majoricen. Sponſalium* 24. *Auguſti* 1723.

118 de Sponſalibus quando conſtare dicatur, taliter ut ſponſus cogi poſſit ad contrahendum matrimonium, *Cong. Conc. in Neapolitana* 19. *Septembris* 1722. *&* 23. *Auguſti.* 1721. *&* 7. *Februarii* 1722. *& in Beneventana Sponſalium* 5. *Septembris* 1699. de qua *in tom.* 3. *par.* 2. *diſcept.* 19.

219 Sponſalibus non adimpletis, quando ſit locus refectioni damnorum, & intereſſe, *Salisburgen. Sponſalium*, de qua *in tom.* 4. *par.* 2. *diſcept.* 16.

220 Sponſus quando poſſit cogi, vel ad dotandam ſponſam, vel ad contrahendum matrimonium, *Cong. Conc. in Neapolitana Sponſalium* 19. *Septembris* 1722. de qua *in tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 6.

221 Sponſus quando teneatur matrimonium cum ſponſa contrahere, *Cong. Conc. in Vintimilien. Sponſalium* 2. *Maji* 1722.

222 Sponſo recuſanti adimplere ſponſalia, quando danda ſit abſolutio à Cenſuris, etiamſi illam non petat, *Rota in Pampilonen. Sponſalium* 7. *Februarii* 1718. *§. Nec petitam coram Herrer.*

223 Sponſi divites, invicem converſantes, puniri non poſſunt, niſi mulcta infra duos ducatos; pauperes verò ſolis pœnitentiis ſalutaribus, *Congreg. Epiſc. in Lycien. apud Nicol. in Floſcul. verb. Sponſalia num.* 3.

224 Sponſi poſſunt etiam carcerari ad hoc, ut matrimonium contrahant, *Antonell. in Prax. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. *& ſeqq.*

225 Sponſorum converſationes ante matrimonium permittendæ non ſunt, *Congr. Epiſc. apud Nicol. in Floſcul. verb. Matrimonium num.* 8.

226 Spre-

226 Spretum: Indignum eſt, ut qui reſpuunt indulgentiam noſtram, detectis poſteà ſuffragetur humanitas, *Caſſiodor. var. l. 2. epiſt. 46. in fin.*

227 Statuæ: Natura trahimur ad ſimulacra & effigies magnorum Virorum noſcendas, *Juſt. Lypſ. Syntagm. de Bibliothec. cap.* 10.

228 Statura hominis: L'eſperienza moſtra, che un Ragazzo di tre anni è alto la terza parte di quello, che diverrà poi fatto uomo, *S. Baſil. hom.* 10. *in Exameron.* ſequutus *à P. Segn. nel Chriſt. Inſtr. par.* 1. *ragionam.* 13. *num.* 6.

229 Statuti Urbis quinque compilationes referuntur *in Romana Funerum*, de qua *in tom. 5. par. 2. diſcept.* 21.

230 Stimulus magnus verecundiæ eſt laus Parentum, dum illis non patimur eſſe impares, quos gaudemus authores, *Caſſiod. var. lib. 9. epiſt.* 22.

231 Stomachi faſtidientis eſt multa deguſtare, quæ ubi varia ſunt, inquinant, non alunt, *Senec. epiſt. lib.* 1. *epiſt.* 2.

232 Strenæ non debentur Epiſcopo à Capitulo, *Congreg. Epiſcoporum 9. Januarii* 1688. *in Bituntina Strenarum Ponente Card. Caraffa*, de qua *in tom. 5. par. 2. diſcept.* 2. ubi *à num.* 51. referuntur plures concordantes reſolutiones ejuſdem Sacræ Congregationis.

233 Strenæ pro Locis Montium non debentur illorum depoſitariis, *Romana ann.* 1723. de qua *in tom. 5. par. 1. diſcept.* 21.

234 Studentes deciſionibus, relictis principiis, dicuntur incipere Fabricam à recto, relictis fundamentis, *Card. de Luc. de Empt. diſc.* 22. *num.* 10.

235 Studiis addicti, ut plurimum nullam, aut exiguam familiarium, & forenſium rerum curam habere ſolent, *Rot. dec.* 59. *n.* 8. *par.* 18. *recent.*

236 Studioſus: Ii, qui in aliqua diſciplina diutiùs laborarunt, adſtringuntur ex profeſſionis debito, quæ mente conceperunt, inſtar ſeminis in lucem proferre, *Lagunez de Fruct. in epiſt. in ejus laudem impreſſ. in princ. Oper. ex Sadoval. & Guevar.*

237 Studioſi: Quis enim eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti de divitibus pauperes, ſeipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt? *Authent. Habita ne filius pro Patre, Card. Petr. ad Conſtitut. Apoſtolic. ad Conſtitut. 9. Boniſac. VIII. num.* 10.

238 Studium: Creſcit amor ſtudii, quantum ipſa ſcientia creſcit,
Heu doleo, nondum me ſtuduiſſe ſatis,

239 Stultitia eſt, velle ſtare in non ſtantibus,

240 Stultitia videtur, alienam rem ſuo periculo curare, *Saluſt. de Bell.*

241 Stultus tacens reputatur ſapiens, *Prover.* 17. 28.

242 Stultus in culpa ſit ſapiens in pœna, *can. Nunciatum verb. In ſe diſtinct.* 84.

243 Stulto quid prodeſt habere divitias, cùm ſapientiam emere non poſſit? *Proverb.* 17. 16.

244 Stupratore recuſante obſtinatè effectuare matrimonium, *Rot. in Pampilonen. Sponſalium* 28. *Junii* 1717. §. *final. cor. Criſp. & 7. Februarii* 1718. §. *Hodie tamen coram Herrer.* illud ſumpſit temperamentum, obligandi ſtupratorem ad conſtituendam effectivam dotem ſtupratæ in tertia parte pluris illa, quæ erat congrua inſpecta loci qualitate, & Familiæ conſuetudine, quodque tunc abſolvi debebat à Cenſuris, & non priùs, quando effectivè eandem dotem exburſaverat.

245 Stylus Curiæ facit jus, tanquam lex Papalis, *Piton. diſcept.* 47. *num.* 14.

246 Subcollectores, & Commiſſarii pro locis exemptis, ſed habitantes in Civitate, Epiſcopo ſubdita, non gaudent exemptione à juriſdictione Ordinarii, *Cong. Conc. in Caputaquen.* 14. *Martii* 1722.

247 Subcollectoris Apoſtolici Beneficia quando dicantur affecta, *Rot. in Burgi S. Sepulcri* 12. *Junii* 1702. *&* 27. *Junii* 1703. *coram Molin.*

248 Subdiaconus in Cappella Pontificia ſupplere tenetur partes Diaconi impediti, non autem Magiſtri Cæremoniarum, *Congr. Rit. in Romana* 26. *Aprilis* 1704. *Ponente Card. Barberino*, de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept.* 28.

249 Subdiaconus quando dicatur ordinatus per vim, itaut non teneatur ad obſervantiam Voti continentiæ, vel cum eo diſpenſandum ſit, *Congr. Conc. in Monaſterien.* 20. *Novembris* 1723. *&* 15. *Januarii* 1724.

250 cum Subdiacono ex quibus cauſis diſpenſare ſoleat Apoſtolica Sedes, ut ducat uxorem. Vide *to. 2. p. 1. diſcep.* 13.

251 Subditus. Vide Superiores.

252 Subditus in Legem peccat, Regemque, Deumque:
Rex peccat ſoli, Rex quia nempè, Deo.

253 Subditus Epiſcopo ad effectum ſuſcipiendi Ordines ad terminos Bullæ Speculatores Innocentii XII. quando quis dicatur, *Cong. Conc. in Elboren. Dubiorum* 23. *Auguſti* 1721.

254 Subditi unius ex Diœceſibus unitis poſſunt conveniri, & carcerari in alia Diœceſi, *Cong. Epiſc. in Matheranen.* 17. *Aprilis* 1706. *Ponente Card. Coloredo*, de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept.* 6.

255 Subditi ex quibus cauſis eximi ſolent à juſdictione Epiſcoporum, *Cong. Epiſc. in Ugentina* 4. *Septembris* 1716. de qua *in tom. 2. p. 1. diſcept.* 7.

256 à Subditis facilè trahitur in exemplum id, quod agitur à Prælatis, *cap. Magna de Vot. & Vot. redempt.*

257 Subjectus ſemper eſt, chi ſta nelle forze altrui, *Pallavic. Iſtor. del Conc. l. 5. c. 14. n.* 6.

258 Sublevamen: Chi da ſe ſi precipita, non merita di eſſere ſollevato, nè dal compagno deve ſperare miſericordia chi è crudele contro ſe ſteſſo, *Boccalin. ne Ragu. di Parn. cent.* 1. *ragu.* 35.

259 Subreptio: Sequi regulas conſtitutas libenter amplectimur, quia locus ſubreptionibus non relinquitur, quoties rationabiliter conſtituta ſervantur, *Caſſiod. Var. l. 2. epiſt. 4. in princ.*

260 Subreptio: Juſtis eſt, ut illi, qui in precibus mentitus fuit, non proſit quod impetravit, *D. Auguſt.* ſequutus *à Rot. in Friſingen.* 24. *Martii* 1713. § *Eoque coram Anſald.* impreſſa *apud Fargn. de Jurepatr. tom. 1. fol.* 220.

261 Subrogatio gratioſa an concedenda ſit contra triennalem Poſſeſſionem, vide *diſcept. 16. tom. 5. p.* 1.

262 Subrogationi, vel potiùs ſubſtitutioni quando locus ſit inter Reformatos, mortuo Definitore, in cujus locum alter ſubrogatus fuit, *Cong. Epiſc. in Ordinis S. Franciſci ſubſtitutionis* 27. *Aprilis* 1718. *Ponente Card. Spinola*, de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept.* 29.

263 Subſcriptio alterius ſcripturæ: Licèt nullum authoritatis robur addere valeam doctiſſimè firmatis per D. Conſulentem, cujus nominis fama ſufficit, in obſequium nihilominùs libentiſſimè me ſubſcribo.

264 Subſcriptio ſcribentis non eſt neceſſaria, poſita veritate characteris ſcribentis, *Rot. coram Duran. deciſ.* 368. *num.* 5. *& coram Emer. jun. deciſ.* 447. *n.* 4.

265 Subſcriptio folii quod fuerat confidentialiter traditum in albo, quando non ſit attendenda, *Rom. Cenſ.* 15. *Junii* 1705. *coram Oman.* loquens in terminis Curialis Urbis.

266 Subſcriptio ſcripturæ pro veritate: Ita ex omnibus ſupra dictis, ſi Cauſa eſſet mihi commiſſa, conſtanti animo judicarem, *Dec. conſ.* 394. *n.* 10. Vel: In Cauſa D. N. N. optarem quod pro eo eſſet juſtitia, ut ſatisfacerem illi, & amicis, à quibus efficaciter fui requiſitus: verùm ſubſiſto, quia ſcriptum eſt, amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas, *Dec. conſ.* 359. *in princ.*

267 Subſidii dotalis capax eſt Puella diffamata de ſtupro, & carcerata, ſi deinde reperta fuerit virgo, *Cong. Epiſc. apud Nicol. in Floſc. verb. Virgo n.* 6.

268 Subſidia dotalia quando dari debeant Puellis non præcedente illarum viſitatione, *Cong. Conc. in Romana Viſitationis Puellarum* 11. *Januarii* 1721. de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept.* 10.

269 Subſidia dotalia conceſſa pro Matrimonio, aliquando ex gratia converti ſolent pro monachatione, vel è contrà, vide reſolutiones *Cong. Conc. in Romana Subſidii dotalis* 30. *Maji* 1699. quando illam denegavit, & 17. *Auguſti* 1700. quando illam conceſſit, & 2. *Maji* 1705. quando illam pariter conceſſit.

270 Subſidia dotalia in dubio danda potiùs ſunt nobilibus, quàm minùs nobilibus Puellis, *Cong. Conc. in Amerina Subſidiorum Dotalium* 5. *Julii* 1710. vide *tom. 3. p. 2. diſcept.* 2. *à n.* 95. ubi latiſſimè.

271 Subſidiorum dotalium ſuſpenſionem indulgere ſolet Cong. Conc. uſquequo ſolvantur alia, antecedenter promiſſa, ut practicavit *in Neapolitana ſubſidiorum* 26. *Apr.* 1698. *ad* 3. *dub.*

272 Subſidiorum dotalium diſtributionem limitare non poſſunt ad tempus Matrimonii exequutores teſtamentarii, *Congreg. Concil. in S. Severini ſubſidii* 12. *Januarii* 1710.

273 In Subſidiis dotalibus quomodo facienda ſit diſtributio, vide multas reſolutiones *Sac. Congreg. in tom. 3. p. 2. diſcept. 2. à n.* 95. *ad fin.*

274 in Subſidiis dotalibus concedenda eſt prælatio Confratribus, *Card. de Luc. de Dot. diſc. 9. n. 9.*

275 Subſcribens ſe ſcripturæ taliter conjungere debet proprium nomen ſcripturæ præcedenti, ut nihil aliud in medio addi poſſit, *Farinac. conſil.* 108. *n.* 59. *tom.* 2.

276 Subvenire: Regula eſt preſſis labe fortunæ pietatis remedio ſubvenire, & acerbos caſus injuriæ, meliori ſorte mutare, *Caſſiod. Var. lib. 4. epiſt. 41. in princip.*

277 Succeſſio: Iniquum eſt, ut de una ſubſtantia, quibus competit æqua ſucceſſio, alii abundanter affluant, alii paupertatis incommodis ingemiſcant, *Caſſiod. Var. lib. 1. epiſt. 5. in fin.*

278 Succeſſiones ad inſtar Fluminum non obſiſtente contraria menta Teſtatoris, nunquam regurgitant ad caput ſuum, ſed in proximum quemque canalem defluunt, & dilabuntur, *Rot. in Auximana* 27. *Junii* 1701. *in fin. coram Anſald.*

279 Succeſſor: Facilius eſt, ut eſſe aliquis ſucceſſor tuus poſſit, quàm velit, *Plin. in Panegir. Trajan.*

280 Succeſſor ſingularis tenetur ſtare Locationi, quando facta fuit cum obligatione Camerali, *Rot. in Romana Affictus* 19. *Aprilis* 1706. *coram Caffarell.* quæ eſt magiſtralis in hac materia.

281 Sudariolum non debetur Parocho occaſione adminiſtrationis Sacramenti extremæ Unctionis, *Congr. Conc. in Senegallien.* 2. *Maji* 1711. de qua *in tom. 5. p. 1. diſcept. 19. num.* 10.

282 Sudariolum offerendum non eſt Parocho cum Cadavere, *Cong. Conc. in Tudertina Funerum* 13. *Auguſti* 1718. de qua *in tom. 4. par. 1. diſcept. 14. & in tom. 5. par. 1. diſcept. 29.*

283 Sudariolum cum quo adminiſtratum fuit Sacramentum extremæ Unctionis, retineri non poteſt à Parocho, *Cong. Conc. in Senegallien. Funerum* 24. *Maji* 1710. de qua *in tom. 2. p. 2. diſcept. 18.*

284 Suffragium honeſtum ſecundi judicii eſt documentum prioris, *Caſſiod. Var. l. 5. epiſt. 9. in princ.*

285 Summaria recognoſcere Advocatis ſummè conveniens eſt, & Cauſarum defenſionibus maximè neceſſarium imitando, *Bartol. in leg. Si Patruus num. 6. Cod. Communiuſque Judic.*

286 Summa brevi momento verti poſſunt, *Tacit.*

287 propè Summum quæ ſunt, ſunt etiam propè exitum, *Gallien.*

288 Superbus non ſe patitur cuiquam eſſe ſubjectum, ſed ſemper primatum cupit, & ad majorem gradum emergere, & quod ex meritis non poteſt, ambiendo feſtinat obtinere, *S. Baſil.* ſequutus *à Cherubin. in compend. Bullar. ad Conſtit. 61. Paul. V. ſchol. 2.*

289 Superiores rectè vivendo non metuas, *Senec. de Quat. virt. tit. de Continent.*

290 Superiores Generales Religionum non tenentur pro eorum victu contribuere aliquam ſummam illis Conventibus, in quibus moram facere ſolent, *Congr. Viſit. in Romana* 12. *Decembris* 1719. de qua *in tom. 5. par. 1. diſcept.* 14.

291 Superiores tales erga ſubditos ſe debent oſtendere, quales iſti, ſi eſſent ſubjecti, vellent eſſe ſuos Præpoſitos, *can. Quorumdam diſt.* 74.

292 Superioribus quando non ſit obediendum, *can. Si Dominus 4. quæſt. 3.*

293 Supplementum Funeris non facti, à quibus Perſonis debeatur in Urbe, *Romana Funerum*, de qua *in tom. 5. par. 2. diſcept. 21.*

294 Supplicatio aliena enervis eſſe ſolet, quippè quam non animat propriæ neceſſitatis vigor, *Didac. de Celad.* ſequutus *à Paulet. fer. 5. prima Dominica Quadrageſimæ fol.* 126.

295 Supplicium nocturnum inauditum eſt, *Senec. de Ira lib. 3. cap. 19.*

296 Supplicium nullum majus de hoſte poſcebat, quàm ut Papa fieret, *Petrarch. de Adrian. II.*

297 ad Supplicia exigenda nemo pervenit, niſi qui remedia conſumpſit, *Senec. de Clem. lib. 1. cap. 14.*

298 Supplicia multa non minùs turpia ſunt Principi, quàm Medico multa funera, *Senec. de Clem. lib. 1. cap. 24.*

299 Supplicis terreant, quem præmia non invitant: Vile
Tibi eſt, quod Deus pollicetur; Contremiſce, quod
minatur.

300 Suſpendendi in Furca Latronis conſolatio:
Bardellam Monarchus ſolans in morte Latronem,
Euge, tibi in Cœlo cœna paratur, ait.
Reſpondit Bardella, Hodie jejunia ſervo,
Cœnabis noſtro, ſi jubet, ipſe loco.
Urſaya Miſcellaneum.

301 Suſpicio: Quæ de ſe ſciunt homines, hæc in aliis ſuſpicantur, *Senec.*

302 Suſpicio: Il ſoſpetto cominciato fa, che tutte le coſe ſi prendano in mala parte, *Guicciardin. lib.* 14.

303 Suſtinemus patienter, ſi non feceris id, quod prava inſinuatione nobis ſuggeſtum fuit, *cap. Si quando de reſcript. Capon. diſcept. 85. à num.* 5.

304 Syndici Apoſtolici qua exemptione gaudeant in Ordine S. Franciſci, *Congreg. boni Reg. in Ordinis S. Franciſci exemptionis* 19. *Julii* 1704. *Ponente bon. mem. Severolo*, & 3. *Martii* 1705. *Ponente Marabottino*, de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept.* 30.

305 Syndici Apoſtolici quando poſſint vendere res, ſive pretioſas, ſive non, ſpectantes Conventibus, quorum ſunt Syndici, *Cong. Conc. in Ordinis S. Franciſci* 18. *Martii* 1719. de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept. 30. à num.* 60.

306 Sylva cædua poteſt vendi ſine Apoſtolico Beneplacito, *Cong. Conc. in Viterbien.* 14. *Januarii* 1679. de qua *in lib. 30. Decr. fol.* 246.

307 In Synodo qualis locus debeatur Canonicis Collegiatarum, *Cong. Rit. in Spoletana* 10. *Martii* 1708. de qua *in tom. 2. par. 1. diſcept.* 29.

§. PRIMUS.

Die 7. Januarii 1710. in Congreg. particulari, habita in Ædibus Emin. & Rev. D. Card. Acciajoli, cui adfuerunt Em. & Rev. DD. Cardinales Acciajolus, Mareſcottus, Spada, Panciaticus, Sacripantes, Spinula, Paulutius, Gabriellius, Gozzadinus, Pamphilius, & Ego infraſcriptus, uti Secretarius: Fuit de Ordine Sanctiſſimi D. N. Clem. Papæ XI. diſcuſſum, ut ſtante Edicto, ſeu Notificatione, juſſu Sanctitatis Suæ aliàs edita, nempè die 5. Septembris 1708. ſuper monetis aureis, & argenteis, qua inter cætera declaratum fuit, ſcuta aurea, ſtamparum nuncupata, dari, & recipi debere ad rationem Juliorum ſexdecim cum dimidio pro quolibet ſcuto, expediret edere Decretum, quo declararetur valorem Ducati aurei de Camera, ac Floreni pro expeditionibus Litterarum Apoſtolicarum, juxta antiquam praxim in ſcutis aureis hujuſmodi ſolvi ſolitum, fuiſſe per Notificationem prædictam declaratum, ſeu auctum, ut ſupra, non alia ratione, quàm ad coæquandam æſtimationem auri, quæ in omnibus ferè Regionibus, & præſertim in Urbe, eo anno pervenerat ad dictam ſummam declaratam, ſeu auctam, & nunc etiam perſeverat, itaut Notificatio præfata verò facta non fuerit animo augendi valorem extrinſecum, ſed ſolùm judicandi, ſeu palam faciendi æſtimationem intrinſecam dictorum ſcutorum aureorum, non minùs ac aliarum monetarum aurearum, etiam forenſium, juxta valorem auri currentem: Reſponderunt EE. PP. præfati edendum eſſe Decretum declaratorium modo, & forma, quibus fuit ſuperiùs expreſſum: Imò, ut etiam in poſterum earumdem Litterarum Apoſtolicarum ſollicitatoribus quævis novarum querelarum anſa hac in re præcidatur, cenſuerunt, ſummoperè expedire, ne in futurum nullatenus augeatur valor ſcutorum aureorum hujuſmodi per viam Edicti, ad effectum efficiendi Taxas pro Expeditionibus Litterarum Apoſtolicarum ſolvendas, aliaſque Cameræ Apoſtolicæ, vel Collegiis, & Officialibus Apoſtolicis, in eiſdem Florenis, ſeu Ducatis aureis debitas præſtationes; ſed pro his omnibus de cætero, quibuſcumque Edictis in futurum faciendis minimè obſtantibus, ſolvendam eſſe perpetuis futuris temporibus, ſolummodò æſtimationem Florenorum, & Ducatorum aureorum hujuſmodi in ſcutis aureis juxta eorum valorem, communiter currentem Romæ, & in Curia non aliunde quàm ex publici Commercii regulis inter Mercatores obſervari ſolitis pro tempore deſumendum, ſive ille augeatur, ſive decreſcat, prout de præterito actum fuit: Et ita decernendum eſſe cenſuerunt, ſi SS. D. N. placuerit. Facta verò per me hac ipſa die de præmiſſis relatione eidem Sanctiſſimo D. N. Sanctitas Sua dictam reſolutionem approbavit, illamque perpetuò obſervari mandavit, jubendo inſuper, ut hujuſmodi Decretum ad majorem probationem ſubſcribi debeat à tribus Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Cardinalibus Ordinum Capitibus, ſcilicet Acciajolo, Ma-

reſcotto, & Pamphilio, & ita, &c. hac die 11. Januarii 1710.

N. Epiſcopus Portuenſis Cardinalis Acciajolus.
G. Prior Presbyterorum Cardinalis Mareſcottus.
B. Pamphilius Cardinalis Diaconus.

Ita eſt P. M. Archiepiſcopus Athenarum, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Clementis XI. Auditor, & dictæ Congregationis Secretarius.

§. SECUNDUS.

DECLARATIO CONSTITUTIONIS S. M.

INNOCENTII PAPÆ XII.

Super exemptione Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum inferiorum Regni Neapolitani à Spoliis Cameræ Apoſtolicæ debitis, earumque applicatione in beneficium Eccleſiarum illis commiſſarum, nec non extenſio, & ampliatio ejuſdem Conſtitutionis etiam ad caſus, in quibus prædicti Præſules extra reſidentiam deceſſerint, cum aliis ordinationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcroſancti Apoſtolatus Officium humilitati noſtræ Divina diſpenſatione commiſſum ſalubriter exequi ſatagentes, ad ea potiſſimùm, per quæ Eccleſiarum quarumcumque decori, commodis, ac utilitati proſpicitur, providoque conſilio ad illarum favorem diſpoſita à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ſarta tecta, ac inviolata cuſtodiuntur, vel etiam, ubi rerum, locorum, ac temporum conditio ita poſtulet, declarantur, & ampliantur, Paſtoralis ſollicitudinis noſtræ curas libenter convertimus, ſuſceptique Miniſterii partes propenſa charitate deſuper interponimus, prout omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis expedire in Domino arbitramur.

Sanè aliàs fel. rec. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor noſter animo ſecum reputans in Regno Neapolis ingentem extare numerum Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum, quibus Prælati inferiores, ſeu Dignitates quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, ſeu Ordinariorum jura habentes præſunt, Eccleſiarum congruis pro majori parte carentium redditibus, adeòque illa, quam Dei Domus expoſceret, majeſtate, & eleganti ſtructura, necnon decenti ſupellectile ſacra, & Miniſtris Eccleſiaſticis ſufficientibus, ac idoneis, cæteriſque Divino cultui neceſſariis ob earum inopiam, vel non opulentiam, ut plurimum deſtitutarum; ſimulque conſiderans multiplices anguſtias, & graves moleſtias, quibus Venerabiles Fratres earumdem Eccleſiarum Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac alii Prælati inferiores, dum ægritudine premebantur, & aliquando etiam in extremis laborabant, à Subcollectoribus Spoliorum, ſub prætextu aſſecurandi jura ad Cameram noſtram Apoſtolicam pertinentia, identidem vexari, ac perturbari conſueverant: à Spolio, & quocumque alio jure ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ exigendi, & percipiendi pecunias, res, effectus, mobilia, ſemoventia, & alia bona, etiam ſtabilia, cujuſcumque pretii, valoris, ſpeciei, qualitatis, & quantitatis, per memoratos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos inferiores dicti regni ex redditibus ſuarum Eccleſiarum quomodocumque acquiſita, necnon fructus naturales à ſolo ſeparatos, & civiles tempore mortis perceptos, ſeu exactos ex redditibus præfatarum Eccleſiarum, etiam inconſumptos, & incommixtos, non tamen pendentes, ſeu inexactos, ex ſpecialis dono gratiæ, perpetuis futuris temporibus, dictos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos inferiores Regni præfati omninò exemit, & liberavit; ad effectum tamen, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ut præmiſſa omnia, & ſingula ad antedictas Metropolitanas, aliaſque Cathedrales, & reliquas, quibus ipſimet Archiepiſcopi & Epiſcopi, ſeu Prælati inferiores præfuerint, illiſque non indigentibus ad Parochiales Eccleſias eorum regimini commiſſas ſpectare, ac ad earumdem favorem, beneficium, & utilitatem protsùs cedere, converti, & erogari deberent; pluraque alia ſtatuit, atque diſpoſuit, quæ in Conſtitutione à memorato Innocentio Prædeceſſore deſuper edita Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo tertio, tertio Kal. Februarii, Pontificatus ſui anno tertio, quæ incipit: *Inſcrutabili*, pleniùs, ac uberiùs continentur.

Cùm autem, ſicut accepimus, poſtquam ejuſmodi Conſtitutio promulgata fuit, debitæque executioni demandari cœpit, Dilecti Filii prædictæ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Theſaurarius Generalis, & Commiſſarius itidem Generalis, nec non Spoliorum in memorato Regno Neapolitano Collectores, & Subcollectores prætenderint ſub eadem Conſtitutione minimè comprehendi, nec comprehenſa cenſeri debere Spolia bonorum, & fructuum quorumcumque, ſpectantium ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Præſules inferiores decedentes extra fines Eccleſiarum, & Diœceſum, apud quas perſonalem reſidentiam facere tenebantur: eò quia præfatus Innocentius Prædeceſſor in antedicta Conſtitutione non modò expreſsè, quemadmodum opus erat, non derogaverit, ſed nec ullam prorſus mentionem fecerit Litterarum Apoſtolicarum rec. mem. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris etiam noſtri, quarum initium eſt: *In ſuprema*, editarum anno Incarnationis Dominicæ 1564. vii. Kal. Decembris, Pontificatus ſui anno quinto, quibus bona omnia ad Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac alios quoſcumque Beneficiatos extra reſidentiam defunctos pertinentia, tamquam Spolia, ad Cameram Apoſtolicam legitimè ſpectare apertè decernitur, & cavetur; adeòque cùm poſt obitum memorati Innocentii Prædeceſſoris nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi præfati Regni Neapolitani extra reſidentiam ex hoc ſæculo migraverint, & in controverſiam vocari contigerit, an eorum bona Spolio ſubjici deberent; diſcuſſo ritè, ac ordine Dubio in Congregatione noſtra Spoliorum nuncupata, reſolutiones prodierint eidem Cameræ favorabiles, & in executionem ejuſmodi reſolutionum in præfatis caſibus Spolium ſubindè factum, ac prædictæ Cameræ re ipſa applicatum fuerit.

Nos itaque animadvertentes memorato Innocentio Prædeceſſori in præfata Conſtitutione non alia fuiſse mentem, atque conſilium, niſi ut Metropolitanarum, Cathedralium, aliarumque Eccleſiarum prædictarum anguſtias ſublevaret, quæ Nobis etiam ipſis abundè notæ ſunt, atque perſpectæ, cùm in eodem Regno non modò nati, ac diu verſati ſimus, verùm etiam ibidem, dum Cardinalatus fungeremur honore, Sipontinæ primùm, ac deindè Beneventanæ, Metropolitanis Eccleſiis, priori ſcilicet per triennium, & poſteriori triginta octo circiter annorum ſpatio, quouſque ad Apoſtolicæ Dignitatis faſtigium Divina Clementia Nos extulit, præfuerimus; & potiſſimùm opportunè provideret, ut quæ ſacris ſuppellectilibus, & reparationibus indigerent, congruumque ſubſidium ab earum Prælatis viventibus non accepiſſent, ſaltem poſt illorum obitum ex eorum bonis juvari, reparari, ornari, rebuſque ad Divinum præſertim cultum neceſſariis inſtrui poſſent; ac proindè æquum eſſe cenſentes, ut nullum in hac materia conſtituatur diſcrimen inter Prælatos extra reſidentiam, vel in reſidentia decedentes, cùm eorum factum obeſſe minimè debeat Eccleſiis, quarum favor, utilitas, & beneficium in eadem Innocentiana Conſtitutione principaliter conſideratum, atque Pontifici, quemadmodum ex toto illius tenore manifeſtè colligitur, propoſitum in primis fuit: Hinc igitur eſt, quod Nos omnem de cætero controverſiarum, ac litium occaſionem è medio auferre, præfatarumque Eccleſiarum quieti, tranquillitati, & commodo, quantum in Domino poſſumus, conſulere cupientes, Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & declaramus memoratas Litteras Apoſtolicas Innocentii Prædeceſſoris ſuum integrum, plenarium, ac omnimodum effectum, & executionem in effectu ſortiri, ac obtinere debere in prædicto Regno Neapolitano, perpetuis futuris temporibus, etiam in caſibus, in quibus Archiepiſcopos, Epiſco-

ſco-

ſcopos, & inferiores Prælatos ſupradictos extra reſidentiam obire contigerit; & quatenùs opus ſit, eaſdem Litteras Apoſtolicas ad omnes, & ſingulos ejuſmodi caſus, Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus extendimus, & ampliamus: præfatiſque Pii IV. Prædeceſſoris de Spoliis Prælatorum, & Clericorum extra reſidentiam decedentium, ac de omnibus aliis aliorum Romanorum Pontificum, ſi quæ ſunt, Conſtitutionibus etiam peculiari, & individua nota dignis, in ea tantùm parte, in qua præſenti noſtræ Conſtitutioni adverſari dignoſcuntur, illis aliàs in ſua firmitate, ac robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſsè, ac ampliſſimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, ac mandamus.

Per præſentes tamen caſibus, qui hucuſque evenerunt, normam præſcribere, & ſpolia hactenùs ſacta, dictæque Cameræ Apoſtolicæ in executionem reſolutionum memoratæ Congregationis Spoliorum, ut præfertur, applicata irritare, ſeu revocare non intendimus; quin etiam ea legitimè facta, & rectè applicata fuiſſe decernimus, & ſancimus, mentemque, ac voluntatem noſtram eſſe, ut hæc noſtra diſpoſitio in futuris tantùm caſibus locum habeat, & obſervetur, expreſsè declaramus.

Prætereà cum ob rationes ſuperiùs expoſitas probè compertum, exploratumque habeamus antedictas Archiepiſcopales, Epiſcopales, & alias præfati Regni, quæ ab inferioribus Prælatis reguntur, Eccleſias (excepta tantùm Metropolitana Beneventana, cui Nos ipſi, tegiminis noſtri tempore, Dotem annui redditus mille Ducatorum monetæ ejuſdem Regni ex propriis noſtris pecuniis in fundis, & Capitalibus fructiferis pro perpetua illius Fabricæ reparatione, ac manutentione conſtituimus, & aſſignavimus) omni penitùs carere Dote, fundo, ſeu alio congruo ſubſidio, cujus annuo proventu illarum ædificia opportunè reparari, & conſervari, ac ubi neceſſitas id expoſcat, etiam reædificari, priſtinumque in ſtatum reſtitui valeant; ac proptereà æquum, juſtumque, imò etiam neceſſarium exiſtimemus, ut miſeræ earum conditioni, & indigentiæ aliquo modo proſpiciatur; Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuimus, ſancimus, & decernimus, ac inſuper in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut ex Spoliis, quæ memoratis Præſulibus dicti Regni tam in reſidentia, quàm extra eam, ut præfertur, decedentibus, nemine prorsùs excepto, in poſterum fieri contigerit, quidquid in reparationem Eccleſiarum, aut alios pios, & neceſſarios in prædicta Innocentiana Conſtitutione præſcriptos uſus, vel in alia à defunctis Præſulibus, juxtà facultatem illis in eadem Conſtitutione traditam, deſignata pia, & congrua opera erogatum, expenſumque non fuerit, à Succeſſoribus eorumdem Præſulum, cum ſuorum Capitulorum ſcientia, & conſilio, ex integro reinveſtiatur, & collocetur in fundis, ſeu Capitalibus tutis, ſecuris, atque fructiferis pro Dote Fabricæ ſingularum Eccleſiarum prædictarum, ac ejuſmodi Dotium annuus proventus non in alium uſum, quàm reparationis, & manutentionis Fabricæ earumdem Eccleſiarum, ab uniuſcujuſque Præſulibus, cum ſcientia pariter, & conſilio ſuorum Capitulorum, in occurrentibus caſibus, erogetur: Et quotieſcumque dictas Eccleſias reparatione non indigere conſtiterit, annui etiam fructus, & fructuum fructus Dotium prædictarum in aliis fundis, & Capitalibus tutis, atque fructiferis eodem prorsùs modo reinveſtiantur, & collocentur, ad hoc ut ipſæmet Dotes majora in dies, benedicente Domino, ſuſcipiant incrementa, adeòque earum redditus ſupportando reparationis Fabricæ ipſarum Eccleſiarum oneri ſatis eſſe poſſint. Quæ ſanè reinveſtimenta pro Dote Fabricæ earumdem Eccleſiarum nedum utiliora, ſed magis etiam conſentanea, atque conformia intentioni memorati Innocentii Prædeceſſoris fore arbitramur, quàm ſi quidquid ſupererit ex prædictis Spoliis, in emptionem ſupellectilis voluptuoſæ, vel non neceſſariæ, vel Eccleſiæ qualitatem excedentis, quemadmodum hactenùs ob malè intellectam prædictæ Conſtitutionis mentem non ſemel eveniſſe comperimus, erogaretur. Cæterùm ſuper præmiſſis omnibus, ac præſertim ſuper iis, quæ rectam, & fidelem præfatarum dotium adminiſtrationem reſpicient, eorumdem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum inferiorum, atque etiam Capitulorum conſcientiam diſtrictè oneramus.

Urſaye Miſcellaneum.

Decernentes eaſdem præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod ſupradicti, & alii quicumque in præmiſſis quomodolibet jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes iiſdem præmiſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ſeu auditi fuerint, ullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, ſeu adversùs illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenùs poſſe; ſed eaſdem præſentes Litteras ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere debere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, S. R. E. Camerarium, & Cardinales, etiam de latere Legatos, nec non Cameræ præfatæ Theſaurarium generalem, & Præſidentes Clericos, Congregationem Spoliorum nuncupatam, noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ in dicto Regno Neapolitano pro tempore Nuncium, & Collectorem, alioſque quoſcumque qualibet auctoritate, præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, de jure quæſito non tollendo, aliiſque noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, & Ordinationibus quibuſcumque, ac præfati Pii IV. de gratiis qualecumque intereſſe dictæ Cameræ concernentibus intra certum inibi expreſſum tempus exhibendis, & regiſtrandis, itaut eaſdem præſentes Litteras ibidem exhiberi, & regiſtrari numquam neceſſe ſit, aliiſque quibuſcumque Apoſtolicis, & in Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; necnon Eccleſiarum præfatarum, ac Nunciaturæ Neapolis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, decretis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, ac Litteris Apoſtolicis ſub quibuſvis tenoribus, & formis cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & irritantibus, aliiſque decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, iiſdem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè, pleniſſimè, & ampliſſimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum voluntatis, declarationis, ampliationis, extenſionis, mandati, ſanctionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipoten-

tis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, quinto Idus Julii, Pontificatus noſtri anno primo.

P. M. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

Viſa de Curia J. C. Archiep. Amaſenus.

Locus ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

L. Martinettus.

Anno à Nativitate Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, Indictione ſecunda, die verò decima quinta Julii, Pontificatus Sanctiſſimi in Christo Patris, & D. N. D. BENEDICTI, Divina providentia Papa XIII. anno primo, ſupraſcripta Littera Apoſtolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Baſilicarum Principis Apoſtolorum, S. Joannis in Laterano, & S. Mariæ Majoris, prout ſimiliter ad valvas Cancellaria Apoſtolica, & Magna Curia Innocentiana, & in Acie Campi Flora, aliiſque locis ſolitis, & conſuetis Urbis, dimiſſis copiis, ut moris eſt, per Nos Joannem Triſellium, & Joannem del Rè S. D. N. Papa Curſores.

Petrus Romolatius Mag. Curſ.

§. TERTIUS.

BULLA

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

In qua Eccleſia Setina declaratur Cathedralis, & unita ab Honorio Papa III. æquè principaliter Eccleſia Terracinenſi, & quatenus poſt dictam unionem Cathedralis eſſe deſiiſſet, denuo erigitur in Cathedralem, & dicta Eccleſia Terracinenſi æquè principaliter unitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex ex commiſſo ſibi deſuper Apoſtolicæ ſervitutis Officio circa pacificum, & tranquillum Eccleſiarum ſtatum præſertim Cathedralium, & quæ Cathedrales eſſe prætendunt, ex viſceribus charitatis intendens ea per quæ Eccleſiæ ipſæ cum Dei honore in ſpiritualibus, & temporalibus ſalubribus proficiant incrementis, ac ſublatis diſſenſionum, diſcordiarumque fomentis Divinus Cultus in illis inviolabiliter obſervetur, Perſonæque Eccleſiaſticæ in pace, & quietis manſuetudine Altiſſimo vota reddere, & fructus bonorum operum proferre valeant ampliores, ipſarumque Eccleſiarum decorem magis augeant, avocat ad ſe lites, eaſque penitus extinguit, nonnullas, quæ in dubium vocantur Cathedrales, quandoque tales eſſe declarat, & decernit, & quæ Cathedrales nuſquam fuerunt, de novo erigit, eodemque tempore alteri Eccleſiæ unit, vel alteram Cathedralem ſupprimit, aliamque erigit, eiſque privilegia, gratias, & indulta concedit, prout penſatis circumſtantiis univerſis conſpicit in Domino ſalubriter expedire; cùm itaque nuper Venerabilis Frater Epiſcopus Terracinen. ad Romanum Concilium evocatus Nobis humiliter expoſuerit, quod pro tempore exiſtentes Epiſcopi Terracinen. ob aeris intemperiem Civitatis Terracinen. in ea majori anni parte habitare nequeunt abſque evidenti vitæ periculo, in eaque Civitate, quæ biſmille circiter habitatores continet, & Domus Epiſcopalis minùs capax, & decens exiſtit, proindeque ab antiquiſſimo tempore Curia Epiſcopalis non adeſt, ſed pro tempore exiſtentes Epiſcopi in Civitate Setiæ, quæ ſeptem millibus circiter habitatoribus conſtat, à tempore ferè immemorabili reſidere conſueverunt, inibique prædicti Epiſcopi ubi ſpecioſum habent Palatium Epiſcopale, Curiam cum Archivio, ac Tribunal publicum cum Carceribus tenere, in quo omnes cauſæ totius Diœceſis deciduntur, & ut plurimùm Vicarium in ſpiritualibus Generalem retinere, & in Eccleſia Setina nobilis, & antiquæ ſtructuræ Cathedram fixam habere, in ipſa quoque Eccleſia Setina, in qua adſunt tres Dignitates, Archipresbyter videlicet, Archidiaconus, & Præpoſitus, duodecim Canonici, & plures Clerici Divinis inſervientes, ac in aliis ejuſdem Civitatis Setiæ Eccleſiis Ordines conferre, Sacra Olea plerumque conficere, ac functiones Epiſcopales, quæ à Concilio Tridentino in Cathedralibus Eccleſiis fieri debere demandantur, honorificè, & decenter exercere ab antiquiſſimo etiam tempore conſueverunt: Seminarium inſuper, quod in Civitate Terracinen. retinere non potuerunt, attento quod in illo Alumni ſufficienter inſtrui non poterant ob deficientiam Magiſtrorum, in eadem Civitate Setiæ, in qua peramplum Collegium Societatis Jeſu cum Scholis exiſtit, etiam retinuerunt, quodque in eadem pariter Civitate Setiæ adſunt Sepulchra Epiſcoporum, in quorum aliquo, ac in ipſo Palatio Epiſcopali quilibet ipſorum publicè inſcribitur Epiſcopus Terracinen. & Setinus, plures quoque in eadem Civitate Setiæ adſunt Eccleſiæ Parochiales, & Laicorum Confraternitates, duo Monialium Monaſteria, quatuor cum amplis, & nobilis ſtructuræ Eccleſiis diverſorum Ordinum Conventus Virorum, plureſque etiam ibi fuerunt, & reperiuntur familiæ, & litteris, ac ſanguinis nobilitate, ob Equites Militiæ Sancti Joannis Hieroſolymitani, aliorumque Ordinum Militarium, qui in eis extiterunt, conſpicuæ; ſitus quoque ejuſdem Civitatis Setiæ commodior, & vicinior Populo totius Diœceſis exiſtit, qui numerum vigintimillium animarum excedit: & cùm per litteras felicis recordationis Honorii Papæ Tertii Prædeceſſoris noſtri prædicta Eccleſia Setina unita fuerit Terracinenſi, ac poſt dictam unionem perſeveraverint Epiſcopi pro tempore, etiam poſt Tridentinæ Synodi decreta, prædicta facere, quæ non niſi in Cathedrali juxta eadem decreta gerere nequibant: hinc ſuborta lite, quæ à pluribus annis pendet coram Generali Auditore noſtræ Cameræ Apoſtolicæ, cum commiſſione eidem directa de voto Auditorum noſtri Palatii Apoſtolici ſuper Concathedralitate inter dictam Eccleſiam Terracinenſem, & Setinam prodierit unica Deciſio contra eamdem Setinam Eccleſiam, à qua conceſſa nova audientia ſine prolatione voti ſententiæ, aut decreti à pluribus annis Epiſcopi continuaverint etiam poſt emanatam Deciſionem apud dictam Eccleſiam Setinam reſidere, Cathedram fixam ibidem retinere, aliaque prædicta peragere, proptereaque tam ob majus decus Epiſcopalis dignitatis, quàm ut ipſi Epiſcopi ſe eximere poſſent à clamoribus plurimorum aſſerentium Epiſcopos teneri ad reſidentiam in Civitate Terracinen., inibique exercendum Eccleſiaſticas functiones, præſertim in temporibus à prædicto Concilio Tridentino præſcriptis, valdè expediens exiſteret, ſi prædicta Eccleſia Setina, Eccleſia Concathedralis declarata exiſteret, & quatenus Cathedralis non exiſteret, aut nunquam fuiſſet, ea à Nobis in Cathedralem erigeretur, dictæque Eccleſiæ Terracinen. æquè principaliter uniretur: Nos attenta prædicti Epiſcopi Terracinen. relatione Nobis ſic, ut præfertur, facta, ac de omnibus, & ſingulis præmiſſis, quorum plura etiam vidimus, & audivimus, dum in prædicta Civitate Terracinen. cum in minoribus eſſemus commorati fuimus, certam notitiam habentes, aliiſque de cauſis animum noſtrum moventibus eidem moderno Epiſcopo Terracinen. ſpecialem gratiam facere, ac Dilectum Filium noſtrum Petrum Marcellinum Tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem Corradinum nuncupat. Prodatarium noſtrum, cujus prædicta Civitas Setiæ dedit ortum natalibus, quique ſummo zelo, ſummaque diligentia, & fidelitate ſpatio ferè triginta annorum in diverſis Officiis huic Sanctæ Sedi ſervitia laudabiliter præſtitit, gratioſo favore proſequi volentes, ac pacem, & tranquillitatem inter perſonas Eccleſiaſticas illis ſummoperè conſentaneam confovere cupientes, omnibuſque, & ſingulis præmiſſis Nobis ſic, ut præfertur, expreſſis, pro verificatis,

Digitized by Google

catis, & juſtificatis habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, meraque deliberatione noſtris litem, & cauſam ſuper Cathedralitate in Tribunali Cauſarum Curiæ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, ac Cauſarum Palatii Apoſtolici prædicti Auditoris inter Capitula prædictarum Eccleſiarum Terracinen. ac Setin. à pluribus annis introductas, & adhuc indeciſas pendentes, ad Nos avocantes, eaſque penitùs, & omninò extinguentes, Capitulis, & Canonicis prædictarum Eccleſiarum, omnibuſque aliis, & ſingulis perſonis, etiam ſpeciali mentione dignis in lite, & cauſa prædictis intereſſe habentibus, ſeu quomodolibet habere prætendentibus perpetuum ſilentium imponimus, ac pro majori dictæ Civitatis Setinæ de Sancta Sede prædicta ſummoperè benemeritæ honorificentia, & dignitatis Epiſcopalis decore, prædictam Eccleſiam Setinam Concathedralem extitiſſe, tam ante, quàm poſt unionem de prædicta Eccleſia Setina dictæ Eccleſiæ Terracinen. factam, ac de præſenti etiam exiſtere, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus: ac quatenùs dicta Eccleſia Setina nuſquam Cathedralis extiterit, vel poſt dictam unionem Cathedralis eſſe deſierit, eamdem in Eccleſiam Cathedralem de novo erigimus, & Eccleſiæ Terracinen. æquè principaliter perpetuò unimus, itaut in poſterum eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ Setiæ Concathedralis cum Eccleſia Terracinen. ſit, & eſſe debeat, & Epiſcopus pro tempore exiſtens Epiſcopus Terracinen. & Setinus eſſe, & nominari debeat, quodque in actibus Conſiſtorialibus, & in Litteris Apoſtolicis ſuper promotione novi Epiſcopi ad prædictas Eccleſias Terracinen. & Setinam ſic, ut præfertur, æquè principaliter unitas, ſemper fieri debeat mentio prædictæ Eccleſiæ Setinæ, uti Concathedralis ejuſdem Eccleſiæ Terracinen. conditione tamen adjecta, quod eveniente vacatione Sedis Epiſcopalis, Capitulum Eccleſiæ Terracinen. uti antiquius juxta hactenùs obſervatam conſuetudinem, inconſulto, & minimè audito Capitulo Eccleſiæ Setinæ ad Electionem Vicarii Capitularis procedere valeat, qui poſtquam à dicto Capitulo Terracinen. ſic, ut præfertur, canonicè electus, & deputatus fuerit, ſuam juriſdictionem etiam in Eccleſia Setina exercere valeat: Ad hæc, ut Capitula prædictarum Eccleſiarum Concathedralium Terracinen. & Setin. in prædictis Eccleſiis horas canonicas canere, ac Eccleſiaſticas functiones majori cum honorificentia, & decore, divinique cultus ſplendore exercere valeant, modernis, & pro tempore exiſtentibus Dignitatibus, & Canonicis prædictarum Eccleſiarum Terracinen. & Setinæ Mozzettam violacei coloris ſupra Rocchettum tam in eorum Eccleſia, quàm in Capitulo, vel extra, ac in Proceſſionibus funeralibus, & aliis quibuſcumque functionibus, & actibus Capitularibus publicis, & privatis, quibuſcumque anni temporibus, & diebus, etiam in præſentia quorumcumque Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum, & Sedis Apoſtolicæ Nunciorum, necnon prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, & aliorum quorumcumque quavis auctoritate, & poteſtate fungentium, ac honore, & præeminentia fulgentium, deferre liberè, & licitè poſſint, & valeant, ac ſuper geſtatione Mozzettæ, & Rocchetti hujuſmodi à quoquam quavis auctoritate directè, vel indirectè impediri, moleſtari, inquietari, vel perturbari nullatenus poſſe, neque debere, perpetuò concedimus, & indulgemus; decernentes inſuper eaſdem præſentes ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet cauſa, quantumvis legitima, & juridica, etiam ex eo quod Capitulum, & Canonici dictæ Eccleſiæ Terracinen. ſeu quicumque alii cujuſcumque dignitatis, gradus, conditionis, & præeminentiæ ſint in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis cauſa, ratione, actione, vel occaſione jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes illis non conſenſerint, aut ad id vocati, & auditi, & cauſæ propter quas eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut jus, vel intereſſe habentium conſenſus, aut quolibet alio quantumvis magno ſubſtantiali inexcogitato, & inexcogitabili, ac ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem requirente defectu, ſive etiam ex eo quod in præmiſſis, eorumque aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, totaliſque læſionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam in corpore juris clauſa, occaſione, aliave cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſariò exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra, & aliis ſuperiùs expreſſis nullibi appareret, ſeu aliàs probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet, etiam motu ſimili conceſſo, vel impetrato, aut emanato uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores Noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem Apoſtolicam prædictam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter ex quibuslibet cauſis, & ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis, etiamſi in eis de eiſdem præſentibus, earumque toto tenore, ac Data ſpecialis mentio fiat, pro tempore factis, & conceſſis, ac faciendis, & concedendis comprehendi, ſed tamquam ad majus bonum tendentes, ſemper, & omninò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo, etiam ſub quacumque poſteriori data quandocumque eligenda conceſſas eſſe, & fore, ſicque, & non aliàs in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alios quoſcumque quavis auctoritate, poteſtate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque inſtantia judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, univerſalibuſque Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictarum Eccleſiarum Terracinen. & Setinæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac locis quibuſcumque, etiam ſpecifica, & expreſſa, ac individua mentione dignis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu pari, ac Conſiſtorialiter, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmiſſorum conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamſi in eis caveatur expreſsè, quod illis per quaſcumque Litteras Apoſtolicas, etiam motu ſimili pro tempore conceſſas quaſcumque etiam derogatoriarum derogatorias in ſe continentes derogari non poſſit, neque cenſeatur eis derogatum, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut quæcumque alia

exqui-

Digitized by Google

exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium & ſingulorum tenores, formas, & cauſas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, præſentibus pro plenè, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſertis, expreſſis, & ſpecificatis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium, & ſingulorum validiſſimum effectum hac vice dumtaxat latiſſimè, & pleniſſimè, ac ſufficienter, nec non ſpecialiter, & expreſsè, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam extinctionis, avocationis, declarationis, impoſitionis, erectionis, unionis, conceſſionis, Indulti, Decreti, & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, Tertio Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno primo.

T A

1 Tabaceum in Vaticana Baſilica ſumi non poteſt ſub pœna excommunicationis impoſitæ ab Innoc. X. *Inſtit. Crim. l. 3. tit. 4. à n. 41.* quam ſubſtulit Sanctiſs. D. N. Benedictus XIII. de menſe Februarii 1725. ut patet ex notificatione regiſtrata in fine hujus *Lit. T.* §. 1.

2 Tabernaculi claves retinere debet Parochus privativè ad Sacriſtam, & Cappellanum, *Card. Petr. tom. 3. ad Conſtit. Apoſtol. fol.* 306. *num.* 21. *& Cong. Conc. in Neapolitana* 14. *Novembr.* 1693.

3 Tacere: *Inſipiens linguam laxat, ſapienſque refrænat,*
Quis minor, aut major, quàm tacuiſſe, labor?

4 Tacere: Nimis abſurdum eſt pro ſe ipſo conticeſcere eum, qui pro aliis videtur plura dixiſſe, *Caſſiod. Var. l.* 11. *in præfat.*

5 Tacere ultra non oportet, ne jam non verecundiæ, ſed diffidentiæ eſſe incipiat quod tacemus, & dum criminationes falſas contemnimus refutare, videamur crimen agnoſcere, *S. Cyprian. l.* 1. *contra Demetr.*

6 Tacere: Si tacuero criminoſus ero, ſi reſpondeo maledicus; tu me ergo & prohibes, & cogis ad reſpondendum, in quo utrumque moderabor, ut & objecta diluam, & ab injuriis temperem, *S. Hieronym. con. Ruffin. lib.* 3. *inter ejus Oper. tom.* 2. *fol.* 35.

7 Tacere: Pudet dicere, ſed neceſſe eſt non tacere, *S. Leo in ſerm. octav. apoſtol.*

8 Tacere: Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum, *Cato.*

9 Tacere: Quædam ſatius eſt, vel cum Cauſæ detrimento tacere, quàm inverecundè dicere, *Senec. in prima Declamat. Rodulphin. Agric. de virgin. proſtitut.*

10 Tacere: Quæ omnia quia nauſeam movent, tacenda potiùs, quàm confutanda duximus, *Anton. Quiring. de Scient. med. c.* 7. *fol.* 20.

11 Tangere: *Ni fugias tactus, vix evitabitur actus:*
Nos ergo vita, ne moriaris ita.

12 Tarda productio induit præſumptionem inſubſiſtentiæ, & falſitatis ſcripturarum, *Rot. in Andrien. Præeminentiarum* 2. *Martii* 1711. §. *Valdeque coram Aldrovand. & in Reſſanen. Juris prohibendi* 3. *Julii* 1702. §. *final. coram Lancett.*

13 Tardè dans, diu noluit, *Senec. de Benefic. lib.* 1. *cap.* 1. *circa med.*

14 Tardè concedendum, quod datum non adimitur, *Tacit. l.* 13. *Annal.*

15 Tardè velle nolentis eſt, *Senec. de Benef. l.* 2. *c.* 5.

16 Tardiora ſunt remedia, quàm mala, humanæ infirmitatis natura, *Tacit.*

17 Tarditas ſupplicii gravitate compenſatur, *Tacit.*

18 Taxa Innocentiana impreſſa eſt apud *Paſcucc. ad Pignatell. tom.* 1. *fol.* 250.

19 Taxa fructuum legalium hodiè redacta eſt ad quatuor pro centenario, *Rot. in Reatina Fideicomm.* 15. *Maji* 1705. *in princ. coram Anſald.*

20 Taxillus vulgò Dado: *Non ti doler ſe poi ti pungo, & ardo;*
Che altro non ſon, che ſenza core un dardo.

21 Tela nocent leviùs, viſa volari priùs.

22 Temerarium nihil adeò eſt, adeòque indignum ſapientis gravitate, atque conſtantia, quàm aut falſum ſentire, aut quod non ſatis explicitè perceptum eſt, & cognitum, ſine ulla dubitatione defendere, *Cicer. de Nat. Deor.*

23 Poteſtatis plenitudo eſt illa, qua mediante Princeps facit id, quod ei pro libito facere placet, ad differentiam poteſtatis ordinariæ, ſecundùm quam facit id, quod honeſtum eſt, *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 87. *n.* 3. *Magg. obſerv.* 14. *n.* 113. *Andreol. controv.* 413. *n.* 22. ubi concordantes citantur.

24 Tempus: Si nemo à me quærat, quid ſit tempus, ſcio; ſi quærenti explicare velim, neſcio, *S. Aug.*

25 Tempus: *Damna fleo rerum, ſed plus fleo damna dierum:*
Quiſque poteſt rebus ſuccurrere, nemo diebus.

26 Tempus: *Omnia tempus edax minuitque, rapitque vetuſtas: Seneſcunt Urbes, non modo Familiæ.*

27 Tempus: *Omnia fert ætas, mutant quoque ſæcula nomen,*
Et genus, & formam, divitiaſque ſimul, Thom. Morus.

28 Tempus: *Nec ſemper Viola, nec ſemper Lilia florent:*
Et riget amiſſa ſpina relicta Roſa.

29 Tempus: *Apud Deum non tam valet menſura temporis, quàm doloris.*

30 Tempus: Io el Tiempo para dos otros, Caroli V. dictum, teſte *Bayl. in ejus Vit. fol.* 899.

31 Tempus præſens adeò breve eſt, ut quibuſdam nullum videatur: in curſu enim ſemper eſt, fluit, & præcipitatur: ante deſinit eſſe, quàm venit, *Senec. de Brev. Vit. cap.* 11.

32 Tempus maximus eſt Medicus, *Menander Comic.*

33 Tempus Pater eſt de' prudenti conſegli, ed il giorno ſeguente rieſce Maeſtro dall' antecedente, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 7. *cap.* 4. *n.* 11.

34 Tempus longum infoſca la memoria, eziamdio delle coſe maſſime, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 24. *cap. ult. num.* 2.

35 Tempus expeditionis mandati deſumitur ex Libris Receptorum Notariorum, *Rot. in Romana Pecuniaria* 3. *Junii* 1707. §. *Ex facti coram Molin.*

36 Temporis eſt ſolita natura, col ravedimento, e colla ſtanchezza, eſſer l' accordatore di tutti gli contraſti, *Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. l.* 19. *c. n.* 10.

37 Tempore *nil currit velocius; annus, & hora*
Quid diſtant? Infans, cùm naſcitur, ecce ſeneſcit.

38 Tempora *labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis,*
Jam venit tacito curva ſenecta pede.

39 Tempora mala: Docemur quanti referat, in quæ tempora quiſque incidat, *Urbanus VIII. Conſtit.* 62. *in princ.*

40 Terræ concuſſio duplex eſt: Altera, cùm quatitur, & ſurſum, ac deorſum movetur, quæ dicitur ſucceſſio: Altera inclinatio, qua in latera nutat navigii more, *Senec. Natur. quæſt. lib.* 6. *cap.* 21.

41 In Terræmotus excidio quiſnam præſumatur priùs mortuus, vide *Rot. in Spoletana Succeſſionis* 15. *Aprilis* 1709. *coram Criſpo.*

42 Terrena deſpicere diſce, & ab his ſpontè diſcede, quæ diu tecum eſſe non poſſunt, *Card. Bona in Manud. ad Cal. cap.* 1. §. *ult. circa med.*

43 Terrena: Omnia relinque antequam relinquaris, ut cùm venerit mors, nihil in te reperiatur, quod poſſit auferre, *Cardin. Bona in Manud. ad Cal. cap.* 1. §. *ult. circa fin.*

44 Territorium ſeparatum non poteſt acquiri ex præſcriptione quadragenaria cum titulo colorato, ſed omninò requiritur clara, & litterale Apoſtolicum privilegium, vel conſuetudo immemorabilis, cum ſuis requiſitis, ritè probata, *Cong. Particularis deputata à Clem. XI.* 3. *Auguſti* 1718. *in Bullar. Clement. fol.*

45 Terrena imperia non ſunt mala, quia dantur & bonis; non ſunt magna bona, quia dantur & malis, *S. Auguſt.*

46 Terror plus corrigit, quàm pœna conſumit, *Caſſiod. var. lib.* 7. *epiſt.* 1. *ante med.*

47 Terror: Veſtigia terrent,
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum:
Horatius de Fabula Leonis, quem inviſerat Vulpes.

48 Teſtamentum primum non dicitur revocatum per ſecundum, quando in hoc non adſunt verba præciſa, deſignata in primo, *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 76. *n.* 3. *& Rot. dec.* 178. *à n.* 7. *coram Buratt. & dec.* 201. *n.* 3. *&* 4. *p.* 16. *vide deciſ.* 787. *p.* 18. *& dec.* 21. *p.* 19. *rec.*

49 Te-

49 Teſtator: *Omnia das, quia nil potes auferre: dediſſes, Si tecum poſſes omnia ferre, nihil.*

50 Teſtatores ſæpè diſponere ſolent ſupra vires eorum hæreditatis, *Anſal. dec. 66. n. 24.*

51 Teſtimonium illud verum eſt, quod ab inimica voce profertur; alioquin, ſi amicus pro te dixerit, non Teſtis, aut Judex, ſed Fautor putabitur, *S. Hier. epiſt. 61.*

52 Teſtimonum: Vide quemadmodum teſtimonia poſueris, vel quomodo intellexeris, nihil ad rem, de qua nunc agitur, *S. Aug. l. 2. contra Petilian. c. 28.*

53 Teſtis unicus adminiculatus, quando concludenter probet, *Cong. Particularis in Romana anni* 1714. & 1715. de qua *in tom. 5. par. 2. diſcept.* 1.

54 Teſtis non probat, quando vocat aliquem in conteſtem, qui dicit, ſe non recordari, *Rot. coram Celſo dec. 214. n. 8. & in par. 17. rec. dec.*

55 Teſtis: Ecce inter meos teſtes, vel inter veſtros conſtituo Judices, quos putaſti patronos tuos, *S. Auguſt. lib. 1. contra Julian. cap. 6.*

56 Teſtis conſcientiæ noſtræ quando eſt in Cœlo, & in corde noſtro, dimittamus ſtultos foris loqui, quod volunt, *S. Greg. l. 8. c. 45. ad Pallar. Presbyt.*

57 Teſtis contra proprium commodum deponens, plenè probat, *Rot. coram Cervo dec. 66. n. 38. & in par. 17. rec. dec.* 220. *n.* 18. *& dec.* 281. *n.* 12.

58 Teſti intereſſato, quamvis Cardinali, non creditur, *Rot. in Sagonen. Plebaria* 10. *Decembr.* 1706. §. *Quin attendenda coram Oman.*

59 Teſti religioſo quando non ſit præſtanda fides, *Anſald. ad dec. 17. num.* 12.

60 Teſtem inducens, dicitur approbare Perſonam, non autem dictum, quod proinde reprobare poteſt; ſecus ſi produxit illius depoſitionem, *Rot. deciſ. 144. à num. 12. par. 15. recent.*

61 Teſtes Neapolitani an præſumantur ſubornati, *Neapolitana Sponſalium* 19. *Decembris* 1721. de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept.* 13.

62 Teſtes hodie vix reperiri poſſunt, contra quos non inveniat apparentem exceptionem litigantium ſubtilitas, *Emer. jun. deciſ. 456. num.* 7.

63 Teſtes licet inſtruere, etiam mediante ſchedula, ad hoc ut recordentur veritatis, *Rot. dec. 394. num. 20. & 21. par. 17. recent.* Contrarium vide *in dec. 326. num. 5. ead. par.* 17.

64 Teſtium repetitioni, quibus concurrentibus locus ſit, *Cong. Conc. in Neapolitana Sponſalium* 19. *Decembr.* 1721. de qua *in tom. 4. par. 2. diſcept.* 13.

65 Teſtimonium illud verum eſt, quod ab inimica voce profertur; alioquin, ſi amicus pro te dixerit, non Teſtis, aut Judex, ſed Fautor putabitur, *S. Hieron. epiſt.* 61. relatus *à Bernin. in Vit. Card. Thomaſ. cap. 5. fol.* 49.

66 Textuum explicatio: Continua, præmitte, & divide, contrahe, finge: Objice, confirma, ſolve, & lege, magna notato: Extende, & ſtringe, & quod fert occaſio deduc: Hæc faciens, ritè textus, & jura docebis, *Lampugnan. poſt Inſtitut. civil. tit. Ratio ſtudend. fol.* 9.

67 Theologalis Præbenda debetur Doctori in Jure Canonico, non attenta clauſula aſſumendi infra annum gradum Magiſterii in Sac. Theologia, *Congr. Conc. in Dub. Prabenda Theologalis 5. Junii* 1723.

68 Theologi: Hanno per proprio di eſaminare il vero per lo ſottile, e non di eſaggerare inſegnando, *P. Segn. nel Chriſt. Inſtruit. par. 1. ragionam. 5. n.* 6.

69 Theologi puri, ſeu ſine Canonum notitia, curta eſt ſupellex, & circa moralia periculoſum judicium, *Lotter. de Re benef. l. 3. q. 27. num.* 203.

70 ſine Theologia: Il caminare con la ſola ſcienza de' Canoni nelle materie ſagre, è appunto caminare con un ſolo piede, cioè zoppicando, e ſpeſſo cadendo, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 22. cap. 4. num.* 16.

71 Theorica: Tanto più ſcientificamente illumina l'intelletto, quanto la pratica più ſicuramente governa l'operazione, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 4. c. 11. n.* 9.

72 Theſaurus ipſe quàm facilè profunditur, ſi nullis iterùm pecuniis compleatur, *Caſſiod. var. l. 20. c.* 16.

73 Theſaurum qui portat in via, deprædari deſiderat, *Greg. hom. 11. in Evang.*

74 S. Thomas utebatur parvis partibus, ſeu fragmentis epiſtolarum, quando Summam Sac. Theologiæ componebat, *P. Friger. in ejus Vit. l.* 2. *c.* 10. *n.* 6.

75 D. Thomæ doctrina meritis laudibus extollitur à SS. D. N. Benedicto XIII. in ejus Breve impreſſo in fine hujus *Littera T.* §. 1.

76 Timemus omnia tanquam mortales, concupiſcimus omnia tanquam immortales, *Senec. Brevit. vit. c.* 4.

77 Timere, quod vitari non poteſt, ſtultum eſt, *Senec. de Remed. Fortuit.*

78 Timere: Nolo minor me timeat, deſpiciatque major, *Cecilius Anglus.*

79 Timere multos debet, quem multi timent, *Senec. in Proverb.*

80 Titulares Provinciales quibus gaudeant privilegiis, vide *Cong. Epiſc. in Ordinis Carmelitarum* 10. *Julii* 1705. *Ponente Carpineo*, de qua *in tom. 1. p. 1. diſcept.* 21.

81 Titulus *Meſſere* anno 1564. tribui ſolebat nobilibus Perſonis, *Rot. in Melevit.* 29. *Januarii* 1706. §. *Nec ex alio coram Caffarell.*

82 Tituli remedia habent, pixides venena, *Agripp.*

83 Tituli quantunque leggieriſſimi per ſua natura ricevono nondimeno un immenſo peſo dalla leggerezza del noſtro Mondo, *Card. Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 15. cap. 4. num.* 16.

84 Tituli diverſorum Librorum uſque ad num. 54. enumerantur *à Ventrigl. in Prax. in Proem. Adnot.*

85 Tiraquellum licèt abſtemium, triginta Filios ex legitimis nuptiis procreaſſe, teſtatur *Zacch. quaſt. medicoleg. l. 3. tit. 1. qu. 3. n.* 5.

86 Tolerari: Subitò tollitur, qui diu toleratur, *S. Gregor. l. 25. Moral. c.* 3.

87 Tollere illis pudeat, quibus jubemur offerre, *Caſſiod. lib. 12. epiſt.* 13. ſequutus *à P. Segneri nella Predic. 22. in fin.*

88 Tormentum grave eſt dare, cui nolis, *Senec. de Benef. lib. 2. c.* 18.

89 Torquent nos quædam magis, quàm debeant; quædam ante, quàm debeant; quædam, cùm omninò non debeant, *Senec. Epiſt. l. 1. epiſt.* 13.

90 Tractatus conſultorii compatibiles ſunt cum canonica electione, *Cong. Epiſc. in Ordinis Carmelitarum excalceatorum* 13. *Maji* 1718. *Ponente Card. Barraciano*, de qua *in tom. 3. p. 1. diſcept.* 18.

91 Tranſlationi Hoſpitii locus eſt, juſta accedente cauſa, *Cong. Epiſc. in Novarien.* 24. *Julii* 1711. de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 7.

92 Tribulatio autem cordis aperit, quam ſæpè proſperitas hujus Mundi claudit, *S. Greg. l. 25. Moral.*

93 Tribulationes: Qui à Deo arctiùs amatur, vigoroſiùs flagellatur, *S. Laurent. Juſtin.*

94 Tribunalia magna capere aliquando ſolent reſolutiones ex motivis à Partibus eorumque Advocatis neque etiam excogitatis, *Rovit. dec. 40. n. 13. à Pont. dec. 34. in fin. & Card. de Luc. de Regal. diſc. 128. nu. 3. & de Benef. diſc. 73. n. 19. tom. 1. p. 1. diſcept. 12. in fin.*

95 ad Triremes quando fuit tranſmiſſus Religioſus, terminato tempore condemnationis, an ſit recipiendus inter Religioſos ſuæ Provinciæ, vide *Aſculana anni* 1711. de qua *in tom. 1. p. 2. diſcept.* 18.

96 Triſtitia nulla eſſe debet, ſi omnes accuſent, & ſola conſcientia nos liberos demonſtret, *S. Gregor. l. 8. c. 45. ad Pallar. Presbyter.*

97 Triſtitia: Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi, *Proverb.* 25. 20.

98 Trucidans non conſiderat quemadmodum laniet; qui autem curat, conſiderat quemadmodum ſecet, *S. Auguſt.* relatus *in can. Nimium inquieti* 23. *q.* 4.

99 Tueri: Virtus non minor eſt quàm quærere, parta tueri, *Rota coram Anſald. dec. 30. n. 26. & in p. 18. rec. deciſ. 725. n. 8. & 9.*

100 Turba: Argumentum peſſimi turba eſt, *Ariſtot.*

101 Turba: Cum aliis, quorum me turba fatigat, *Rot. dec. 240. n. 3. p. 15. rec.*

102 Turbidum: Ad intorbidare un gran vaſo d'acqua baſta meſcolarvi di torbido una poca porzione, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 9. c. 14. n. 4.*

103 Turca matrimonium contrahens, poſtquam fidem Catholicam ficté amplexus fuerat, ſi deinde ad ſuos revertatur, uxor tranſire non poteſt ad alias nuptias, *Congr. Conc. in Tarentina Matrimonii* 23. *Septemb.* 1679. *lib. 3. Decr. fol.* 429.

104 Turpe eſt aliud loqui, aliud ſentire: turpius aliud ſcribere, aliud ſentire, *Senec. epiſt. 3. lib. 3. epiſt.* 24.

105 Turpius nihil eſt, quàm ſenex vivere incipiens, *Senec. epiſt. lib. 1. epiſt.* 13.

106 Turris

106 Turris nona dicitur talia *da un antica Torre, che in latino era detta Turris Annona*, *Alver. Rom. in ogni ſtat. tom. 2. fol.* 100.

107 Tutelæ onus ſuſcipere non tenentur Advocati, Lectores publicarum univerſitatum, eorumque Filii, *Paſchal. de Patr. poteſtat. p. 2. c. 5. à n. 84.*

108 Turtius eſt apud majeſtatem timiditate, quàm temeritate periclitari, *S. Bern. de Conſid. ad Eugen. lib. 1. c. 4. in fin.*

109 Turotis officium periculoſa res eſt, prolode magna eſt illorum penuria, qui hoc munua fideliter exercere velint, *Card. de Luc. de Tutorib. diſcurſ. 3. in fin.*

110 Tyber: Agria, Eſſequium, Regalis vincitur Alba,
Belgradum capitur, ò Tybre quid facies?
Lætitiæ jam parce tuæ, nam mergimur omnes,
Si quoties Turcam vincimua, ipſe redia.

111 Tyberius Cæſar, dicenti cuidam *Meminiſti* reſpondit, Non memini quid fuerim, *Senec. de Beneſ. l. 5. c. 25.*

112 Tyranni ſæviunt ex voluptate; Reges ex cauſa, aut neceſſitate, *Senec. de Clem. l. 1. c. 11.*

§. PRIMUS.

Annibal miſeratione Divina Tit. S. Clementis Presb. Card. Albanas, S. R. E. Camerarius, & hujus Sacroſanctæ Baſilica Archipr.

OMnibus, & ſingulis noſtras haſce litteras inſpecturis, compertum eſſe volumua à SS. D. N. Benedicto Divina Providentia PP. XIII. per ejus ſpeciale Chirographum, ſeu Motum proprium ad nos directum, & datum ſub die x. menſis hujus Januarii anni 1725. nobis à Sanctitate Sua demandatum fuiſſe, ut cunctis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, ac præſertim Reverendiſs. Capitulo, & Clero Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ ſignificemus, & notum faciamus, pro ut præſentibus exequimur, ab eadem Sanctitate Sua juſtia, prudentibuſque de cauſis in eodem Motu proprio indicatis, certa ſcientia, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, abolitam fuiſſe, ac penitus abrogatam prohibitionem, aliàs à fel. rec. Innocentio PP. X. factam, qua ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, omnibus, & ſingulis vetuerat, ne in Baſilica præfata, ejuſdemque Sacrario, Choro, Capellis, Porticu, & Atrio Herbam Nicoſianam, vulgò Tabaccum nuncupatam, ſive in ſolidum, ſive in fruſta conciſum, ſive in pulverem redactum, fumumve ex eo elicitum ore, naribus, aut aliàs quomodolibet ſumere auderent, vel præſumerent; & virtute memorati Chirographi quibuſcumque à Sanctitate Sua factam fuiſſe poteſtatem dicto Tabacco in recenſitis ſacris locis pro libito utendi, illumque ſumendi, cujuſvis Eccleſiaſticæ cenſuræ comminatione omnino ſublata.

Quia tamen in laudato Motu proprio eadem Sanctitas Sua expreſsè declaravit, ejuſdem mentem non eſſe, aut unquam fuiſſe, ut ex narrata permiſſione, reverentia, & honor dictæ Sacroſ. Baſilicæ debitus ullatenus minuatur, & ideo nobis, qui præfatæ Baſilicæ, immeriti quamvis Archipresbyteri munere fungimur, diſtrictè præceperit, ut ejuſdem Reverendiſs. Capitulo, & Clero, qui cæteris aliis exemplo præire debet, ea ſervanda mandaremus, quæ ad augendam Domus Domini ſanctitudinem, & cultum, huic toto orbe celeberrimæ Baſilicæ præſtandum, cujus incrementum Sanctitas Sua quàm maximè in votis habet facere, & conducere judicaremus.

Hinc piiſſimis hiſce Sanctitatis Suæ mandatis morem ex animo gerentes, præſenti Edicto Rev. Capitulo, totique Clero ſuprad. Baſilicæ diſtrictè in Domino præcipimus, non modò ut in ipſa Baſilica, vel ejus Choro, aut Sacrario Tabaccum ita circumſpectè ſumant, ut nemini eorum, qui aderunt, ſcandali, & offenſionis ingerant occaſionem, verùm etiam, quòd illorum nullus præſertim dum Clero intereſt, & Divinis operatur officiis, Arculam, ſeu Thecam, in qua Nicoſianum pulverem ſervat, ad alios in orbem, ſeu gyrum mittere palam, & publicè audeat, ſub pœnis arbitrio noſtro juxta modum inobedientiæ infligendis. Volumus autem, ut hæc voluntatis noſtræ ſignificatio præſentibua litteris conſignata in ſacratio memoratæ Baſilicæ, ac in loco conſpicuo, qui ab omnibus cerni poſſit, ſemper affixa remaneat in perpetuum omnium ſupradictorum, præceptorumque monumentum. Dat. Romæ ex Noſtro Palatio ad quatuor fontes 15. Jan. 1725.

A. Card. S. Clem. Arch.

Loco ✠ Signi.

§. SECUNDUS.

SANCTISSIMI D. N. D.

BENEDICTI PAPÆ XIII.

Littera in forma Brevis ad univerſos Fratres Ordinis Prædicatorum Profeſſores adverſus calumnias Doctrinæ SS. Auguſtini, & Thomæ intentatas.

Dilectis Filiis Univerſis Fratribus Ordinis Prædicatorum Profeſſoribus

BENEDICTUS PP. XIII.

Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

DEmiſſas preces, & æquiſſimas conqueſtiones veſtras, quas Dilectus Filius Auguſtinus Pipia totius Ordinis Magiſter Generalis, Religioſæ vitæ exemplis, ac doctrina, prudentiaque commendatiſſimus, ſupplici libello ad Nos detulit, ea benignitate complexi ſumus, quam & veſtra in Catholicam Religionem ampliſſima merita, & noſtra, quam dudum profeſſi ſumus erga Ordinem Prædicatorum obſervantia filialia, noſtræque demum humilitati impoſitum paternæ Charitatis, & ſolicitudinis officium poſtulabant. Quod igitur ægrè admodum, ut par eſt, moleſtèque feratis, erroribus à fel. recor. Clemente Papa XI. Prædeceſſore noſtro per Conſtitutionem, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*, ſaluberrimo, & ſapientiſſimo judicio rejectis, damnatiſque, Auguſtinianæ, & Angelicæ Doctrinæ nomen obtendi; indeque audere nonnullos Apoſtolicæ auctoritati, ac veſtræ exiſtimationi detrahere, quod ipſa veſtrarum ſententiarum capita ejus Conſtitutionis cenſuris, notiſque inuſta eſſe calumnientur, juſtam quidem animorum veſtrorum offenſionem laudi damus; qua nimirùm Vos germanos Sancti Thomæ diſcipulos maximè probaſtis. Magiſterio enim tanti Doctoris imbutos nihil decet magis, quàm ut in addictiſſima huic Sanctæ Sedi Fide, obedientiaque præcipuum Studiorum ſuorum fructum, & laudem collocent; & abſonas, refragantesque Apoſtolicis decretis opiniones, non averſentur modò, ſed per arma etiam lucis, & veritatis diſſipent, & evertant. Tantùm tamen abeſt, ut vicem veſtram doleamus, ut vobis potiùs gratulemur, quod hac etiam in parte cauſa veſtra ab hujus Sanctæ Sedis rationibus ſejuncta eſſe non potuerit; quodque alienæ prorsùs, calumnioſæque interpretationes ad conflandam memoratæ Conſtitutioni invidiam temerè excogitatæ, ad injuriam quoque veſtri nominis redundarint. Cæterùm non adeò Vobis erat, aut dolendum, aut mirandum, quod cum ipſis Divinorum librorum oraculis, & Apoſtolicis definitionibus pro impotenti, obſtinatoque partium ſtudio paſſim vis afferatur, hæc eadem contentionis, pervicaciæque licentia Angelicam Doctrinam attentare non dubitaverit. Illud potiùs jure mirandum, quod tam præpoſtero conſilio in hac cauſa locus eſſe potuerit, ubi Sancti Thomæ exploratiſſimis ſententiis damnati errores diſertiſſimè confutantur. Quandoquidem Omnipotentis Dei providentia factum eſt, (*a*) ut Angelici Doctoris vi, ac veritate Doctrinæ, non ſolùm innumeræ, quæ vel ipſius ætate, vel anteà graſſatæ ſunt, ſed multæ etiam, quæ deinceps exortæ ſunt hæreſes, confuſæ, & convictæ diſſiparentur. Magno igitur animo contemnite, Dilecti Filii, calumnias intentatas ſententiis veſtris, de Gratia præſertim per ſe, & ab intrinſeco efficaci, ac de gratuita Prædeſtinatione ad gloriam ſine ulla prævisione meritorum, quas laudabiliter hactenùs docuiſtis, & quas ab ipſis SS. Doctoribus Auguſtino, & Thoma ſe hauſiſſe, & verbo Dei, Summorumque Pontificum, & Conciliorum Decretis, & Patrum dictis conſonas eſſe Schola veſtra commendabili ſtudio gloriatur. Cùm igitur bonis, & rectis corde ſatis conſtet, ipſique calumniatores, niſi dulum loqui velint, ſatis perſpiciant, SS. Auguſtini, & Thomæ (*b*) inconcuſſa, tutiſſimaque dogma-

---

(a) *Pius V. in Bulla* Mirabilia Deus. 1567.
(b) *Alexander VII. in Brevi incipiente* Litteras. 1661.

mata nullis prorſus antedictæ Conſtitutionis cenſuris eſſe perſtricta; ne quis in poſterum eo nomine calumnias ſtruere, & diſſenſiones ſerere audeat, ſub canonicis pœnis diſtrictè inhibemus. Pergite porrò Doctoris veſtri opera Sole clariora ſine ullo prorſus errore (*a*) conſcripta, quibus Eccleſiam Chriſti mira eruditione clarificavit (*b*) inoffenſo pede decurrere, ac per certiſſimam illam (*c*) Chriſtianæ Doctrinæ regulam, Sacroſanctæ Religionis veritatem, incorruptæque diſciplinæ ſanctitatem tueri, ac vindicare. Hæc ſunt enim, Dilecti Filii, quæ Prædeceſſores noſtri de Sancti Thomæ Doctrina ſenſerunt, & prædicarunt; quæque nos, non modò ad curarum veſtrarum lenimentum, ſed ad animi quoque noſtri ſolatium libentiſſimè uſurpamus, & præconio Apoſtolicæ vocis efferimus. Inclytus enim Ordo iſte, cui nomen dedimus, & quem expreſsè, Domino miſerante, profeſſi ſumus, eodem Angelicæ Doctrinæ lacte nos aluit, ac licèt impari inſtitutionis fructu, ad gerendam Eccleſiarum ſolicitudinem eduxit; ut privato etiam diuturnoque colendarum actium experimento ediſcere potuerimus, quod ex Apoſtolatus ſpecula per haſce litteras annunciamus. Deum intereà, qui pacem, & veritatem diligendam præcipit, ſupplices rogare, ut ſincero Angelici Doctoris ſtudio omnes in ſimplicitate cordis nitantur, quæ ille docuit, intellectu conſpicere, atque in unitate ſpiritus, & charitate fraternitatis, quæ ille egit, imitatione complere. Ac Vobis, Dilecti Filii, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VI. Novembris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Carolus Archiepiſcopus Emiſſenus.

(a) *Clemens VIII. in Brevi incipiente* Dilecti Filii. 1603.
(b) *In Collecta Feſt.*
(c) *Pius V. in Bulla ut ſupra.*

V A

1 VAgus quando quis dicatur ad effectum contrahendi matrimonium. Vide reſolutionem *Cong. Conc. in Lauretana 13. Julii 1725.*

2 Valetudo bona à capite, indeque omnia vegeta ſunt, atque erecta, *Senec. de Clem. l. 2. c. 1.*

3 Valetudo optima, ſuſpecta eſt.

4 Valetudini fideliter ſerviendum, *Cicer. epiſt. 412.*

5 Valetudini bonæ contraria ſunt alimenta varia, *Senec. epiſt. l. 19. epiſt. 109.*

6 Variatio: Humanæ conſuetudinis mos eſt, ut variata plus ſapiant, & quamvis in uſu habeantur eximia, faſtidium præſtet omne, quod ſatiat, *Caſſiod. var. lib. 3. epiſt. 21. in princ.*

7 Variatio, & illuſio in Perſonis Eccleſiaſticis maximè vitandæ ſunt, *Clem. unic. de Renunciat.*

8 Vaſa ſacra. Vide Divulgatio.

9 Vectigal magnum eſt parſimonia, *Lucret.*

10 Velle: Oſſerva acutamente S. Agoſtino, che tutte le altre coſe può far l'Uomo contra la ſua voglia, eccetto il ſuo volere, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 8. cap. 19. num. 8.*

11 Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

12 Venatores per contraria plerumque aggrediuntur, ut ſi alterum effugerint, in alterum incidant, *S. Joan. Chryſoſt. hom. 38. in Matth.*

13 Vendere, quæ emeris, gentium jus eſt, *Senec. de Benef. lib. 1. c. 9.*

Venditio. Vedi Sacco di oſſa.

14 Venenum: Impia ſub dulci melle venena latent, *Ovid. lib. 2.*

15 Veneti: Il Palazzo di San Marco fu donato alli Veneziani da Pio IV. in argomento di grato affetto per l'aſſiſtenza al Concilio Tridentino, *Pallav. nell' Iſtor. del medemo lib. 24. cap. 11. n. 1.*

16 Venia eſt pœna meritæ remiſſio, *Senec. de Clement. lib. 2. cap. 6.*

17 Veniæ gratiſſimum genus eſt, neſcire quid quiſque peccaſſet, *Senec. de Ira l. 2. c. 23.*

18 Veniale nihil adeò eſt, quin fiat mortale, dum placet, *S. Auguſt.*

Urſaya Miſcellaneum.

19 Ventorum impedimentum quando præjudicet aeris ſalubritati, vide duo Vota Medicorum, impreſſa *à de Rub. in ſingul. Rot. tom. 1. fol. 519.* quæ ſunt *in eadem Cauſa Romana Tramont.* in qua adſunt *dec. coram Buratt.*

20 Venus: Principium dulce eſt, at finis amoris amarus,
Læta venire Venus, triſtis abire ſolet.
Flumina quæſitum ſic in Mare dulcia currunt,
Poſtquam guſtarunt Equor, amara fluunt.

21 Verboſos valdè, & unà ſapientes, nondum ego vidi, *Juſt. Lypſ. Polit. lib. 2. cap. 15.*

22 Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, *Eccleſ. 6. 5.*

23 Verba bona cùm ſint una moneta di piccol coſto, conviene per giudicare l' intenzione guardare alla mano, non alla lingua, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 18. cap. 17. num. 11.*

24 Verba neminem movent, niſi eum, qui ejuſdem linguæ ſocietate conjunctus eſt, *Cicer.*

25 Verba: Poſt vinum verba, poſt imbrem naſcitur herba,
Poſt flores fructus, poſt maxima gaudia luctus.

26 Verba: *Valuta avuta dal medemo* probant veram, & effectivam receptionem, *Rot. in Romana Pecuniaria 13. Junii 1698. §. Ex prædictis coram Molin.*

27 Verba: *Per altrettanti pagati contanti*, important reſtitutionem mutui, *Rota in Romana Pecuniaria 27. Januar. 1698. §. Nec ne coram Molin. & 15. Jan. 1706. §. Nec contra cor. Muto.*

28 Verba: *Per altrettanti*, adjecta in ordine firmo exigendi fructus Locorum montium, non important mutui reſtitutionem, *Rot. in Romana Pecuniaria 1. Decembr. 1698. §. Neque coram Scott.* ubi ſequitur *deciſ. in Rom. Mercedis 12. Decembr. 1660. coram Card. Cerro*, quæ non reperitur impreſſa inter alias ejuſdem Auditoris.

29 Verba: *Salvo meliori judicio*, non reddunt dubiam voluntatem diſponentis, *Rot. dec. 259. n. 5. p. 4. rec.*

30 Verborum amarulentia: Incipe Lector attendere amarulentiam verborum, qua ſe armat ſcriptor iſte, & conſidera, an docuerit Ariſtoteles, amarulentiam hanc vites addere arti ſyllogiſticæ, vel S. Thomas argumentis theologicis? An potiùs ſcriptores, quibus deficiunt argumenta, pro illis ſubſtituunt verborum acerbitatem? *Carden. in Chryſ. theologic. part. 3. diſputat. 56. cap. 3. articul. 1. num. 94.*

31 Verbis præſentibus utendum, & moribus veterum vivendum, *Caſſan. in Præfat. Catalog. Glor. Mund.*

32 Verbis melius eſt in dubio deſervire, quàm aliud phantaſticè divinare, *Hoſtienſ. in cap. Ad liberandam ſub n. 1. de Jud.* ſequutus *à Rot. in Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §. Equè tamen coram Molin.*

33 Verbera: Nux, Aſinus, Mulier, ſimili ſunt lege ligati,
Verbera ſi ceſſent, hæc tria nil faciunt.

34 Verbera quibus conveniant,
Nux, Aſinus, campana, piger ſine verbere ceſſant,
Hæc dura, hic tardus, hæc tacet, ille jacet,
Sed ſimul ut ferri plagam ſenſere, veluti,
Hæc cadit, hic pergit, hæc ſonat; ille ſtudet.

35 Verberans alterius Famulum, non verberaturus ſi eum uti Famulum cognoviſſet, nullam facit Domino injuriam, *leg. apud Labeonem §. Prætor ait ff. de Injur.*

36 Verboſi: Contra verboſos noli contendere verbis, *Cato.*

Verecundia in rebus jam manifeſtis, vel etiam ipſa impudentia obmuteſcere poteſt, inſania non poteſt, *S. Auguſt. l. 4. contra Creſcon. c. 4.*

37 Veridici: Chiunque è in ſe veridico, credendo facilmente, reputa di leggieri per reo chiunque è biaſimato, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l. 20. c. 1. n. 1.*

38 Veris malo offendere, quàm placere adulando, *Senec. de Clem. lib. 2. c. 2.*

39 Veritas quæratur, ſed regnet charitas, *S. Aug.* relatus *à Gubernat. in Orb. Seraph. in fin. Præfat.*

40 Veritas: Ego nihil veritus, rem, ut ſe habet, in medium proferam, *S. Gregor. Nazian. tract. 1. Apolog. tom. 2. fol. 36.*

41 Veritas: Quid glorioſius, quàm vinci à veritate? Superet te veritas volentem, nam & invitum ſuperabit, *Comand. in Vit. Card. Laur. fol. 8.*

42 Veritas quæſtionibus ventilata clareſcit, *Petr. Cellenſ. l. 5. epiſt. 4.*

43 Veritas: Chi ha per ſe la verità, cerca la chiarezza, e queſta ſuole eſſere compagna della diſtinzione, *Card.*

Pallav. nell' Iſtor. del Concil. lib. 23. cap. 9. num. 7. in princip.

44 Veritas: La verità ſi deve dire a Prencipi ſenza riſpetti, ma con riſpetto, *La Ducheſſa di Arand. nell' Idea de Nob. cap. 2. par. 3.*

45 Veritas magis oculata fide, quàm per aures animis hominum infigitur, *§. fin. Inſtit. de Gradib. cognation. Rot. in Romana Pecuniaria* 11. *Decembris* 1724. *§. Et ſanè coram Ratto.*

46 Veritas: Conviene, che o ſia cieco chi non conoſce, o protervo chi non s'arrende a tal verità, tanto ella è palpabile, *Segn. nella Pred. 33. ſub n. 4.*

47 Veritas: O patronum veritatis amantiſſimum, qui ibi peccatum fuiſſe negat, ubi reus peccatum agnoſcit! *Germon. de Vet. reg. Francor. diplom. c. 5. ſol. 255.*

48 Veritatis author falſum non amat, *Tertull. de Spectacul. cap. 25.*

49 Veritatis Hiſtoriæ ea lex eſt, ut tam bona, quàm mala, tam laudes, quàm opprobria, dummodo ad narrationem conducant, referantur, *de Gubernat. in Orb. Seraphico tom. 1. fol. 607.*

50 Veritatem impugnantibus illud evenire ſolet, ut plura proferant mendacia, quàm verba, *Fagnan. in capit. Præterea ſub n. 63. Ne Prælat. vic. ſuas, Galleſ. de Juſt. annat. num. 25.*

51 pro Veritate melius eſt pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere Beneficium, *Can. Noliſe* 11. *q. 3.*

52 à Veritate nudos ſe eſſe profeſſi ſunt, cùm multitudine ſe armaverunt, *S. Joannes Chriſoſt. homil.* 16. *ſuper Matth.*

53 pro Veritate reſpondendo, aliquando opus eſt reſpondere contra illam veritatem, quam quis credit, *Card. de Luc. de Succeſs. diſcurſ. 51. n. 3.*

54 Vermiglioius à Carrario in ſyllabo Advocatorum Conſiſtorialium vocatus Juriſta eximius, in uſu forenſi exercitatiſſimus, totus in ſtudio, & à recta integritatis via nunquam devius, *ut videre eſt in fol. 279.*

55 Verum à quocumque dicatur, ſemper à Spiritu Sancto eſt.

56 Veſtis pretioſa:
Si careas veſte, nec ſis veſtitus honeſtè,
Nullius es laudis, quamvis ſcias omne, quod audis.

57 Veſtis: Aut ſecundùm locum elige veſtem, aut ſecundùm veſtem elige locum, *Sarnell. tom. 3. epiſt. 50.*

58 Veſte ſub agnina latet mens ſæpè lupina,
Subque Catone pio, perfidus ille Nero.

59 in Veſtibus fractus non recipimus, *can. Parſimoniam* 41. *diſt. Scopp. ad Gratian. deciſ. 29. n. 11.*

60 non Vetans, vetare cùm poſſit, jubet.

61 Vetera, quæ nunc ſunt, olim nova fuere.

62 Vetera: Vitium malignitatis humanæ, vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe, *Quintilian.* ſequutus *à Piazz. in Proem. Hierarch. Cardin.*

63 Quattro coſe ſono migliori vecchie, che nuove, cioè Amici, Legna, Vino, e Libri, *Sarnell. tom. 3. in epiſt. ad Lector.*

64 Vetuſtas: Citò vetuſtatis decoctione ſolvitur, quod hominum præſentia non tuetur, *Caſſiod. var. l. 4. ep. 30. circa fin.*

65 Vexatio dat intellectum, ſi nimia non fuerit; nam ſi ſit, non planè intellectum dat, ſed contemptum, *S. Bern. de Conſid. ad Eugen. l. 1. c. 3.*

66 Via tutior eſt, ut bonum quod quiſque poſt mortem ſuam ſperat agi per alios, agat ipſe, dum vivit, per ſe, *S. Greg. l. 4. Dialog. c. 18.*

67 Via, Animarum ſaluti tutior, & utilior, in dubio eligenda eſt, *Rot. in Gerunden. 8. Junii* 1705. *§. Verumtamen in fin. coram Kaunitz.*

68 Viator: Cantabit vacuus coram Latrone viator.

Viarum Taxa, ſeu emolumentorum diſtincta annotatio, ſolvendorum in eodem Tribunali, imprimitur in fine hujus *Littera V. §. 1.*

69 Vicarius, & Canonicus ſimul non poteſt ſubſtituere alium loco ipſius, ad hoc ut duplex habeat Votum in Capitulo, *Cong. Conc. in Dub. Servitii Eccleſiæ,* 5. *Decembris* 1682. *Lib. 32. Decr. fol.* 500. *ad* 3.

70 Vicarius Apoſtolicus gaudet omni juriſdictione competente Epiſcopis, *Pignatell. conſult. 2. tom. 1. n. 8. & Rota in Monaſterien. Decanatus* 18. *Junii* 1706. *§. Et in omnem coram Lancett.*

71 Vicarius Capitularis an & quando poſſit eſſe Canonicus non Doctor, *Congr. Conc. in Venuſina Vicarii Capitularis 6. Auguſti* 1712. de qua *in tomo 2. par. 2. diſcept. 8.*

72 Vicarius Capitularis removeri poteſt à Capitulo, dummodò alius infra octo dies ſubrogetur, *Congreg. Conc. in Goana 6. Januarii* 1644. *lib. 17. Decr. fol.* 274.

73 Vicarius Capitularis Eccleſiæ Metropolitanæ quando eligi poſſit ab Epiſcopo ſuffraganeo ſeniore, *Cong. Conc. in Turritana Vicarii Capitularis* 21. *Novembris* 1722.

74 Vicarius Capitularis quibus concurrentibus procedere poſſit contra Capitulum, & Canonicos, qui illum elegerunt, *Cong. Conc. in Melevitana Juriſdictionis* 18. *Septembris* 1723.

75 Vicarii Capitularis electio quando ſit nulla, ita ut devolvatur ad Metropolitanum, ſeu ad Epiſcopum antiquiorem, *Cong. Conc. in Turritana Vicarii Capitularis* 21. *Novembris* 1722. *&* 20. *Novembris* 1723.

76 Vicarii Capitularis electio non eſt facienda per Vota ſecreta, *Cong. Conc. in Sulmonen. 17. Julii* 1655. *l. 19. Decr. fol. 497. & in Matheraten. 4. Septembris* 1632. *lib. 14. Decret. fol.* 668.

77 Card. Vicarii Urbis amplæ facultates ei conceſſæ à Clemente X. & ampliatæ, & confirmatæ ab Innoc. XIII. regiſtrantur in fine hujus *Littera V.*

78 Vicario Capitulari conſtituendum eſt ſalarium ad inſtar Vicarii Generalis, *Cong. Conc. in Brunduſina 14. Januarii* 1651. *lib. 19. Decr. fol.* 104.

79 Vicarius Generalis Epiſcopi quando poſſit eſſe oriundus, *Congr. Epiſcop. in Aſculana 24. Julii* 1716. de qua *in tom. 3. par. 2. diſcept. 8.*

80 Vicario Generali, quando eſt Canonicus, vel Prothonotarius Apoſtolicus, qualis locus debeatur in Civitate, & Diœceſi, *Lavallen.* de qua *in diſcept. 28. tom. 2. p. 2.*

81 Vicarius Provincialis ex juſta cauſa poteſt obtinere titulum Miniſtri Provincialis, *Congr. Epiſcop. in Neapolitana Miniſtri Provincialis.* 22. *Martii* 1714. *Ponente Card. Caſino.* Eamdem gratiam eodem Card. Ponente denegavit, *in Januen. 24. Septembris* 1717. de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept.* 22.

82 Vicinus juxta melior eſt, quàm Frater procul, *Proverbior. 27. 10.*

83 Vicinus: Res tua nunc agitur, paries dum proximus ardet.

84 Vicinum malum, & cupidum habere nihil pejus, *Demoſt. in Orat. contra Caliſt.* ſequutus *à Pacichel. de Diſtant. cap. 6. membr. 6. num. 6.*

85 Vicinum malum qui habet, habet malum ſerum, & malum matinum, *Bald. de Jur. prothomiſ. §. 7. ſub n. 1.* ſequutus *à Card. de Luc. de Servitut. diſc. 74. num. 15.*

86 inter Vicinos talis amicitia videtur conſtituta, ut cognationem quodammodo exæquetur, celebre dictum Innoc. X. Summ. Pontificis, teſte *Pacichel. de Diſtant. c. 6. membr. 6. num. 4.*

87 Victoria: Fit interdum cauſa mala Fiſci, ut Princeps bonus eſſe videatur; majori quippè compendio perdimus, quàm ſi nobis indebitè victoria ſuffragetur, *Caſſiod. var. lib. 1. epiſt. 22. in fin.*

88 Victoria: L'eminenza del Vinto fa pregiar tanto più quella del Vincitore, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. lib. 3. c. 16. n. 9.*

89 Victricus abſque ulla diſpenſatione ducere poteſt in Uxorem eam, quæ fuit Uxor ſui Privigni, *Congr. Conc. in Bojanen. 8. Junii* 1720. *&* 8. *Martii* 1721. de qua *in to. 4. p. 2. diſcept. 19. §. 1. à n.* 186.

90 Victus & veſtitus divitiæ Chriſtianorum ſunt, *S. Hier. in præfat. ad Geneſ.*

91 Videns quodlibet, ſæpè quod non licet appetit.

92 Videre non licet, quod non eſt permiſſum concupiſcere, *S. Bernard.*

93 Videre: Impudicè tu neminem conſpicis, ſed ipſa conſpiceris impudicè, *S. Cyprian. de Diſciplin. & hab. Virg.*

94 Videri volumus, multa velle, quæ nolumus, *Senec. epiſt. l. 15. epiſt. 96.*

95 Viduæ ſuperſtiti debetur lectus quotidianus, *Paulut diſcept. 14. num. 24.*

96 Vigilate: Nolite mirari, ſi Philippus nunc dormit; nam quando vos dormiebatis, ille vigilabat, *Plutarch.* relatus *à de Rub. in diſc. impreſſ. in par. 4. tom. 2. recent. in princ.*

97 Vile eſt, quidquid domi eſt, *Senec. de Benef. l. 3. c. 3.*

98 Vincitur ſine gloria, qui vincitur ſine periculo, *Senec. de Div. provid. cap. 3.*

99 Vin-

Digitized by Google

99 Vincere ingiorium, & atteri ſordidum exiſtimatur æmulatio adverſus Collegas, & contemnere cum Procuratoribus, *Tacit. in Vit. Agricol.*

100 Vincere: Per vincere tutti li nemici conviene aſſalirli ad uno ad uno, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 23. *c.* 7. *n.* 17.

101 Vincere: Nihil eſt ita difficile, ut humana mens non vincat, *Senec. lib.* 2. *cap.* 2.

102 Vindicta nulla glorioſior, quàm injuriarum oblivio, *S. Auguſt.*

103 Vindicta: Metter in non cale la vendetta chi ſta ſollecito alla diféſa, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 23.

104 Vindictæ honeſtum, & magnum genus eſt ignoſcere, *Senec. de Quat. virt. tit. de Magnanimit.*

105 Vindictæ nobile genus eſt ignoſcere, *Hugo de S. Victor.*

106 Vinum: Si latet in vino verum, ut proverbia dicunt,
Invenit verum Teuto, vel inveniet.

107 Vina bibant homines, Animalia cætera fontes,
Abſit ab humano pectore potus aquæ.

108 Vinea: Chi ha Vigna, ha tigna, *Rot. in Romana Redditionis Rationis* 14. *Decembris* 1708. §. *Diximus coram Anſeld. & dec.....* num.... *coram Cerro*, ubi loquitur ex propria experientia.

109 Vineam ſuam Rotundæ forum appellare conſueverat *Card. Bellarm. teſte Jan. Nic. Erithr. in ejus Vita.*

110 Vincere: Non quoties ſuperea, ſed quemadmodum vincas, inquiramus, *Caſſiodor. variar. lib.* 1. *epiſt.* 22. *poſt med.*

111 Vincere non repugnantem facile eſt.

112 Vinci: Dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur, *Tacit.*

113 Vinum: Mittis Vina mihi, mihi Pamphile, Vina ſuperſunt:
Vis magè quod placeat mittere, mitte ſitim, *in Pamphil. epigr. ſelect. var. fol.* 139.

114 Vinum limphatum refrigerat pinſquam aqua,
Vinum ſit clarum, vetus, ſubtile, maturum;
At benè limphatum, ſaliens, moderamine ſumptum.

115 Vinum bonum non indiget hedera, *Card. de Albic. in epiſt. ad Lect. dec. Pamphil.*

116 Vinum an potiùs infundendum ſit Aquæ, vel an Aqua ſit infundenda Vino, ad hoc ut magis ſanitati utile ſit, vide *Lel. Biſciol. lib.* 2. *cap.* 5. *Horar. ſubſeciv. var.*

117 Vinum, Terræ ſanguis appellatur *ab Antrocide* ſequuto *à Raynald. tom.* 2. *c.* 15. §. 2. *n.* 120.

118 Vino deditos potatio extrema delectat, illa, quæ mergit, quæ ebrietati ſummam manum imponit, *Senec. epiſt. lib.* 1. *epiſt.* 12.

119 Vir aliquis bonus eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tamquam illo ſpectante vivamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus, *Senec. epiſt. lib.* 1. *epiſt.* 11.

120 Vir cognoſcitur ex viſu, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus, *Eccl.* 18. *n.* 6.

121 Vir benè veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamvis idiota ſit ille.

122 Viri ducentes Uxores vetulas, magis dotes, quàm Uxores amare dicuntur, *Rota in Romana Donationis* 1. *Martii* 1709. *coram Kaunitz.*

123 Viri magni, cùm cadunt, communi judicio tradendi non ſunt, quia priora opera promerentur, ut poſterior gravitas levigetur, *S. Gregor. lib.* 5. *Moral. c.* 2.

124 Virga Pœnitentiariorum Baſilicarum Urbis explicatur *à Pignatell. conſultat.* 22. *tom.* 1. *juxta Romanam impreſſionem.*

125 Virginitas anguſta via eſt, via latior autem
Conjugis, hinc plures ingrediuntur eam.

126 Virginitas: Qui vult virgineum cælebs ſervare pudorem,
Otia devitet, fœmineoſque choros.
Sæpè pudicitiam Mulier formoſa propinqua
Eripuit caſtis, multaque damna dedit.

127 Virginitatis perfectione melius eſt carere, quàm incidere in flagitia fornicationum, *Bellarmin. Controv. lib.* 1. *cap.* 21.

128 Virgo: Si nubere vellem, Maritum quærerem, non hæreditatem.

129 Virgines recipi non debent inter Convertitas, *Cong. Conc. apud Nicol. in Floſcul. verb. Convertita num.* 3. ubi id limitat, ſi adſit conſuetudo, vel afferatur exemplum.
Urſaya Miſcellaneum.

130 Viribus aptari onus debet, nec plus occupari, quàm cui ſufficere poſſumus, *Senec. Epiſt. l.* 19. *epiſt.* 109.
Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri, *Horat. de Art. poetic. poſt principium.*

131 Virtuoſi. Vide Pauperes.

132 Virtus Chriſtiana per adverſos caſus, atque calamitates, fortiter Dei amore toleratas, perficitur, *Clemens XI. inter Brev. ſelect. tom.* 2. *fol.* 67. *ad Duch. Lothar.*

133 Virtus nulla virtuti contraria eſt, *Senec. de Clement. lib.* 2. *cap.* 3.

134 Virtus illa acerrima eſt, quam ultima neceſſitas exturdit, *Senec. de Clem. l.* 1. *c.* 12.

135 Virtus non eligit domum nec cenſum, nullo homine contenta eſt, *Senec. de Benef. l.* 3. *c.* 8.

136 Virtus nec credi poteſt, quæ ſequeſtratur à præmio, *Caſſiod. var. lib.* 2. *epiſt.* 3. *in princ.*

137 Virtus: Quis virtutem amplectitur ipſam, Præmia ſi tollas? *Juvenal.*

138 Virtus marcet ſine adverſario, *Senec. de Provident.* §. 1.

139 Virtus ſubjectorum ingrata Imperantibus, *Tacit.*

140 Virtus non minor eſt, quàm quærere, parta tueri, *Rot. in Firmana Legitimæ* 27. *Junii* 1707. §. *Revoluto coram Anſald.*

141 Virtus: Diſce Puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis, *Vates apud Ughell. in Ital. ſacra noviſſimæ Venetæ Impreſſionis in Epiſt.* 8. *P. Julii Lucentis.*

142 Virtute duce, comite fortuna, omnia ſumma conſequutus eſt, *Cicer. l.* 10. *Epiſt.* 180.

143 Virtute decet, non ſanguine niti.

144 Virtutes illæ veræ divitiæ ſunt, quas ſecum portat conſcientia, *P. Marcheſ. nel Prepar. a ben morir punct.* 1. *in fin.*

145 Vis nil authoritati detrahat amor? Procul ſit nimia affabilitas, *Incertus Author.*

146 Vis infertur corpori, metus animo, *Buratt. deciſ.* 86. *à n.* 27. *& tom.* 4. *p.* 1. *diſcept.* 1. §. 8. *n.* 45.

147 Viſitare jure delegato poteſt Epiſcopus Eccleſias unitas Collegiis exemptis, *Cong. Conc. in Bononien. Juris viſitandi* 2. *Octob.* 1721.

148 Viſitatio Eccleſiæ poſitæ in confinio duorum Diœceſum, à quo Epiſcopo fieri debeat, *Congreg. Conc. in Melphien.* 16. *Julii* 1712. de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 33.

149 Viſitationem inceptam à Superioribus Religioſorum, ſuſpendere aliquando ſolent Sac. Congregationes juxta caſum *in Romana* 16. *Septembris* 1718. *deciſum à Congregatione Epiſc. Ponente Card. Tanara*, de qua *in tom.* 3. *p.* 1. *diſcept.* 4.

150 In Viſitatione quando, & in quibus rebus debeatur Epiſcopo Procuratio, *Congr. Conc. in S. Marci Plurium* 16. *Januarii* 1723.

151 Viſus: Neceſſe eſt, ut ampliùs permoveat viſa quàm audita calamitas, *Caſſiod. Var. l.* 5. *epiſt.* 29. *in princ.*

152 Vita dividitur in tria tempora, quod eſt, quod fuit, & quod futurum eſt; ex his quod agimus, breve eſt; quod acturi ſumus, dubium: quod egimus certum, *Sen. de Brev. vit. cap.* 10.

153 Vita hominis: Ex eſſe, & non eſſe ſumus, neſcimus adeſſe,
Currimus extremum, non ſumus, atque ſumus.
Cœpimus inde mori, cùm vivere cœpimus; unà
Vivere deſinimus, deſinimuſque mori.
Vivendo morimur, moriendo vivimus, omnis
Mortalis vita eſt mortua, vivaque mors.

154 Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt: ubicumque deſines, ſi benè deſinis, tota eſt, *Senec. epiſt. lib.* 11. *epiſt.* 78.

155 Vita ſic, quomodo fabula, non quamdiu, ſed quàm benè acta ſit, refert, *Senec. lib.* 11. *epiſt.* 78.

156 Vita quando incipit, oritur mors.

157 Vita illa verè hominum eſt, quæ juris ordine continetur, *Caſſiod. var. l.* 5. *epiſt.* 39. *in princ.*

158 Vitæ ad computationem conſideranda ſunt, quantum Creditor, quantum Amica, quantum Reſpublica, quantum Cliens abſtulerit, quantum officioſa per Urbem diſcurſitatio, *Senec. de Brevit. vit. cap.* 3.

159 Vitæ cupido magnis conatibus adverſa, *Tacit.*

160 Vitam ſuam, qui contempſit, tuæ dominus eſt, *Senec. epiſt. lib.* 1. *epiſt.* 4.

161 Vitam quæ faciunt beatiorem,
Jucundiſſime Martialis, hæc ſunt;
Res non parta labore, ſed relicta,
Nec ingratus Ager, Focus perennis,
Lis nunquam, Toga rara, Mens quieta,
Vires ingenuæ, ſalubre corpus,
Prudens ſimplicitas, pares amici,
Convictus facilis, ſine arte menſa,
Nox non ebria, ſed ſoluta curis,
Non triſtis thorus, attamen pudicus,
Somnus, qui faciat breves tenebras,
Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis,
Summum nec metuas diem, ne optes, *Martial. ad ſeipſ. lib.* 10. *epigramm.* 47.

162 Vitellus: In obitu Joannis cognominis Vitelli:
Juppiter omnipotens Vituli miſerere Joannis,
Quem mors præveniens diſtulit eſſe Bovem.

163 Vitioſus non facilè efficitur, cui admonitor aſſiſtit aſſiduus, *Caſſiod. var. lib.* 11. *epiſt.* 2.

164 Vitioſum eſt ubique, quod nimium eſt, *Senec. de Tranquill. vit. cap.* 9.

165 Vitium non eſt in rebus, ſed in ipſo animo, *Senec. l.* 2. *epiſt.* 17.

166 Vitium: Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur, *Juvenal.* ſequutus *in Inſtit. crim. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 23.

167 Vitium: Medium ingenium magis extra vitia, quàm cum virtutibus, *Tacit. lib.* 17. *Annal.*

168 Vitio omni carere debet, qui in alios paratus eſt dicere, *Cicer.*

169 Vitia liberalitate teguntur, nudantur avaritia.

170 Vitia quæ odit, nemo imitatur, *Senec. Declam. lib.* 2. *declam.* 6.

171 Vitia omnia in omnibus ſunt, ſed non omnia in ſingulis extant, *Senec. de Benef. lib.* 4. *cap.* 27.

172 Vitia: Tunc conſummata eſt infelicitas, cùm turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent; & tunc deſinit eſſe remedio locus, ubi quæ fuerunt vitia, mores ſiunt.

173 Vitia magis amicorum, quàm virtutes diſſimulamus, *Tacit.* 2. *Annal. de Veſpaſian.*

174 Vitia quæ amamus, defendimus, *Senec.*

175 Vitia in magnis reperies, hæc tamen magnos non fecere, *Senec. epiſt.* 82.

176 Vitia erunt, donec homines, *Tacit. lib.* 20. *Annal.*

177 Vitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt, qui minimis urgetur, *Horat. Satyr.* 3.

178 ſi Vives ad naturam, nunquam eris pauper; ſi ad opinionem, nunquam dives, *Senec. epiſt. lib.* 2. *epiſt.* 16.

179 Vivanda. Vide Sapor.

180 Vivere: Num poteſt quiſquam beatè degere, qui ſe tantùm intuetur, qui omnia ad utilitates ſuas convertit? Alteri vivas oportet, ſi vis ubique vivere, *Senec. epiſt.* 98. ſequutus *in epiſt. ad Lect. à Franc. de Eccleſ. Cath.*

181 Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi, *Senec. epiſt. lib.* 1. *epiſt.* 12.

182 Vivere: Quàm ſerum eſt tunc vivere incipere, cùm deſinendum eſt: quæ tam ſtulta mortalitatis oblivio, in quinquageſimum, & ſexageſimum annum differre ſana conſilia, & inde velle vitam inchoare, quò pauci perduxerunt! *Senec. de Brev. vit. cap.* 5.

183 Vivere tota vita diſcendum eſt, & tota vita diſcendum eſt mori, *Senec. de Brev. vit. cap.* 7.

184 Vivere diù cùm nobis denegetur, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur, *Plin. in lib.* 3. *epiſt.* 7. ſequutus *à Paricbell. de Diſtant. cap.* 6. *membr.* 6. *n.* 8.

185 Vivere: Cùm fueris Romæ, Romano vivito more:
Cùm fueris alibi, vivito ſicut ibi.

186 Vivere: Volunt homines, ita præceptum eſſe, ut vivunt, non ita vivere, ut præceptum eſt, *Senec. in Proverb.*

187 Vivere ſobriè, juſtè, & piè: Primus modus reſpicit noſmetipſos: Secundus Proximum: Et tertius Deum.

188 Vivere: Non vivo edere, ſed edo vivere.

189 Vivere: Vi ſono molti, che vivono al Mondo ſolo per far numero, *Gratian. nel Critic. in fin. Epiſt. ad Lector.*

190 Ultio: Ultra omnes dementes eſt, qui ulciſci non appetit, quem graſſatum in ſuo dedecore comprehendit, *Caſſiod. var. lib.* 11. *cap.* 5.

191 Ultio: Ut pœna poſſit ſatisfieri, cujus facinoris facultas non ſufficit ultioni, *Caſſiodor. variar. lib.* 3. *epiſt.* 20. *poſt med.*

192 Unio Eccleſiarum ſæcularium ex quibus cauſis concedi ſolet Regularibus, *Congr. Conc. in Reatina Unionis Eccleſia* 20. *Maji* 1719. *&* 10. *Julii ejuſdem anni*, de qua *in tom.* 3. *par.* 2. *diſcept.* 20.

193 Unioni Eccleſiarum Parochialium quando locus ſit, *Cong. Conc. in Legionen. Unionis* 24. *Aprilis* 1723.

194 Volumen magnum. Il Card. di Perona nell' inviare un groſſo Volume di Avvenimenti iſtorici ad Enrico IV. ſi ſcusò col dire, che non aveva avuto tempo di farlo piccolo, *Piazz. nel Pellegrin. penitente nel diſc. ad Lector.* §. *Siamſi ſforzati.*

195 Voluntates Teſtatorum frequenter interpretantur in oppoſitum ejus, quod voluerunt, *Cardin. de Luc. de Dot. diſc.* 70. *in fine.*

196 Voluptas vera eſt voluptatum contemptio, *Senec. de Vit. beat. cap.* 4.

197 Voluptas: Sperne voluptatem, nocet empta dolore voluptas, *Venuſin.*

198 Voluptas nulla reperiri poteſt, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat, *Plin.*

199 Voluptas: Conficiam te inedia, ut de cibo cogites, non de voluptate, *S. Hilar.*

200 Voluptate paulatim fiunt, quæ neceſſitate cœperunt, *Senec. de Provid.* §. 3. *de Proſperitat.*

201 Voluptati operam dabo, poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt? *Geneſ.* 12.

202 Voluptates, quò magis implentur, eò magis inexplebiles ſunt, *Senec. de Vit. beat. cap.* 13.

203 Votis Cardinalium intervenientium in Congregationibus fides præſtanda eſt, *Rot. dec.* 460. *n.* 22. *par.* 18. *rec. Inſtit. crim. l.* 3. *tit.* 10. §. 4. *n.* 155.

204 Vox: La voce mai ſoggiace a cenſura, e da eſſa più ſi tolera, che dalla penna, la di cui operazione ſi reputa più deliberata, e rieſce più permanente, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l.* 22. *c.* 3. *n.* 5.

205 Vocis virtutem ſi neſciero, ero ei, cui loquor barbarus, & qui mihi loquitur barbarus, *S. Paul. ad Corinth.* 14. 11. relatus *à Gonzal. in cap. Quoniam n.* 4. *de Offic. Judic. Ordin.*

206 Urbani VIII. in electione prima vice in ſcrutinio reperta fuit ſchedula deficiens, & licèt adeſſent Vota ſufficientia, ipſe fecit reiterari ſcrutinium, *Card. de Luc. de Regular. diſcurſ.* 11. *n.* 6.

207 Urbani VIII. tumulum, à Bernino compoſitum in Vaticana Baſilica:
Bernin sì vivo il grand' Urbano ha finto,
E sì ne duri marmi hà l'alma impreſſa,
Che per torgli la fè la morte iſteſſa
Sta ſul Sepolcro a dimoſtrarlo eſtinto, *Card. Panzir.* ſequutus *à Domenico Bernino in ejus Vita fol.* 38.

208 Urbis praxis, ſeu conſuetudo, veluti in conſpectu Sedis Apoſtolicæ inducta, habetur pro lege in univerſo Orbe, *Rot. in Caſſanen. Jurium Parochialium* 6. *Junii* 1707. §. *Signanter coram Caffarell.*

209 Uſus: E' ragionevole, che ſi faccia riparo con nuove leggi a quelle coſe delle, quali creſce l'uſanza, *Pallav. nell' Iſtor. del Conc. l.* 15. *c.* 18. *n.* 5.

210 Uſus: Tene, quod tenet uſus, ſi non vis eſſe deluſus.

211 Uſus frequens, omnium Magiſtrorum præcepta ſuperat.

212 Uſus ſæpè aperit, docetque, ut id, quod humano judicio providenter ſancitum fuit, minùs experiendo proſit, *Gregor. XIII. Conſtit.* 85. *in princ.*

213 Utenſilia ſacra an debeantur ab Hæredibus pii Teſtatoris, vel potiùs à Sacerdote celebrante, *Senogallien. ſac. Utenſilium*, de qua *in tom.* 5. *p.* 2. *diſcept.* 26.

214 Utenſilia ſacra pro Miſſa quotidiana taxata fuerunt ad rationem ſcutorum quatuor pro quolibet anno, *à Cong. Conc.* referente *Monacell. in Formul. tom.* 4. *fol.* 107. *n.* 182.

215 quod Utile non ſolùm conjectura, ſed provida conſideratio pollicebatur, id prorſus inutile, & damnoſum aliquando reperitur, *Clemen. VII.* apud *Corrad. in Prax. diſpenſ. l.* 8. *c.* 3. *ſub n.* 11.

216 Utilium materia varia & lata eſt, *Senec. de Benefic. lib.* 1. *cap.* 11.

217 Utilitas: Nulli grave credimus præbere, quod Deo auxiliante, pro communi utilitate præparatur, *Caſſiod. Var. l.* 5. *epiſt.* 20. *circa med.*

218 Utilius nihil eſſe poteſt, quà fidus Amicus,
Qui tua damna, ſuo leniat officio, *Thom. Mor.*

219 Vulnus ad cicatricem non venit, in quo crebra medicamenta tentantur, *Senec. epiſt.* 2. *l.* 1.

220 Vulnus: Quia nos de medicamento vulnus facimus, facit

Digitized by Google

eit Deus da vulnere medicamentum, *Card. Petr. Damian.*

221 Vulnera dum ſanat dolor eſt medicina ſalutis.

222 Vulnera illa ex neceſſitate lethalia ſunt, in quibus vel ſpirituum animalium motus, vel diſtributio deleatur; ſi enim hoc fit, Animal interit, *Etmuler. de Vuln. prognoſt.*

223 Vulnera: Heu patior telis vulnera facta meis, *Ovid.* ſequutus *à Rot. in Romana Fideicommiſſi* 3. *Junii* 1707. *in princip. coram Anſald.*

224 Vultus: Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu!

225 Uxor, notoriè adultera, cum ſolo conſenſu Viri, non poteſt Religionem ingredi, *Cong. Epiſc. in Romana, ſeu Florentina Profeſſionum* 16. *Febr.* 1704. *Ponente Card. S. Clementis*, de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 24.

226 Uxor ſibi acquirit quidquid per obſtetricium, vel lanificium acquirit, *Amendol. ad Franch. deciſ.* 428. *n.* 5.

227 Uxor introduci poteſt in Monaſterium Monialium, quando ejus Vir eſt furioſus, vel quando malè tractatur à Viro, *Cong. Epiſc. apud Nicol. in Floſcul. verb. Conjux. num.* 6.

228 Uxor: Peſſima res Uxor, poterit tamen utilis eſſe,
Si breviter moriens det tibi quidquid habet, *Cardin. Dec. Azzolin.*

229 Uxor: Ducere ſi quam vis, teneat P. quinque Puella:
Sit Pia, ſit Prudens, Pulchra, Pudica, Potens.

230 Uxor quando teneatur ſequi virum, non obſtante pacto contrario, *Zacch. quaeſt. medic. Legal. tom.* 2. *conſ.* 78. *per tot. Et Rot. dec.* 30. *p.* 13. *rec.*

231 Uxor: Uteris, uxorem ducas, non expedit uti,
Conjugia in gremio mortificanda caro eſt.

232 Uxoris definitionem, vide apud *Barboſ. Vot. deciſ.* 19. *ſub n.* 41. & vide *Fontanell. de Pact. nuptia. par.* 3. *clauſul.* 6. *gloſſ.* 2. *n.* 2. *& ſeqq.* ubi reſpondet aſſerentibus, illam eſſe peſſimam.

233 Uxores ego tres vario ſub tempore nactus,
Cùm juvenis, cùm vir, factus ex inde ſenex:
Propter opus prima eſt, validis mihi juncta ſub annis,
Altera propter opes, tertia propter opem.

234 Uxoris bonæ partes explicantur *à Fab.* 10. 13. his verbis: *Honorare Soceros, diligere Maritum, regere Familiam, gubernare Domum, & ſe ipſam irreprehenſibilem exhibere.*

235 Uxoris turpitudinis Patronus ille eſt, qui celat crimen Uxoris, *S. Hier. in Matth. c.* 9. relatus *in can. Sicut crudelis* 32. *q.* 1.

236 Uxorem ut ducat Subdiaconus, ex quibus cauſis diſpenſare ſoleat Apoſtolica Sedes, vide *tom.* 2. *p.* 1. *diſcept.* 3.

237 Uxorem qui pauper accipit, ter fit miſer.

238 Uxorem ducens dicitur navigare, *can. Nos novimus* 17. *quaeſt.* 2. ubi *Gloſſ. verb. Navigaſti* ait: *Sicut Navigans ſubjicit ſe variis periculis, nec proprio motu regitur, ſed Ventis, ſic ducens Uxorem.*

239 cum Uxore bini ſunt jocundiſſimi dies; alter quo ducitur; alter verò quo mortuus effertur, *Philippid.*

240 Uxorati, filiiſque jam adultis gravati, multis indigent expenſis, *Rot. in Ferrarien.* 13. *Junii* 1718. §. *Qua late coram Anſald.*

241 quod Uxorati ſe conferant ad ſtudendum in Univerſitatibus, nimis inveriſimile eſt, *Rot. dec.* 535. *n.* 81. *part.* 19. *rec.* Ego tamen probè recordor, quod anno 1706. in Univerſitate ſapientiæ Urbis id practicavit quidam Melitenſis.

242 Uxoratiu: Verba illa S. Pauli ad Ephеſ. 6. *Tribulationem carnis patiatur hujuſmodi*, ita explicantur *à D. Auguſt. de Virginit. cap.* 16. *Quam tribulationem experiantur Conjugati in ſuſpicionibus zeli conjugalis, in procreandis Filiis, atque nutriendis, in timoribus, & mæroribus orbitatis!*

Z E

1 ZElotypia: Miſcuit argenti lethalia pondera vivi,
Cogeret ut celerem vis geminata necem, *Auſon. in Eunpin. adult.*

2 Zingari ſunt Teſtes idonei ad probandum ſtatum liberum aliorum Zingarorum, Matrimonium contrahere volentium, *Cong. Conc. in Fundana Viſit. Sac. Limin.* 19. *Decemb.* 1682. *l.* 16. *Viſit. Sac. Limin. fol.* 96.

Divinantes bonam vel malam fortunam an committant ſacrilegium, *Inſtit. crim. l.* 3. *tit.* 3. *à n.* 44. ubi latè de illorum qualitatibus, & modo vivendi.

T A S S A

Da oſſervarſi nel Tribunale delle Strade.

INerendo agl' ordini della Santità di Noſtro Signore Papa INNOCENZO XII. dati nella ſua Bolla publicata ſotto il 28. di Novembre proſſimo paſſato, ſi ordina, & eſpreſſamente comanda al Notaro, Architetti, Mandataro, Appaltatori, & altri Miniſtri di detto Tribunale appreſſo deſcritti, che debbano inviolabilmente oſſervare l'infraſcritte Taſſe, e le medeme debba il Notaro di detto Tribunale tenerle ſempre affiſſe nell'Officio viſibili ad ogn'uno ſotto le pene di privatione d'officio, d'eſilio, ed altre pene, tanto pecuniarie, quanto corporali da eſtenderſi, ed aggravarſi à noſtro arbitrio, ſecondo la qualità de i fatti, e perſone, e ciò oltre alla reſtitutione delle ſomme eſtorte, e refettione di ſpeſe, e danni da farſi pagare manu Regia.

T A S S A

Delle licenze ſolite ſpedirſi dalli Signori Maſtri di ſtrada, gl'emolumenti de' quali ſono applicati al Tribunale per beneficio publico.

1 PEr qualſivoglia licenza di fare Bancone di legno, ò Travertino, che ſporghi infuori dal Vivo del Muro più di oncie 3. di fare qualſiſia Bottino, Cancello, Chiavica, o imbocco in eſſa, tanto ſe ſia publica, quanto privata, metter Colonna, o Colonella, Ferrata a gabbia, o Ferrata, e Feneſtra di cantina, far Muricciolo, Padiglione, Ponte, Scalino, Seditoro, Selciata in luogo non più fatta, Tavolato, o Banco ad uſo di Peſcivendoli, ed altre opere ſimili, ſi doverà pagare al Notaro bajocchi 10. all' Architetto bajocchi 50. al Tribunale ſcudo uno.

2 Per qualſivoglia licenza di far Portoni con ſuoi aggetti ſopra trè oncie al Notaro bajocchi 10. all' Architetto bajocchi 50. al Tribunale ſcudo uno, e più ſecondo la qualità dell' aggetto, & ornamento.

3 Per qualſivoglia licenza di ſperone al Notaro bajocchi dieci, all' Architetto bajocchi 50. al Tribunale bajocchi 50. il palmo, più e meno ſecondo la qualità de' ſiti, & aggetto dello Sperone in Pianta, & ogni Sperone s'intenda la longhezza di palmi dieci, e larghezza in pianta di palmi due d'aggetto, e s'intendano tanti Speroni, quante volte ſi moltiplicano i dieci palmi, & i dua reſpettivamente, e per li Speroni in Campagna ſi paghi per metà.

4 Per qualſivoglia licenza di Filo Publico al Notaro bajocchi 20. all' Architetto bajocchi 50. al Tribunale ſcudo uno.

5 Per conceſſione di Terreno publico nella Città al Notaro giulii trè, all' Architetto giulii ſei, al Tribunale ſcudo uno il palmo, più e meno ſecondo la qualità de' ſiti, oltre il pagamento de' ſoliti Fili, come al numero di ſopra, e nelle Strade fuori delle Porte due terzi meno per il Tribunale, o quello ſarà giudicato, intendendoſi però ſempre con i ſoliti Fili.

Innocentius PP. XII. ſimili modo Prædeceſſor noſter in Litteris ſuper ſuppreſſione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicum Urbis ex Privilegiis conſtitutorum expeditis XV. Kal. Octobris, Anno ejuſdem Incarnationis MDCXCII. Facultates, Privilegia, & Indulta Vicario pro tempore exiſtenti Urbis, ejuſque Diſtrictus per prædictos, & alios etiam poſteriores Pontifices conceſſa in judicialibus dumtaxat reduxit, ſeu reformavit: Quas quidem Conſtitutiones Prædeceſſorum hujuſmodi, omniaque, & ſingula Indulta, Facultates, & Privilegia, ut præmittitur per eoſdem, vel alios Officio Vicariatus, & Vicariis prædictis in judicialibus conceſſa, & ad ſtatum prædictum reducta, quarum, & quorum tenores præſentibus pro plenè ac ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus, ſalvas, & ſalva eſſe, ac in ſuo firmitatis robore permanere declaramus, volumus, & mandamus, necnon illas, & illa pro potiori cautela harum ſerie eadem Apoſtolica authoritate approbamus, confirmamus, & innovamus, eiſdemque modis, & formis, quibus ab ipſis Prædeceſſoribus noſtris emanarunt, ſimilibus authoritate, & tenore, ut præfertur, denuò perpetuò concedimus, & indulgemus; firmisquoque, & illæſis remanentibus aliis Indultis, Privilegiis & Facultatibus judicialia non reſpicientibus, eidem pro tempore exiſtenti Vicario, & Vicariatus Officio quandocumque etiam poſt dictam Reformationem Pauli V. Prædeceſſoris noſtri conceſſis, nec reformatis, & quomodolibet competentibus; ipſumque modernum, & pro tempore exiſtentem Noſtrum, Sediſque Apoſtolicæ in prædicta Urbe, ejuſque Suburbiis, & diſtrictu Vicarium in præmiſſis, & circa præmiſſa, ſeu quodlibet ipſorum competentem Judicem, & Exequutorem, Motu, ſcientia, & authoritate paribus declaramus, conſtituimus, & deputamus; & ut Officium prædictum idem Fabritius Cardinalis Vicarius noſter meliùs, & liberiùs proſequi valeat, Motu pari mandamus omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, cujuſcumque ſtatus, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis exiſtant, quatenùs in exequendis iis, quæ ad Officium ſuum prædictum, & juriſdictionem pertinere noſcuntur, omnibus poſſibilibus auxiliis, conſiliis, ac favoribus opportunis aſſiſtant, ſibique pariter obediant, prout nobis: Præſentes quoque ſibi in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, illaſque, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus nullatenùs comprehendi, nec per eas immutari, ſuſpendi, limitari, moderari, aut ad terminos juris reduci poſſe, ſed perpetuò validas, & efficaces fore, & quidquid illarum vigore à ſe geſtum, ſtatutum, factum, mandatum, indultum, & exequutum fuerit, perpetuam juris, & roboris firmitatem obtinere, & nullo umquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, ſau intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel ad terminos juris, ſeu in jus, vel controverſiam revocari, ac omnes, & ſingulos Proceſſus, & Sententias, quos, & quas per quoſcumque Judices, & Officiales in præjudicium attributæ, & conceſſæ ſibi Juriſdictionis prædictæ haberi, & promulgari contigerit, nullos, & nullas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe; & ita per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis Cauſa, & Inſtantia judicari, & definiri debere; irritumque, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; dicta authoritate, motu item pari volumus, decernimus, & ſtatuimus per præſentes; non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & in Conciliis etiam Generalibus editis, ſtylo Palatii, Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ prohibentibus mandata exequutiva aliás quàm ſub plumbo expedita, cæteriſque contrariis quibuſcumque; volumus autem, quod præſentium tranſumptis deſuper conficiendis, ſemper, & quandocumque ſtetur, & plenaria fides adhibeatur, tàm in Judicio, quam extrà illud, ac ſi eædem præſentes originaliter forent exhibitæ, vel oſtenſæ: Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ novæ aſſumptionis, conſtitutionis, deputationis, confirmationis, facultatis, declarationis, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo, tertio decimo Kal. Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Viſa F. Sinibaldus.

Viſa F. Ghobert.

Regiſtrata in Camera Apoſtolica.

A. Petruccius Secretarius.

DE

DE LOCIS
MONTIUM
NON VACABILIUM URBIS,

SIVE

DE ILLORUM FRUCTIBUS,
liberè, & integraliter ſolvendis,

BREVIS TRACTATIO ADVOCATI

DOMINICI URSAYÆ
In Septem Diſcurſus diviſa.

Digitized by Google

M O N T I S T I S
MONTIUM CAMERALIUM
Non vacabilium Urbis.

Duo ſunt, ut probè noſtis, onera, eaque benè gravia, quibus, inviti licèt, ac repugnantes, humeros non ita multis ab hinc annis ſubjeceratis. Primum quidem Romanos ſolummodo, aut qui Romæ domicilium habent, afficiebat; alterum verò Romanos æquè, atque exteros nullo diſcrimine complectebatur. Per hoc aſſes quotannis duo in ſingula Loca ex abuſione imperabantur, Bimeſtri videlicet Novembris, atque Decembris, Strenæ nomine perſolvendi. Illud verò in eo ſitum erat, ne quis Locorum Montium, ad ſe ſpectantium, fructus ſingulis Bimeſtribus exigere poſſet, niſi proprium antea Chirographum publico Notario agnoſcendum, approbandumque ritè demandaſſet: In quo etiam duplex impendium faciendum erat; cùm non ipſi ſolum Notario propter acti ſubſcriptionem, aſt ejus etiam Scribæ, quòd eos domi conveniret, quos Notario ſe ſiſtere generis nobilitas, aut qualitas ſexus, vel vitæ ratio minimè pateretur, pecunia eſſet numeranda. Quæ quidem cùm ægrè admodùm, ut par erat, ferretis, in eam curam tota mente incubui, ut onus hoc utrumque à veſtris, qua poſſem, cervicibus excuterem, ac depellerem; quod cum incommodis, ſumptibuſvè (quæ duo Lites comitari ut plurimum ſolent) tum verò maximè hiſce meis Diſcurſibus ſeptem annorum ſpatio confectis, tandem ſum feliciter conſecutus. Eos propterea Vobis eſſe deferendos duxi, quò & jura, quæ Vobis favent, intelligere, & iis, ſi quando opus fuerit, uti commodè valeatis. Quibus illud etiam accedit, ut nempe diſcernatis, arduum ſanè negotium, multaque difficultatis, quodque aliorum antea labores, atque induſtrias cluſerat, nos confeciſſe, iis tamen confeciſſe rationibus, quæ iſtam adminiſtrationem Juſtitiæ ſanctam, atque incorruptam facilè commeterentur.

DISCURSUS PRIMUS
ADVOCATI DOMINICI URSAJÆ,

In Cauſa Romana Solutionis Fructuum Locorum Montium.

A R G U M E N T U M.

Capſerii DD. Depoſitariorum Montium Cameralium tenentur promptè ſolvere fructus Locorum Montium illis Perſonis, quibus à Montiſtis, moram facientibus in Urbe, fiunt Ordines, directi dictis Depoſitariis, abſque ulla neceſſitate recognitionis manus eorumdem Montiſtarum.

1 INter alios abuſus, noſtris temporibus de facto introductos ab aliquibus Capſeriis DD. Depoſitariorum Locorum Montium Cameralium, concernentes retardationem punctualis ſolutionis fructuum Locorum Montium, inter hos non infimum occupat locum magna devotio ſervandi multas feſtivitates, in Kalendario uti de præcepto nullatenùs deſcriptas, quæ non ſervantur, neque à Dataria, neque à Cancellaria, neque à Secretaria Brevium, neque à Sacris Congregationibus; itaut in curioſo Libercuło, cui titulus: *Notizie dell' anno* 1719. *fol.* 52. ultrà feſtivitates de præcepto, ultrà antiquas ſolitas extraordinarias vacationes, aliis etiam Profeſſionibus communes, in eodem Libercuło deſcriptas; ultrà omnes dies Sabbathi, & ultrà totum tempus pomeridianum integri anni, non ſine admiratione pro Capſeriis DD. Depoſitariorum Montium, neſcitur qua authoritate, quove titulo, adnotatæ reperiantur aliæ merè arbitrariæ fixæ vacationes pro 31. diebus, ſeu pro duodecima parte totius anni, ut illas calculanti remanet manifeſtum.

2 Alter abuſus, non minùs præjudicialis Montiſtis, quàm penitùs deſtructivus publici commercii, non ſine ſtrepitu de facto introduci hodie prætenditur, dum unus ex eiſdem mercenariis Miniſtris, Capſeriis nuncupatis (ſalva pace aliorum ſemper dictum ſit, qui hoc nullatenùs prætendunt, ſed incedunt per illam viam, quam majores inſtituerunt) acerrimè in ea inſiſtit inſigni novitate, non exequendi Ordines pro ſolutione fructuum Locorum Montium, ab illis Montiſtis confectos, qui in Urbe moram faciunt, vel Romani ſunt, neque etiam exceptis utriuſque ſexus Magnatibus primæ claſſis, niſi eorum manus qualibet vice, ſeu in quolibet Ordine recognoſcatur à publico Notario, vel niſi ſolemne ſtipuletur procuræ mandatum.

3 Confundendo hoc modo antiquam laudabilem praxim, qua attenta, ſemper cum hac diſtinctione proceſſum fuit, quod ſcilicet: Vel Montiſta erat Romanus, vel habitabat in Urbe, & nil aliud deſiderabatur pro exactione fructuum Locorum Montium, ad ejus favorem cantantium, quàm ſimplex, & merus Ordo, ab eo ſcriptus, vel ſubſcriptus. Vel erat Exterus, aut Romanus extra Urbem degens, & tunc ſequirebatur mandatum procuræ, ſtipulatum à Notario illius Loci, in quo moram faciebat Montiſta; cum hoc tamen, quod deindè manus ejuſdem exteri Notarii (quatenùs ignota eſſet) recognoſci ſolita erat in Urbe per duos Teſtes, notam habentes ejus characterem; quod procuræ mandatum, taliter recognitum, exhibebatur Curiali, ſeu legali Procuratori Depoſitarii Montium, à quo in fine dicebatur, Poſſe ſolvi fructus Locorum Montium Procuratori conſtituto, ſi non adeſſet impedimentum; vel more moderno, dicebat dictus Procurator Curialis: D. N. N. conſtituit D. N. N. Procuratorem ad exigen. fructus ſuorum Locorum Montium. Et hoc modo uſquequò durabat Appaltus Depoſitarii, idem Mandatarius ſemper exigebat fructus Locorum Montium, ad Mandantem ſpectantes, prout omnia hæc notoria ſunt in Urbe.

4 Quia verò, ut ad rem ſolitus erat dicere clar. mem. Cardin. Nigronus eo tempore, quo Theſaurarii munus laudabiliter exercuit, Loca Montium habent etiam *le ſue tempeſte, ſecche, nebbie, e grandini.* In Ordine ad Montiſtas illas exemplificando in extinctione Montium, vel in extractione aliorum Locorum, amittendo illud plus, quod à communi commercio, ultrà ſolitum pretium centum ſcutorum pro quolibet Loco exburſatum fuit, & addendo tantumdem pro emptione aliorum Locorum, juxta recens exemplum extinctionis Montis Religionis vacabilis, cujus memoria æquè amara, & ſenſibilis mihi eſt, & juxta recentius, ac quotidianum exemplum replicatarum Extractionum Montium Fidei, & Communitatum: Exemplificando verò illas reſpectu Miniſtrorum deputatorum ad ſolvendos fructus Locorum Montium, in periculo ſolvendi aliquam ſummam cum Ordinibus falſis, in exigendo pecunias, quæ deinde reperiebantur non bonæ qualitatis, nec juſti ponderis, in periculis furti pecuniarum, & ſimilibus, de quibus *R. P. D. Anſald. de Commerc. & mercat. diſc.* 39. *per tot.* & ſignanter *num.* 5. *& Cardin. de Luca de Credit. diſc.* 8. *num.* 26.

5 Hinc ad imitationem ejus, quod laudabiliter introductum eſt in publicis Bancis famoſorum Mercatorum Nundinalium, & in Urbe in ſacro Monte Pietatis, & Banco S. Spiritus, in quibus ratione dd. periculorum Miniſtri primæ claſſis, nempè Capſerius, & Computiſta, habent pingues menſtruas proviſiones quinquaginta, & ſexaginta circiter ſcutorum; ſoliti fuerunt DD. Depoſitarii Montium deputare Perſonas apprimè aptas ad idem munus adimplen. cum inſigni tamen proviſione, proportionata dd. periculis, & hoc modo abſque minima interru-

terruptione, & præjudicio publici commercii, & ſine ulla majori impenſa degentium in Urbe, vel in confectione mandati procuræ, vel in recognitione eorum manus in Ordinibus ab ipſis ſubſcriptis, ſemper à dd. expertis, & practicis Miniſtris DD. Depoſitariorum, vel ſtatim exequuti fuerunt ſimplices Ordines, eis directi pro ſolutione fructuum Locorum Montium, vel æquè ſolita, prudenti, atque notoria cautela, quando dubium aliquod habebant circa perſonam exigentem, & circa characterem facientium Ordines, vel mediantibus aliquibus interrogationibus, concernentibus nomina, cognomina, & alias qualitates Mandatariorum, & Mandantium, ſoliti erant facti veritatem indagare; vel aſſerendo, non eſſe in Liſta partitam ab eis prætenſam, hoc modo obligando verum Dominum ad accedendum ad Bancum, vel demum alio modo certiorandum dict. Miniſtrum, ad hoc ut iſte benè, & tutò ſolveret, quæ cautela ſæpiſſimè ad praxim reducitur in dd. publicis Bancis, ut notorium eſt, illamque originariè docuit *Bald. in Rubr. de fid. inſtr.* ibi: *Non eſt de neceſſitate, quod Tabellio habeat notos Contrahentes, & eorum nomina per præcedentem converſationem, vel notitiam; ſed ſatis eſt, quod acquirat notitiam tunc, eo modo quo poteſt, ſcilicet videndo Perſonas paciſcentes, & audiendo verba eorum, & nomina, & pronomina, quibus aſſerunt ſe vocari*, quem ſequuntur adducti *in tom. 1. Diſcept. Eccleſ. par. 2. diſcept. 1. num. 105.*

6 Cum illo addito, quod quando ſermo eſt de perſonis divitibus, vel nobilibus, in quarum injuriam redundaret aſſertio, quod in Banco non adeſt integra ſumma, contenta in Ordine, rotundè aſſerunt, foris adeſſe Cedulam, ſine qua ſolvere non poſſunt ſummam, à Gitantis prætenſam, eiſdem proindè injungentes, ut illam ſecum afferant, quodque tunc promptè ſatisfacient: Hoc pariter civili modo obligantes verum Dominum ad accedendum ad Bancum, vel alio modo certiorandum Computiſtam, quod ipſe Dominus pecuniæ depoſitæ nunquam habuit Cedulam, ut eſt pariter notorium illis, qui ad ſimiles publicas Ædes accedunt.

7 Per hanc antiquam ſemitam, per annum unum ſupra quadraginta, à quibus in Urbe moram feci, ſemper ab omnibus Montiſtis calcatam, ambulavi cum omnibus DD. Depoſitariis Montium Cameralium, juxta notam praxim, de qua *Card. de Luc. de Cred. diſc. 69. num. 2. & 3.* faciendo ſimiles Ordines directos dd. DD. Depoſitariis, qui punctualiter adimpleti fuerunt uſque ad Bimeſtre Januarii, & Februarii currentis anni 1719. Nempè à D. Depoſitario Montium Sancti Petri 2. 6. & 7. er. & Reſtaurati 2. er. A D. Depoſitario Montium Sancti Petri primæ, & 3. er. Sancti Pauli Religionis non vacabilis, & Montis Communitatum; A D. Depoſitario Montium Sancti Petri 9. er. A D. Depoſitario Montium Reſt. 3. er. & Relig. vacabilis, ultimo loco extincti; A D. Depoſitario Montis Sancti Petri 8. er. A D. Depoſitario Montium Sancti Petri 4. er. & Reſt. 1. er. Et à D. Depoſitario Montium Fidei, & Sancti Petri 5. er. Cujus veritatis æquè patens, & innegabile teſtimonium habent in eorum Libris, & Liſtis dd. DD. Depoſitarii, non ſolùm pro tempore eorum Depoſitariorum, ſed etiam pro tempore eorum Anteceſſorum in eodem munere, quorum Libri, Ordines, cæteræque Scripturæ retineri ſolent à Succeſſoribus in eodem Officio.

8 De menſe autem Febr. proximè præteriti 1719. expertus difficultatem promptæ exactionis in Banco D. Depoſitarii Montium S. Petri 4. er. & Reſtaurati 1. er. non omiſi commendabili civilitate perſonaliter me conferre ad ejus Bancum, primo loco rogando illius Capſerium, qui retinet Liſtas Montiſtarum, & deindè ipſummet D. Depoſitarium, adhoc ut, abſtinendo in hac parte ab omni præjudiciali novitate, vellet ſolvere Mandatario, ibidem præſenti, ſummam, cum ſolo, & ſimplici Ordine, publicè illis teſtando, quod Ordo ſcriptus erat meo proprio charactere; ſed inciviliter recuſato adimplemento ejuſdem Ordinis, opus fuit recurrere ad notoriam juſtitiam Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. m. Protheſaurarii generalis, qui dignatus fuit oretenus mandare eidem Depoſitario promptam exequtionem dicti Ordinis, ut ſequutum punctualiter fuit, tam pro bimeſtre Novembris, & Decembris proximè præteriti anni 1718. quod tunc ſolvebatur, quàm etiam pro ſequentibus, cum declaratione, quòd ita promptus erat in futurum continuare, ut de facto practicavit.

9 Credebam proindè, quòd, hujuſmodi exemplo monſtrante viam Capſeriis aliorum DD. Depoſitariorum, non ampliùs reſpectu mei audirentur difficultates, & clamores Montiſtarum, qui totam Urbem impleverunt; ſed eventus demonſtravit oppoſitum, eò quia inter omnes alios Miniſtros DD. Depoſitariorum, unicus, & ſolus Miniſter D. Depoſitarii Montium S. Petri 1. & 3. er. S. Pauli Relig. non vacab. & Communitatum, neſcitur quo ſpiritu ductus, intrepiditate helvetica, inexorabiliter pedes fixit in dicta voluntaria renitentia non ſolvendi fructus Locorum Montium, niſi mediante procuræ mandato, vel prævia recognitione manus publici Notarii, apponenda in quolibet Ordine; ad ejus autem duritiem emolliendam non omiſi, data opera, eum invenire & alloqui extra ſuum Telonium, ut ſequutum fuit in Eccleſia S. Mariæ in Vallicella, in qua poſt Miſſæ Sacrificium, cui ambo interfuimus ſolemniſſimo Pentecoſtes die, eum urbanè rogavi, ut ab omni novitate abſtineret, eo quia Ordo, à me ſcriptus, erat verus, & realis, & ipſemet poterat eum confrontare cum aliis in maximo numero apud ipſum exiſtentibus, quatenus majorem evidentiam in hac parte deſideraret, ſi major de mero poſſibili dari poteſt ſeriæ, & claræ confeſſioni Principalis.

10 Eò autem magis ſperabam meas officioſas inſtantias eſſe exaudiendas ab eodem Miniſtro, ex quo notorium eſt, ipſum ab innegabili rectitudine, & ſolita juſtitia Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. Proth. generalis ante paucos dies coactum fuiſſe, effectu punctualiter ſubſequuto, propriis manibus deferre ad Palatium unius ex primæ claſſis Magnatibus ſummam illam, quam ſolvere renuerat Exactori ejuſdem ſub eodem frivolo prætextu non recognitionis manus ipſius Magnatis.

11 Fruſtrata verò omni ſpe obtinendi ab eodem Miniſtro id, quod de toto juris rigore negari non poterat, aliam in hac parte urbanitatem exercere volui, ad omnem abundantiorem cautelam: Neglecto ſiquidem hujuſmodi incivili operandi modo dicti mercenarii Miniſtri, perſonaliter acceſſi ad domum ejuſdem D. Depoſitarii, eum enixè rogando, ut ſuas apponendo manus in hac materia, ſuppleret partes illas, in quibus ejus Miniſter defecerat, eodem tempore inſinuando eidem D. Depoſitario motiva omnia juſtitiæ, & congruentiæ, quibus innitebatur inſtantia, latè infra explicata.

12 Officioſiſſimè autem admiſſus, & æquali officioſitate dimiſſus fui ab eodem D. Depoſitario, pluries mihi repetendo, quod poſt diſcurſus, quos cum ejus Capſerio habere ſe velle declaravit in hac parte, non omiſiſſet mihi nunciare ea, quæ inter ipſos concordata fuiſſent.

13 Reſponſio verò per Bigliettum fuit ſequentis tenoris: *Riveriſce divotamente, &c. e li fa ſapere, come avendo parlato col ſuo Caſſiere, &c. per queſta volta, ſapendoſi dal medeſimo eſſere ſuo Ordine, non averà difficoltà di pagarlo, &c. Ma che in avvenire non potrà ſervirla, ſe non manda l'Ordine con la dovuta ricognizione.*

14 Pro intelligentia illorum verborum: *Sapendoſi dal medemo, eſſere ſuo Ordine, non averà difficoltà di pagarlo.* Sciendum eſt, eadem verba referri ad id, quod ad tollend. omnem prætextum repetitis vicibus dictum fuit, tam Capſerio, quàm D. Depoſitario, quod Ordo controverſus erat ſcriptus meo proprio charactere, qui eſt ſuperlativus modus recognoſcendi manum, ex firmatis per *Rot. deciſ. 230. num. 2. coram Cerr.* ibi: *Recognitione propria manus, quæ à nemine meliùs, quàm à Scribente fieri poteſt, & deciſ. 56. num. 2. par. 15. rec.* Quod ille, qui Ordinem exigere debebat, erat illemet, qui per ſex annos antecedentes ſemper illos exegerat in ejus Banco: Quodque in caſu mutationis Perſonæ ejuſdem Mandatarii egomet perſonaliter acceſſiſſem ad certifican. dict. Capſerium de tali mutatione, qui proindè non ſine magna inchoærentia ſe declaravit, velle eidem ſolvere pro una vice dumtaxat, non pro aliis, uſquequò non fuiſſet certioratus de mutatione.

15 Ex quibus omnibus nolens precibus pro uno Bimeſtre aſſequi id, quod firmiter credo, mihi de jure ſemper competere, juxta regulam, de qua *Rot. in Giennen. Juris mutandi 26. Aprilis 1700. §. Nec attento cor. Muto*, ibi: *Fruſtrà enim precibus impetratur, quod abſque illis permiſſum eſt*, de qua *in tom. 1. diſcept. par. 2. diſcept. 8. n. 9.* operæ pretium duxi legaliter oſtendere inſubſiſtentiam dictæ inauditæ prætenſionis.

16 Ad

16 Ad quem effectum ſufficeret ſola punctualis authoritas *R.P.D. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 24. num. 9. & duob. ſeqq.* ibi: *Inter quas rationes præcipuè urget illa, quod ſi pro ſolvendis duobus, tribus, aut quatuor ſcutis, oportuiſſet vocare teſtes, & formare ſpeciem Proceſſus ſuper recognitione Perſonæ, &c. commercium, &c. capſæ redditum fuiſſet impracticabile*, quem ſequutus fui *in tom. 1. diſcept. Eccleſ. par. 2. diſcept. 1. num. 105.* Eo quia notum eſt, quod punctualis opinio Doctoris, contradictorem non habentis, reputatur caſus legis, ex adductis *in Inſtitut. crimin. lib. 2. tit. 8. num. 240.* quibus addi poſſunt *Card. de Luca in Miſcellan. Eccleſ. diſc. 47. num. 26. & Rot. in Giennen. Juris mutandi 2. Julii 1706. §. Quod indubitanter coram Kaunitz. & in Legionen. Parochialis eiſdem die, & anno, §. Admiſſa coram eodem.*

17 Et tamen ad materiæ ornatum ſex ſubjunguntur reflexiones, quarum unaquæque, etiam ſeparatim ſumpta, nimis ſtringere videtur ad obtinendum intentum; unde multò magis eumdem effectum operari debent ſimul unitæ, ut in omni materia facien. eſſe monent adducti *in deciſ. 9. num. 18. & ſeqq. coram Arguell.*

18 I. Scilicet, quod contraria prætenſio eſt æquè inſignis, & inaudita in Urbe, & in Orbe.

19 II. Quia illa eſt ſummoperè præjudicialis omnibus Montiſtis.

20 III. Quia eſt penitùs impeditiva publici commercii.

21 IV. Quia non practicatur in Monte Pietatis, & Banco Sancti Spiritus Urbis, & proinde eò minùs practicari debet in eadem Urbe à DD. Depoſitariis Montium Cameralium.

22 V. Quia in concreto præſentis caſus cum D. Depoſitario Montium Sancti Petri 1. & 3. er. Sancti Pauli Religionis non vacabilis, & Communitatum, eſt merus, & frivolus prætextus ejus Capſerii.

23 VI. Demùm, quia reſpectu Scribentis eſt exceptio undique inſubſiſtens, & ex omni parte irrelevans.

24 Incipiendo à prima: Non adeſt forſan propoſitio, in qua cum majori conſonantia, & energia concordent Sancti Patres, Theologi, Canoniſtæ, & Civiliſtæ, uno verbo, omnes Doctores, quàm novitates eſſe Reipublicæ præjudiciales, odioſas, nunquam introducendas, & quantum fieri poteſt, ſemper impediendas, & in principio ſuffocandas, ut videre eſt apud nubem illam Authorum, quos referunt, & ſequuntur *Gonzal. in cap. Cùm conſuetudinis numer. 2. & 3. de Conſuet. Capon. diſceptat. 85. numer. 12. & pluribus ſeqq. Pignatell. conſult. 9. numer. 17. & ſeqq. tom. 8. & Rota in Aret. Jurium Paroch. 15. Januarii* 1703. §. *Cæterum coram Reverendiſs. Anſald. & in Pampilonen. Manutentionis* 10. *Maji* 1706. *in fin. coram Caffarell.* cum aliis concordan. citatis *in tom. 2. diſcept. Eccleſ. par. 2. diſcept. 26. num.* 113.

25 Et in noſtris terminis egregiè *Rocc. ſelect. interpret. cap. 75. num. 19.* ibi *Nullatenus ſunt tolleranda novitates in hujuſmodi materia, quas hodierni Gabellarii introducere contendunt, &c. cùm ut plurimùm Rempublicam turbent, &c. ſignanter quia à Gabellariis anteceſſoribus hujuſmodi prætenſa diligentia, &c. nunquam fuerunt adhibita.* Imò *num.* 18. poſt plures Authores, quos ibidem citat, & ſequitur, ad rem ulteriùs obſervat in ſuo caſu id, quod mirabiliter in noſtris terminis applicatur, quòd ſcilicet, quando moderni Capſerii acceptati fuerunt ſervitio DD. Depoſitariorum, novitas, quæ hodie introduci prætenditur, nullo modo in mentem illorum Capſeriorum venerat, qui tunc temporis idem Officium exercebant: Igitur, aut dictus modernus Capſerius imitari debet in hac parte ſuos Anteceſſores, juxta celebre monitum *Ariſtotelis*, ſequuti *à Patrit. lib. 3. tit. 1. de Republic.* ibi: *Civitatis ſtatum diligant, contentique eo nihil moliantur, nihil agitent, quod alienum, novumque ſit, ſed eam viam ire pergant, quam Majores inſtituerunt, quæque aliorum veſtigiis atterita ſunt: Novarum enim rerum ſtudium ſemper Rempublicam labefactare ſolet*: Aut relinquere aliis magis expertis, magiſque in agibilibus verſatis Miniſtris exercitium dd. Officiorum, qui abſque tali novitate parati ſunt incedere per antiquam viam, Montiſtis nullatenùs præjudicialem, & publici commercii nullo modo impeditivam.

26 Quæ ſi procedunt in illis etiam novitatibus, quæ valdè utiles ſunt, juxta nobilem animadverſionem *S. Auguſt. epiſt. 128. cap. 5.* ibi: *Ipſa mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, quem *Urſaya Miſcellaneum.* ſequuntur adducti *in Motulen. ſuper bono Jure 27. Januarii 1708. §. Cæterum coram Reverendiſs. Anſald.* cum aliis citatis *in tom. 3. diſcept. Eccleſ. par. 2. diſcep. 26. n. 4.* Quantò magis locum habebunt circa præſentem novitatem, nimis præjudicialem Montiſtis, juxta ſequentem ſecundam reflexionem?

27 Præjudicium Montiſtarum in eo reſidet, quòd ex mero placito Capſerii impendere coguntur id, quod neceſſarium eſt pro recognitione manus in Ordinibus, vel pro rogitu, & fide Inſtrumenti mandati procuræ, ad quas expenſas nunquam de præterito obligati fuerunt: Omnis autem interpretatio in hac parte capienda eſt favore eorundem Montiſtarum, non ſolùm ad alliciendos illos ad emenda Loca Montium, quæ in præteritum, & de præſenti exiſtimata ſemper fuerunt, & exiſtimantur pro re æqualiter delicata, & à Principe privilegiata, ex animadverſis per *Cardin. de Luc. de Locis Mont. non vacabil. cap. 5. de Privil. Locor. Mont. & Montiſtar. per tot.* ad ſublevandos eoſdem Montiſtas ab illis tempeſtatibus, grandinibus, & ariditatibus, quibus ex animadverſis ſupra *num.* 4. ſubjecti ſunt in extinctione alicujus integri Montis, vel in quotidiana extractione aliquorum Locorum; vel demum ex illa circumſtantia, quòd aliquæ partitæ Montiſtarum ſunt adeo tenues, ut ſola merces, neceſſaria pro recognitione manus in quolibet Ordine, vel pro ſtipulatione, & fide mandati procuræ, nedum adæquet, ſed ſuperet fructus unius Bimeſtris, qui caſus non eſt metaphyſicus, illiuſque exiſtentia ictu oculi apparet ex recognitione Liſtarum exiſtentium penes DD. Depoſitarios Montium. Itaut videatur nimis durum, ac æquè amarum, ut Montiſta, qui ſuis redditibus parcè vivere ſtudeat, ex mero arbitrio Capſerii Montium cogatur hodie impendere in uno Bimeſtre quod percipit ex fructu unius Loci Montis, quodque de præterito à DD. Depoſitariis Montium ſemper fuit ei punctualiter ſolutum abſque alia criticatione, vel recognitione manus.

28 Pro majori evidentia hujus præjudicii ſupplicamus obſervare, quòd illud non eſt ſemper tenuis ſummæ unius julii, ſed ſolet aliquando eſſe majus, quia non omnibus indifferenter licet accedere ad Officia Notariorum, ſive ratione qualitatis Perſonarum, ſive ratione ſexus, ſive ratione infirmitatis, ſive ratione alterius legitimi impedimenti, quod facilius concipi, quàm hic exprimi neceſſarium ſit: In quibus terminis, qui non ſunt metaphyſici, creſcit expenſa in aliis tribus juliis pro viatico Notarii: Et proinde impenſa exactionis fructuum unius Loci Montis in his circumſtantiis pro ſeptem Ordinibus, ſeu pro uno Bimeſtre, erit in totum juliorum 28. ut patet Conſideranti.

29 Itaut honeſta perſona, quæ gratia exempli (quod non eſt rarum, neque caſus metaphyſicus) habet ſeptem Loca Montium in diverſis Depoſitariis, puta Locum unum Montis Reſt. 3. er. Unum Montis S. Petri 1. vel 3. er. vel Communitatis, aut S. Pauli Religionis non vacabilis. Unum S. Petri 2. vel 6. aut 7. er. vel Reſt. 2. er. Unum Sancti Petri 4. er. vel Reſtaur. 1. er. Unum Sancti Petri 5. er. vel Montis Fidei. Unum S. Petri 8. er. Et unum S. Petri 9. er. vel Novennalis 2. er. quorum fructus ſolvuntur à dictis diverſis ſeptem DD. Depoſitariis, & qui fructus, uniti cum aliis ejus redditibus, deſerviunt pro ejus congrua ſubſtentatione; pro exactione eorundem fructuum, quando ratione ſexus, vel ob infirmitatem, aut aliud impedimentum, non poteſt perſonaliter accedere ad publ. Officium, teneatur erogare ferè integros dd. Locorum Montium fructus pro Viaticis Notariorum, & recognitione manus, hoc eſt julios 28. pro quolibet Bimeſtre, ſeu ſc. 16. 80. annua, adeòut ex integro fructu ſuorum Locorum Montium, conſiſtente in totum & per totum in ſcut. 21. annuis, impendere teneretur Montiſta ferè quinque ex ſex partibus pro illis exigendis.

30 Nec dicatur, quòd ad hujuſmodi replicatas expenſas evitandas poterit fieri *Ordine fermo*, ut dici ſolet, vel generale mandatum procuræ, hoc eſt pro exigendis fructibus Locorum Montium, non pro uno, vel altero, ſed pro multis futuris bimeſtribus, & uſque ad ejuſdem mandati procuræ, vel Ordinis revocationem.

31 Reſponſio enim in promptu eſt, obſervando quòd Capſerius ille, qui ita diſcurrit, nolens exequi munus ſuum, quod unicè conſiſtit in ſolvendis fructibus Locorum Montium, prætendit ſe extollere ad gradum Tu-

toris, vel Curatoris, & Præfecti Domus Montiſtarum, docens eos modum, quem tenere debeant pro adminiſtrandis propriis redditibus, & quod magis eſt, hoc modo prætendens reſtringere amplam facultatem, quam quiſque habet diſponendi de ſuis rebus ad proprium libitum, ut illa utantur eo modo, quo placet ipſi Capſerio, qui ſi, mediantibus tot ſubtilitatibus, & cavillationibus, digito oſtendit proprio Officio præeſſe neſcire, difficile eſt, quòd diligentiam habere poſſit in rebus alienis, juxta dictum *Doctoris Gent. 1. ad Timoth. 3. 5.*

32 Cæterum ad excludendam dictam contrariam prætenſionem mirabiliter urget innegabilis illa facti circumſtantia, quòd non ſemper hujuſmodi firmi Ordines, & generalia mandata procuræ fieri valent, neque Montiſtæ tenentur in hac parte rationem reddere hujus difficultatis dicto Capſerio, qui à ſe ipſo poteſt venire in cognitionem ejuſdem difficultatis, pervolvendo Ordines, jam exactos, & obſervando, quòd aliqui ex illis facti fuerunt Mercatoribus, aliqui Artificibus, & aliqui ex aliis titulis Creditoribus Montiſtarum, quorum reſpectu ſicut impracticabilis eſt modus procedendi per Ordines fixos, ita abſque ullo fundamento remanet prætenſio dicti Capſerii.

33 Eò autem magis reflexio hæc omni conſideratione digna videtur, quia DD. Depoſitarii Montium in ſolutione illorum fructuum, tanquam ab igne cavere debent à ſubtilitatibus, & cavillationibus, ne poſſit attribui alteri motivo illorum durities in punctualiter ſulvendo fructus Locorum Montinm, ut in terminis exclamat *Cebell. ad Bull. Bon. regim. cap. 34. artic. 26. de Depoſitariis Montium num. 4. fol. mihi* 186. ibi: *Debet etiam Depoſitarius habere Telonium, ſeu Nummariam Menſam, vulgo* il Banco, *expoſitam publicè, apertam &c. & cavere debet à ſubtilitatibus, & cavillationibus, ne ſcilicet imitetur Thraces, &c.* Quod ex mandato ſan. mem. Alex. VII. per viam legis in terminis præcepit el. me. Card. Franſonus tempore, quo fuit Theſaurarius generalis, ut patet ex Edicto impreſſo *à Zanl. ad Stat. Favent. tom. 2. fol. 72.* his verbis: *Comandiamo, che tutti, e ſingoli Depoſitarii de' Monti debbano pagare prontamente in contanti alli Montiſti, &c. ad ogni ſemplice requiſizione di eſſi Montiſti, &c. ſenza tergiverſazione, e dilazione alcuna:* Et generaliter in terminis aliorum Mercatorum, quòd ob commercii libertatem, quæ publicæ utilitati convenit, inſiſtere nullatenùs debeant in dd. ſubtilitatibus, & criticationibus, benè obſervant adducti per *Card. de Luc. de Credit. diſc. 78. num. 7. & R. P. D. Anſald. de Comm. & Mercat. diſc. 74. num.* 36. ubi, quòd hujuſmodi ſubtilitates deſtruunt publicum commercium, quod permittendum non eſt, & meliùs *in diſcurſu generali num.* 8. ibi: *Relicta antiqua ſimplicitate, nimis ſubtilizant in Foro contentioſo, ad fugiendas ſolutiones &c.*

34 Ante demonſtrationem eorum, quæ concernunt impedimentum publici commercii, quod ſummoperè læditur, & multipliciter impeditur ab hujuſmodi prætenſione Miniſtrorum DD. Depoſitariorum, in facto præmittendum eſt id, quod modò indicavimus, quòd ſcilicet de præterito, quando aliquis ex Montiſtis erat debitor alicujus Artificis, Mercatoris, vel alterius Operarii, vel ad ſolven. penſionem domus, loco exigendi pecunias à DD. Depoſitariis Locorum Montium, & deinde illas ſolvendi hujuſmodi Creditoribus, præſertim noſtris temporibus, in qnibus pecunia argentea non ſine maxima difficultate reperitur, ſolitus erat facere Ordines iiſdem Artificibus, Mercatoribus, & Creditoribus, qui à ſeipſis ſummas, ſibi debitas, exigebant in Bancis DD. Depoſitariorum, cujus veritatis æquè promptas, & multiplices habent probationes dd. Miniſtri ex ſola, & ſimplici recognitione Librorum, in Depoſitariis Montium exiſtentium.

35 Hoc præmiſſo, palpatur manibus impedimentum hujuſmodi publici commercii, quia, admiſſa contraria prætenſione, non poteſt ampliùs id ad praxim facilè reduci; ſed, ultra expenſam recognitionis manus, de qua ſupra, requiritur etiam congruum tempus accedendi ad Notarios, vel expectandi illorum Juvenes in propria domibus, ad effectum habendi actum recognitionis manus, non in uno tantùm, vel altero Ordine, ſed in omnibus illis, qui girari volunt Artificibus, Mercatoribus, & Creditoribus Montiſtarum; omnes autem Doctores exclamant adversùs Mercatores illos, qui publicum commercium cavillationibus, & exquiſitis ſubtilitatibus impedire procurant, ut videre eſt apud omnes *Repetentes in leg. 6. §. Ne potentiores ff. de Offic. Præſid. Manſon. de Contrah. qu. 3. n. 8. Knipſch. de Jur. Univerſ. lib. 5. cap. 22. n. 77. in fine Kloch. conſ. 37. num. 360. de Philipp. diſert. Fiſcal. 30. num. 15. Rocc. ſelect. interpr. cap. 75. num. 11. Strac. de Mercator. qu. 4. num. 12. Card. Tuſc. litt. M. concluſ. 207. ſub num. 7. & R. P. D. Anſald. de Comm. & Mercatur. diſc. gener. n. 8.*

36 Et in durioribus terminis, quòd favor publici commercii præponderare debeat in noſtris terminis periculis fraudis, & præjudicii Miniſtrorum Banci, egregiè notat *Card. de Luc. de Cred. diſc. 69. num.* 8. ibi: *Et quamvis per aliquos Adminiſtratores motivaretur, quod ita poſſet aditus aperiri fraudibus, & colluſionibus in ſupplantationem Banci: Nihilominus huic rationi, ſeu inconvenienti præponderat altera ratio major publici commercii, &c.*

37 Quarto loco comprobantur omnia hæc ex notoria praxi omnium famoſorum Mercatorum Nundinalium totius Orbis, & ex notorio ſolito, quod omnium oculis expoſitum eſt in Sac. Monte Pietatis, & Banco Sancti Spiritus Urbis, in quibus inandita eſt prætenſio, ut pro exequutione Ordinum, eiſdem directorum, concurrere debeat manus recognitio, ut omnibus notum eſt, quamvis agatur de conſpicuis ſummis, deque innumerabilibus Ordinibus, itaut unica die eorumdem Miniſtri amittere poſſint totum id, quod toto tempore eorum vitæ pro mercede habent, ut obſervat *R. P. D. Anſaldus*, loquens de Capſerio Banci Sancti Spiritus, *de Commun. & Mer. diſc. 39. num. 5. & 6.* ibi: *Cumque ageretur de quotidiano periculo amittendi, non obſtante qualibet ſedulitate, & diligentia, in una die, vel hora, mercedem, quam pro toto tempore vitæ ſuæ in hoc operoſo munere aſſequi potuiſſet.*

38 Ex hoc autem innegabili ſolito ad hominem demonſtrata remanet irrationabilitas contrariæ prætenſionis. Eſt enim verè monſtruoſum prætendere, ut pro exactione, ex. gr. centum obulorum, qui pro uno Bimeſtre debentur Montiſtæ pro fructibus Locorum Montium, requiratur dicta exquiſita cautela, vel recognitionis manus reſpectu Ordinis, vel ſtipulatio publici inſtrumenti mandati procuræ, quæ tamen diligentiæ nullo modo requiruntur pro exactione centum ſcutorum à dictis publicis Ædibus: Et tamen omnia jura clamant, omneſque congruentiæ regulæ expoſcunt, ut pleniùs conſulendum ſit, ubi majus eſt periculum, juxta litteralem *Text. in leg. 1. §. Sed ſi quis, Cod. de Carbon. edicto*, ibi: *Magis conſulendum eſt iis, quibus majus periculum intenditur, & cap. 3. de elect.* ibi: *Ubi periculum majus intenditur, ibi proculdubio eſt plenius conſulen.* cum concordan. apud *Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 231. num. 35.*

39 Creſcitque in immenſum vis hujus animadverſionis, obſervando, quòd illi, qui exigere ſolent fructus Locorum Montium, regulariter ſolent ſemper eſſe eædem perſonæ, eo quia, ut in terminis obſervat *Card. de Luc. de Credit. diſc. 69. num. 2. & 3.* vel ſunt famuli, vel familiares, vel aliàs habentes notam connexionem cum Montiſtis: E converſo autem major pars illorum, qui exigunt inſignes ſummas in publicis Ædibus, neque etiam noti ſunt principalibus Creditoribus, qui in eis pecunias depoſuerunt, dum procedi ſolet per viam Ordinum, qui, ut plurimum, girantur relicto in albo nomine exigentis, qui aliquando proprio charactere ſolet replere d. album, in eoque proprium nomen apponere, ut notorium eſt: Et tamen attenta peritia, & experientia Miniſtrorum dd. Sacrarum Ædium, omnia in pace procedunt, abſque ullo gravamine Creditorum, & abſque ullo impedimento publici commercii.

40 Hujuſmodi autem reflexio videtur æqualiter ſolida, & ſtringens, quia difficilè poterit aſſignari congrua diſparitatis ratio, quare in eadem Civitate, & ſub eodem Principe, Miniſtri dd. publicarum Ædium, & famoſorum Mercatorum Nundinalium, agnoſcentes, non poſſe in publici commercii præjudicium prætendere d. recognitionem manus, libenter, & paſſim ſolvunt conſiderabiles ſummas cum ſolo, & ſimplici Ordine illorum, qui pecunias retinent in eorum Bancis; & tamen contrarium practicare voluntariè prætendat dictus Capſerius DD. Depoſitarii, ut Conſideranti remanet manifeſtum.

41 Abſque ulla prorsùs difficultate, ex quo per legitimam conſequentiam ex hujuſmodi univerſali ſolito infertur, quòd contrariæ criticationes unicè proveniunt ab imperitia,

ritia, ſeu Inexperientia d. Miniſtri D. Depoſitarii ad exercen. proprium officium: Cùmque ſimilis imperitia culpæ annumeretur, *in leg. Imperitia 175. ff. de regul. jur. & in §. Præterea, verſ. Imperitia Inſtit. de leg. Aquil.* cum concordan. citatis *in Inſtit. crimin. lib. 1. tit. 2. num. 14.* ubi ſequendo *Bartol. in leg. Quod attenta num. 17. & 18. ff. Depoſiti*, ad rem obſervavi, in hac parte dici in culpa illum, qui deviat ab ea diligentia, quam communiter adhibent homines, qui ſunt ejuſdem profeſſionis: Non eſt dignum, neque juſtum, quòd Moniſtæ luant pœnas imperitiæ d. Miniſtri, ſed in omnem caſum ipſe tenebitur ad expenſas recognitionis manus, ad hoc ut non alienis, ſed propriis ſumptibus diſcat exercere proprium munus, & edoceatur circa ea, quæ faciunt alii circumſpecti homines ejuſdem profeſſionis, ut in ſpecie advertunt adducti per *Zacch. de Salar. q. 55. n. 12.*

42 Videntur hæc ſuperabundare ad effectum, de quo agimus; & nihilominus deveniendo ad alias duas particulares, & præciſas circumſtantias præſentis caſus, dicimus, quod illæ omnem omninò difficultatem in hac parte tollere videntur.

43 Prima reſpectu D. Depoſitarii Montium S. Petri 1. & 3. er. Religionis non vacabilis, & Communitatum, in eo conſiſtit, quod attenta ſumma ſcut. 28.98. quæ quolibet Bimeſtre exigitur in illius Banco, nunquam illa ſolvitur Mandatario in pecunia numerata, ſed à dicto Miniſtro fit Ordo, directus Banco S. Spiritus, mihi ſolvibilis, cum æquè gravante, ac indebito addito *per altrettanti*, non autem cum neceſſaria declaratione, quòd eſt illamet ſumma, quæ mihi debebatur pro fructibus Locorum Montium, quæ omiſſio neceſſariæ declarationis nimis præjudicialis eſt, ut videbimus infrà à numer. 56.

44 Ex hoc autem innegabili facto per neceſſariam conſequentiam duo ſequuntur, I. quòd hoc modo D. Depoſitarius eſt tutus ab omni remotiſſimo periculo, quia, vel Ordo, cum quo fuerunt exacti fructus Locorum Montium in ejus Banco, eſt verus, & realis, vel falſus, inter quæ non datur medium. Si Ordo verus eſt, ceſſat omnis criticatio per veram, & effectivam ſolutionem, factam vero Domino fructuum Locorum Montium. Si verò Ordo erat falſus (quod per inſubſiſtentem hypotheſim hic ſupponimus, ad convicen. ex omni parte Capſerium D. Depoſitarii) adhuc iſte nulli periculo in hac parte ſubjacere poteſt, quia ſolutio fieri debet à Banco Sancti Spiritus vero Domino fructuum Locorum Montium, ad tenorem d. Ordinis.

45 Reflexio videtur adeò naturalis, & ſtringens, adeòque convincens, ut adverſus illam nullam aliam excogitare potuerit criticationem idem Capſerius, & adducta fuit mediante perſona D. Depoſitarii ſui Domini, niſi ſequentem: *Il Caſſiere ha riſpoſto, che facendoſi l' Ordine* (hoc eſt directo Banco Sancti Spiritus) *pagabile à Lei, non ſi dà effecuzione al ſuo Ordine, nel quale dice, che ſi paghi al ſuo Servitore.*

46 Ultrà quòd autem hoc modo operando non ſolvit, neque Domino, neque Famulo, qui non eſt modus loquendi, minùſque ſpecies exagerationis, ſed eſt pura veritas, quæ ita mathematicè demonſtratur: Non ſolvit Domino, ut ſupponimus, quia iſte nil recipit à Capſerio; minùſque ſolvit Famulo, quia huic nil aliud in manibus conſignat, quàm ſimplex mandatum de ſolvendo, ſeu merum Ordinem, qui nullo modo, nulloque colore vim ſolutionis habet, ex punctualibus authoritatibus, citandis infrà *num. 58.*

47 Pro congrua reſponſione adverſus delicatam conſcientiam ejuſdem Miniſtri, incipientis hodie habere dictum ſcrupulum faciendi Ordinem, ſolvibilem Domino pro ſumma ſibi verè debita, & non ſolùm non reclamante, ſed enixè rogante eodem Famulo, qui illam exigit in ejus Banco: Dicimus, quòd illa opponitur omnibus principiis, evidentique praxi omnium Mercatorum Urbis, & Orbis, eò quia, conſentientibus Partibus, intereſſe habentibus in aliquo negotio, quotidiana praxis omnium Mercatorum eſt, nedum faciendi Ordines, & Giratas Perſonis certis, ad arbitrium Creditoris, ſed relinquendo in albo nomen Giratarii, quæ praxis adeò notoria eſt, ut nulla indigeat probatione.

48 Neque aliquis conſcientiæ ſcrupulus in hac parte remanet: Cùm enim juxta prima juris elementa, quilibet ſit rei ſuæ dominus, & arbiter: poteſt propterea Mandatarius de ſumma ſibi debita, eo modo, quo ſibi videtur, & placet, ad libitum diſponere, illamque in faciem ſui Domini, & Mandantis deſcribi facere.

49 Imò tantum abeſt, quod ex conſenſu, & precibus Famuli, ut Ordo, directus Banco Sancti Spiritus, fiat à dicto Miniſtro in faciem ſui Domini, & Mandantis, aliquis ſcrupulus in ejus mente injiciatur, quin potiùs iſte oriri deberet in caſu oppoſito, in illis ſcilicet terminis, in quibus rogaretur idem Miniſter, ut Ordinem faceret in faciem ipſius Famuli exigentis, quia tunc poſſet cum aliquali fundamento ſuſpicari, quòd renitentia Famuli, in acceptando Ordinem, ſuo Domino directum, oriri poſſet à deſiderio eamdem ſummam à ſeipſo, & independenter à Domino exigendi, ſibique appropriandi, ut de ſe patet.

50 Quia verò reflexio hæc nimis evidens eſt, nimiſque palpabilis, oppreſſus dictus Miniſter ab ejus pondere, & efficacia, eidem gratuitæ exceptioni, delicatæ conſcientiæ colore velatæ, aliam adjunxit legalem, ut ipſe credit, reſponſionem, aſſerendo, *che quando ſi daſſe il caſo di falſità nell' Ordine de' Monti, potrebbe ancora farſi la Girata falſa nell' Ordine, à di lei favore diretto al Banco di San Spirito, il quale non è tenuto alle Girate falſe.* Sunt verba *Biglietti*, de quo ſupra, ſcripti à D. Depoſitario.

51 Reſpondemus autem, quòd hujuſmodi præſumptio multiplicatæ præſumptæ falſitatis in duobus Ordinibus, præcipuè pro tenui ſumma, non eſt tam facilè præſumenda, non ſolùm quia importat atrox delictum, pro cujus excluſione omnia jura clamant, ex adductis *per R. P. D. Anſald. de Com. & Merc. diſc. 51. num. 17.* & firmatis *per Rotam in deciſ. 143. num. 42. & ſeqq. cor. Dunozett. jun. & deciſ. 111. num. 7. & 10. par. 7. recent.* Verum etiam, quia eſt notum juris principium, quòd præſumptio præſumptionum nunquam datur, de quo *Gloſſ. in leg. 1. verb. Dotem, Cod. de Dot. promiſſ. Rot. deciſ. 554. num. 9. apud Poſth. de Manat. & deciſ. 34. num. 29. coram Cerr. & deciſ. 513. num. 9. par. 14. & deciſ. 642. num. 14. par. 18. recent.*

52 Cum addito, omni conſideratione ad noſtrum effectum digno, quòd pro majori cautela in his terminis ſemper utili, & multoties etiam neceſſaria, ſolitus ſum integrum Ordinem pro exactione fructuum Locorum Montium proprio charactere ſcribere, & ſubſcribere, non autem ſimpliciter Me ſubſcribere in illius calce. Imò ad eumdem finem proprio pariter charactere ſolitus ſum diſtinctè ſemper adnotare nomina Filiorum, ſub quibus aliqua Loca Montium, cum reſervatione ſortis, & fructuum ad meam diſpoſitionem. Ex quo innegabili ſolito, pluſquam notorio d. Miniſtro, ex ſola recognitione dd. Ordinum, qui pro præterito tempore in Banco D. Depoſitarii aſſervantur, ſicuti palpatur manibus difficultas falſificandi multa verba, multaſque lineas, quibus conſtat dictus Ordo, ita remanere videtur abſque ulla veriſimilitudinis ſpecie exagerata præſumptio duplicis falſificationis eorumdem Ordinum, ut conſideranti manifeſtum eſt, & faciunt animadverſa per *Menoch. de Præſumpt. lib. 1. præſumpt. 30. num. 1.* & firmata per *Rot. dec. 23. num. 16. coran Priol.*

53 Reſpondemus a. quòd non regit in jure propoſitio illa, quòd publicus Bancus non teneatur iterùm ſolvere vero Domino ſummam illam, quam non vero Creditori ſolvit, cum Girata falſa in calce Ordinis veri; ſed ſolida, legaliſque diſtinctio in hac parte hæc eſt.

54 Aut Girata falſa eſt in calce Cedulæ, quæ dari ſolet à Miniſtris publicorum Bancorum, illam petentibus; aut eſt in calce ſimplicis Ordinis, Miniſtris eorumdem publicorum Bancorum directi; primo caſu non tenetur iterum ſolvere ſummam, cum Girata falſa exactam, quia ſunt verba, *Rovit. dec. 12. n. 23. Bancum non ſolvit abſque exhibitione Fidei originalis* (ſeu *Fede di credito*, ut appellatur in Civitate, & Regno Neapolis illa, quæ in Urbe appellatur Cedula) *quæ non poteſt exhiberi, niſi à vero Creditore.* Unde ſi illam retrohabuit Bancus, quando ſolvit cum Girata falſa, non habet quid oſtendere poſſit Creditor ad demonſtrandum ſuum creditum, quod ex Libris Banci apparet ſolutum cum reportatione Cedulæ: Et hæc eſt ſolida, & convincens ratio, quare Girata falſa in calce Cedulæ non nocet Banco, eo tempore, quo ſolvit ſummam in illa contentam, ſuamque Fidem originalem, ſeu Cedulam recuperat, & retrò habet ex animadverſis per *R. P. D. Anſald. de Comm. & Mercat. diſc. 39. num. 20.*

55 Aut verò Girata falſa reperitur in calce Ordinis, licèt certæ, & certiſſimæ manus; & poſita falſitate ejuſdem Giratæ, Bancus tenetur ad iteratam ſolutionem, ea ratione, quia ſemper verum eſt, quòd non ſolvit vero Giratario, ſeu vero Creditori, ut in terminis benè probat *Olea de Ceſs. jur. tit. 5. qu. 9. n. 25.* ibi: *Quando ceſſionem dirigo, vel Litteras ſolvendas Petro, ſi, amiſſis Litteris, alius ejus nomine ſe Petrum, & in Litteris contentum ſimulans, exegerit, ſolvens non liberabitur, licèt conditionem furtivam contra fraudatorem cedere paratus eſſet, quia ſolvendo alii, quàm cui Creditor juſſit, mandatum non implet, & priuſquam ſolveret, inquirere debuit, an is, qui præſentabat Litteras, eſſet in illis contentus: Unde ſolvendo alii fuit inculpa, quæ ſibi, non alteri nocere debet*; & adductis multis concordantibus meliùs advertit *Scacc. de Camb. §. 2. gloſ. 5. num. 24.* ibi: *Non liberor ſi ſolvam alteri, quàm vero Domino, ſeu Procuratori*, & à *num. 340.* uſque ad *num. 347.* ibi: *Juſſit, ut ſolveret Marco, ideo ſolvendo alteri non liberatur &c. Unde conſtat quod Franciſcus Roma exceſſit fines mandati, ſolvendo non Creditori, dum ſolvit alteri, quam Marco, & ideò malè ſolvit*, & *Rota deciſ. 76. num. 3. in fine poſt 2. Volumen Conſil. Farinac.* ibi: *Unde videtur adeſſe culpa Solventis, qui cùm non haberet notam manum ipſius Chriſtophori, non debebat ad ſolvendam ſummam repertam incautè induci, non data hujus rei notitia ipſi Creditori*; & in terminis ſummæ, ſolutæ à Banco S. Spiritus cum Girata falſa, in calce Ordinis veri, ſcripti à notiſſima manu Franciſci Honorati, & ab eodem Banco iterum ſolutæ hæredi ejuſdem Honorati, adeſt *diſc. 39. per tot. R. P. D. Anſald. de Comm. & Mercat.* & ſignanter *n. 7. in fine*. Et in terminis reſignat. Loc. Montium bona fide admiſſæ, cum falſo procuræ mandato, *Rot. deciſ. 651. n. 5. coram Cavaler. & deciſ. 85. & deciſ. 86. apud Conſtant. ad Stat. Urb.* de quibus *in Inſtit. crim. lib. 2. tit. 6. num. 225.*

56 Secundum verò, quod innegabiliter ſequitur ex dicta ſingulari praxi Capſerii D. Depoſitarii Montium S. Petri 2. & 3. er. loco pecuniæ numeratæ, vel Cedulæ Bancariæ, quas tradunt alii DD. Depoſitarii Montium, conſignandi Montiſtis, qui faciunt ſolitas Receptas in Libro d. D. Depoſitarii, ſimplicem Ordinem, ſub ejuſdem Capſerii particulari nomine *per altrettanti*, involvit duo magna præjudicia Montiſtarum, æquè palpabilia, unum certum, & actuale, aliud eventuale, & poſſibile, ſed cum longè majori poſſibilitate, ac ſit illa, quæ exageratur circa Ordines falſos.

57 Præjudicium magnum, certum, & actuale illud eſt, quòd Montiſta, qui ea Privilegiis, in erectione Montium Cameralium contentis, habet ad ſui favorem obligatam R. Cameram, atque illius D. Depoſitarium pro ſecuritate exactionis fructuum, omnia amittit per Receptam, quam facit in ſolitis Libris, nihilque aliud ſecum ducit ad ejus domum, quàm ſimplex mandatum ad exigendum, ſeu Ordinem *per altrettanti*, & ſic ſolam, & ſimplicem perſonalem obligationem unius ex mercenariis Miniſtris d. D. Depoſitariis, cujus Salarium in toto anno forſan non adæquat ſummam unius ex illis Ordinibus, quos quotidiè conficit *per altrettanti*; quæ omnia magnam merentur animadverſionem, noſque libenter abſtinemus à longiori explicatione hujus præjudicii, quia illud eſt adeò evidens, adeòque palpabile, ut non indigeat probatione; eſtque ulteriùs hujuſmodi ſingularis praxis ex diametro oppoſita replicatis Edictis multorum Theſaurariorum pro tempore, impreſſis *à Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2. fol. 71. num. 72.* in quibus ſtrictè, & præcisè demandatur DD. Depoſitariis, ut ſolvant fructus Locorum Montium, non mediante Ordine, ſed in contanti, ibi: *Comandiamo &c. pagare prontamente* IN CONTANTI *alli Montiſti, &c. la rata dovuta a ciaſchedun*.

58 Non minùs conſiderabile eſt aliud præjudicium eventuale, & poſſibile, quod recognoſcunt Doctores, & Sacra Rota, in conſignatione ſimplicis Ordinis, loco Cedulæ Bancariæ, vel pecuniæ numeratæ, quia iſte nullatenus vim ſolutionis habet, quod his verbis explicatur *in deciſ. 9. num. 11. coram Priolo*, ibi: *Cedula, ob ejus irrevocabilitatem, æquipollet vera ſolutioni &c. ſecus verò ſimplex Ordo, continens dumtaxat mandatum ad exigen. qui cùm poſſit per emptorem mediante novo Ordine revocari, vel præventiva exequutione deludi, non transfert in venditorem dominium pecuniarum, & ideò vim ſolutionis habere non poteſt*; quæ diſtinctio inter Cedulam bancariam, & ſimplicem Ordinem, & aſſertio, quòd prima habet vim ſolutionis, ſecus autem Ordo, adeò communis eſt inter Doctores, adeòque recepta, & canonizata à magnis Tribunalibus, ut contradictorem non habeat, utque annumerari meritò poſſit inter prima Juris principia, quale approbatur ab Authoribus, quos refert, & ſequitur *Rota deciſ. 701. num. 5. coram Emer. jun. & deciſ. 11. num. 9. par. 12. rec. & dec. 337. num. 11. & dec. 340. num. 3. par. 19. rec.* & alibi quotidiè.

59 Eo autem tempore, quo cum omni ingenuitate fateor ſimplicem eventualitatem, & meram poſſibilitatem hujus ſecundi præjudicii, conſtantiſſimè aſſero, quòd longè magis eventuale, minùſque probabile eſt aliud, quod exageratur circà Ordines falſos, ea viva diverſitatis ratione, quod pro verificatione primi, adverſus omnia Jura, præſupponendum eſt atrox delictum falſitatis, quod taliter hominem vituperat, ut non reperiatur crimen in Mundo, quod reſpectu opprobrii, & exiſtimationis illud ſuperet, juxta notabile dictum *Ugolini de Fontana Doctoris Lombardi*, quem ſequuntur *Barbat. in cap. Verum de Foro compet.* cum aliis allegatis *in Inſtit. crim. lib. 2. tit. 6. num. 229.* Pro verificatione verò ſecundi nullum omninò præſupponendum eſt delictum, ſed poteſt quis innocenter pati dictum præjudicium, vel quia Miniſter, faciens d. Ordinem, reperiatur in maximis, extraordinariiſque, & non prævisis anguſtiis, itaut excuſari omninò mereatur, ſi mediante alio Ordine ſuis pecuniis utatur, juxta caſum, in quo ſcripſit *Card. de Luc. de Donat. diſc. 25. num. 2. ante finem*, vel quia verificetur id, quod quotidiana experientia docet, & notant Authores citati *à R. P. D. Anſald. dec. 66. n. 24.* ſequuto *in tum. 3. diſcept. Eccl. p. 2. diſcept. 18. n. 37.* quòd ſcilicet, homines propriis fidentes ſubſtantiis, ſæpè magis habere credunt, quàm in illis reverà reperiatur, circa quod concordant alii adducti *à Pinell. in leg. 2. par. 1. cap. 2. à num. 32. uſque ad finem Cod. de Reſcind. vendit. & Capyc. latr. conſult. 10. ſub n. 50. & conſult. 13. ante num. 15.*

60 Obiter obſervantes hic magnam incohærentiam d. Miniſtri, prætendentis ſuæ ſubſcriptioni dandam eſſe illam fidem, quam ipſe recuſat dare Montiſtarum Ordinibus; cum illo addito, quod ipſe non adhuc Capſerii munere fungebatur, quando dicti Ordines admittebantur ab illius Anteceſſoribus, quod recognoſcere poteſt ex ſola revolutione ſuorum Librorum. Eſt etiam eidem replicata experientia æqualiter notum, quòd D. Computiſta Banci S. Spiritus, cui directus eſt ſuus Ordo, nullam omninò difficultatem habet exequendi meam Giratam, abſque ulla criticatione, vel recognitione manus.

61 Imò ex hac æquè urbana, ac ſibi ipſis præjudiciali operatione Montiſtarum, recipiendi ſimplex mandatum de ſolvendo, loco pecuniæ numeratæ, ſaltem vigore illius obligationis, quæ *in leg. Sed, & ſi lege 28. §. Conſuluit ff. de Petit. hæredit.* græco ſermone appellatur antidoralis, deberet idem Miniſter æquali gratitudine correſpondere Montiſtis, abſque tot cavillationibus, ſubtilitatibus, & tergiverſationibus, & ſine aliqua expenſa ſolvere fructus propriorum Locorum Montium, juxta *Textum in cap. Cùm in Officiis de Teſtam.* ibi: *Illis tenemur obnoxii, a quibus beneficium Nos cognoſcimus recepiſſe, & Gloſ. in dicta l. 28. Verb. Obligaverunt ff. de Petit. hæredit.* ibi: *Omnis enim Creatura movetur ad benefaciendum ei, qui ſibi benefacit, & talis obligatio ex iſtinctu natura procedit, & Rota in Romana Dotis 16. Junii 1679. §. Tum denique cor. Bourlemont*, ibi: *Unde oritur antidoralis obligatio benefaciendi benefacienti.*

62 Creſcit autem in immenſum vis hujus animadverſionis, & congruentiæ benefaciendi Montiſtis, illiſque non præjudicandi, ex alio inſigni beneficio annuorum ſcut. 1686. 80. quæ D. Depoſitarius quolibet anno gratis omninò percipit, ſive à tolerantia, ſive à bonitate eorumdem Montiſtarum, ſive demum ex eo, quia *naturale vitium eſt negligi, quod communiter poſſidetur*, juxta verba *Text. in leg. 2. Cod. Quando, & à quib. quarta pars lib. 10.* & firmata per *Rotam in Romana Locorum Montium 13. Aprilis 1713. in princ. cor. Eminent. Scotto.*

63 Ictu verò oculi, ſine ulla operatione intellectus, inſigne hoc beneficium ita demonſtratur: Quatuor habet Depoſitarias Dominus Capſerii, renuentis ſolvere fructus Locorum Montium ſine recognitione manuum Montiſtarum, nempè Sancti Petri pr. er. Loc. 36650. S. Petri 2. er. Locor. 34500. Religionis non vacab. Locor. 5275. & Communitatum Locor. 7912. & ſic in totum Locor. 84340.

84340. Ex quibus quolibet anno io bimeſtri Nativitatis D. N. J. C. abſque ullo labore, ullaque neceſſitate recognitionis Exactoris, pro ſe de facto retinet obulos duos pro quolibet Loco, ſeu ſc. 1686. 80. & ſic ſc. 140. 50. menſtrua. Quæ excedunt ſummam determinatam *in Cunſt. 89. §. 5. ſan. mem. Alex. VII.* pro ſplendida manutentione unius ex V. S. Referendariis.

64 Uno autem ore concordant omnes Theologi apud *Bonacin. Oper. mor. tom. 2. tit. de reſtit. in partic. diſput. 2. quæſt. 8. punct. 1. num. 7.* quantitatem onius dumtaxat aurei eſſe materiam reſtitutionis *reſpectu Perſonarum* (ſunt ejus præciſa verba) *quæ vivunt ex ſuis redditibus, nec aliquo indigent artificio ad vitæ ſuſtentationem*; ubi iſtam adducit bonam rationem: *Quamvis enim nummus aureus reſpectu ſimilium Perſonarum non noceat notabiliter in iis, quæ pertinent ad proprium victum; nihilominùs videtur nocere notabiliter, quatenus nummus aureus inſervit ad alendam Familiam, & poteſt eſſe pretium, ac ſalarium menſtruum unius Famuli inferioris.*

65 Nec dicatur, quòd hujuſmodi ſumma ei debeatur ex conſuetudine. Adverſus ſiquidem hujuſmodi prætextum militant rationes illæ, quas adducunt *Conſtant. ad Stat. Urb. tom. 1. diſc. general. de Loc. Mont. à num. 241.* ibi: *An autem Depoſitarii Locorum Montium poſſint coactè exigere Strenas, vulgò,* Regaglie, o Mancie, *in fine anni, retinendo bononenos duos, vel ſaltem unum ex fructibus cujuslibet Loci Montis, &c. Verùm videtur illicita retentio hujuſmodi: Cùm enim Papa in erectione Montium promiſerit Montiſtis pro fructibus certam, ac determinatam quantitatem fructuum pro quolibet Loco Montis, hæc integra non præſtaretur, ſi retentio talis Strenæ permitteretur, & maximè, quia tales Depoſitariæ ſunt valdè lucroſæ, &c.* egregiè, & latè *R. P. D. Zaul. ad Stat. Favent. to. 2. lib. 5. rubr. 14. à num. 31. uſque ad num. 36.* quem ſequutus fui *in Inſtit. crim. lib. 2. tit. 6. num. 89.* ibi: *Non eſt diſſimilis ab extorſione dictorum Miniſtrorum Poſtæ prætenſio illa Strenæ duorum obolorum pro quolibet Loco Montis; quam prætendunt Depoſitarii Montium in Bimeſtri Novembris, occaſione, ſeu prætextu Feſtivitatum Natalitiarum, quamve à ſeipſis propria authoritate, & de facto retinent, ſolvendo illud minus, poſtquam Creditores Locorum Montium fecerunt Receptam pro integra ſumma, quod certè admirationem cauſat in Urbe, &c.*

66 Quæ admiratio non caret ſolido fundamento, eo quia ex una parte agitur de illo Decalogi negativo Præcepto, cujus reſpectu verificatur commune Theol. axioma: *Non dimittitur, niſi reſtituatur.* Ex alia verò parte non ſemel, ſed multoties talem prætenſionem inſubſiſtentem declararunt multi Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Theſaurarii generales, & ſignanter Hieronymus Vidonus, & Jacobus Franſonus, poſteà S. R. E. Cardinales, his verbis, relatis *à Zaul. ubi ſupra fol. mihi 72. Comandiamo a tutti, e ſingoli Caſſiers, a Deputati al pagamento de' frutti di qualſivoglia Monte, che non ardiſchino di ritenere a Montiſti rata, o parte alcuna delli frutti, che li devono pagare, conforme alla Liſta, ſotto preteſtu di mancia, a altra ricognizione, nè differire il pagamento, o uſar ſtrappazzo, a atti tali, da indurre detti Montiſti a darli contro voglia mancia, ricognizione, &c.* Quæ Edicta fuerunt pluries confirmata, & ſignanter annis 1634. & 1658. ſuntque impreſſa *à Zaul. ubi ſupra fol. 72.*

67 Et quod magis eſt, re maturè diſcuſſa, & Partibus acerrimè informantibus, ita conſtanter reſolvit magnum Tribunal Rever. Cameræ favore Domus Ruſpolæ, teſtibus dictis *Zaulis, & Conſtantino locis ſupra citatis*, qui ulteriùs ad hominem reſpondent, & nullius efficaciæ oſtendunt eſſe contrariam aſſertam conſuetudinem, quam meritò irrationabilem vocat *Conſtantinus ubi ſup. num. 247.* ibi: *At conſuetudo in caſu noſtro non eſt, niſi in prufanis, ET EST IRRATIONABILIS, & ampliùs datio talis Strenæ fuit ex urbanitate, unde non eſt trahenda ad obligationem, quæ tunc eſſet ſuborta, ſi Depoſitariis volentibus exigere Strenam fuiſſet per Montiſtas contradictum, & poſteà iidem per lapſum temporis legitimi ad præſcribendum, acquievisſent retentioni, & non reclamaſſent.* Quod non ſolùm non verificatur, ſed potiùs manibus palpatur oppoſitum, eo quia petentibus Strenas Depoſitariis, fuit eis impoſitum ſilentium, nedum ab Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD. Theſaurariis pro tempore, mediantibus replicatis Edictis, de mandato Summi Pontificis emanatis, ſed cauſa cognita, & acerrimè informantibus DD. Depoſitariis, ab ipſomet magno R. C. Tribunali, ex modò animadverſis.

68 Solidis autem rationibus, & ſtringentibus congruentiis, ab iiſdem Authoribus adductis adverſus hujuſmodi Strenarum abuſum quoad illius ſubſtantiam, additur ſequens, quæ nulla tergiverſatione poteſt eludi.

69 Montiſtæ omnes, quando emerunt Loca Montium, nemine penitùs excepto, habuerunt, & conſervant in Litteris patentibus ſequentem declarationem, ſeu præceptum Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Theſaurarii generalis: *Declaramus, &c. de fructibus ad rationem ſcutorum trium monetæ pro quolibet loco, & anno, de bimeſtre in bimeſtre in fine pro rata reſponderi mandamus.*

70 In exequutionem hujus litteralis præcepti Computiſtæ Montium Cameralium, diſtribuentes ſcuta tria in ſex bimeſtria, aſſignant unicuique Montiſtæ bononenos 50. pro quolibet bimeſtre: Idque faciunt in quadam particulari Liſta, quæ ſuam perfectionem recipit ab approbatione, & ſubſcriptione Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Theſaurarii generalis cum ſequenti, vel ſimili formula: *Sig. Depoſitario del Monte S. Pietro prima er.* (ex. gr. & ſic de 3. pariter er. Montis Relig. non vacabilis, & Montis Communitatum) *potrà pagare alli Montiſti di d. Monte deſcritti nella preſenta Liſta, a ciaſchedune di eſſi la rata ſecondo il preſente Ripartimento ſc. 42170. moneta per frutti di ll. 84340. e queſti per il bimeſtre di Novembre, e Decembre 1718. a ragione di ſcudi tre ſimili per ogni luogo, & anno, che con le ſolite Ricevute, &c.*

71 Et tamen Depoſitarius eorundem Montium in dicto bimeſtre non ſolvit dd. ſcut. 42170. ſed ſolùm ſcut. 40485. 20. retinendo pro ſeipſo ſummam ſcut. 1686. 80. quæ ſumma nimis conſiderabilis eſt, ut de ſe patet, longèque excedit materiam reſtitutionis, nedum reſpectu Perſonarum, quæ ex ſuis redditibus vivunt, ſed etiam reſpectu maximorum Regum, ex adductis per *Bonac. locu ſupra cit. num. 64.*

72 Non attenta reſponſione, quòd illa conflatur ex parvis ſummis, habito reſpectu ad omnes Montiſtas: Non enim infertur exinde, quòd poſſit D. Depoſitarius illam ad ſui libitum, & ſine reſtitutionis onere à ſeipſo accipere, & retinere, ut ſolemniter ſancivit Ven. Dei Servus Innoc. XI. 2. *Martii 1679. propoſit. 38.* quando damnavit propoſitionem iſtam, quòd non teneretur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere magnam ſummam, quando hæc conflata fuit ex parvis quantitatibus.

73 Quo verò ad prætenſam conſuetudinem, addi poteſt ſequens dilemma, quod nimis ſtringere videtur: Aut Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Theſaurarii generales, quando ſexies in anno mandant D. Depoſitario, ut ſolvat certam ſummam Montiſtis, ut obſervavimus ſupra *num. 69. & 70.* ſciunt, vel ignorant prætenſionem D. Depoſitarii retinendi pro ſeipſo in bimeſtri Novembris, & Decembris dictam inſignem ſummam loco Strenæ, aut id ignorant; inter duo hæc non datur medium. Si talis prætenſio eis nota non eſt, non poſſunt figi pedes in illorum tolerantia, quia voluntas nunquam fertur in incognitum, juxta axiomata Legiſtis, & Philoſophis communia, de quibus *Gob. conſult. 122. n. 12. Actolin. reſol. 111. num. 58. & Rota in Novarien. Penſionis 24. Martii 1710. §. Confeſſu coram Illuſtriſs. Falconerio.*

74 Si verò ſciunt talem prætenſionem, & inhærendo Edictis ſuorum Anteceſſorum, Litteris patentibus, ab ipſis ſubſcriptis, & reſolutionibus captis à Tribunali R. C. de quibus ſupra, tali prætenſione non attenta, cubitalibus litteris mandant ſolutionem integræ ſummæ, tam pro bimeſtri Novembris, & Decembris, quàm pro reliquis quinque bimeſtribus totius anni, & nemo apud ipſos reclamat adverſus dictam prætenſionem Depoſitariorum: & non ſolùm allegari non poteſt illorum tolerantia, ſed habemus poſitivos, claros, reiteratos, & expreſſos illorum diſſenſus, prorſus deſtructivos omnia bonæ fidei, omnis conſuetudinis, omniſque prætextus, ut Conſideranti patet.

75 In hac autem parte (fatendò ingenuè meam imbecillitatem) procuravi multoties captivare intellectum, ſed nunquam potui invenire diſparitatem, quare R. C. deponente v. gr. apud ejus Depoſitarium generalem, vel in Banco S. Spiritùs, aut in Monte Pietatis Urbis d. ſummam ſcut. 42170. monetæ, atque mandante deinde dd. Depoſitariis, ut illam ſolvant diverſis Perſonis, id ſequatur cum omni punctualitate, & abſque minima diminutione, neque in uno quadrante, & quod magis eſt id ſæpiſſimè practicetur brevi tempore, ſeu poſt paucos dies.

Digitized by Google

dies facti depoſiti; non ſic autem, quando id mandat uni ex Depoſitariis Locorum Montium: *Quorum evidens utilitas reſultat* (ſunt verba *Conſtant. ad Stat. Urb. tom.* 1. *diſc. gen. de Loc. Mont. art.* 1. *ſect.* 6. *n.* 244. *fol. mihi* 586.) *ex quo Depoſitarii pecunias, aſſignatas pro ſolutione fructuum Montium, promptè, ac anticipatè exigant, & ipſi illas poſticipatè ſolvunt, & ferè ſemper retinent in manibus quantitatem duorum Bimeſtrium, & ultra, cum quibus tenent in credito eorum Bancum, & cum pecuniis Montiſtarum faciunt negotium, & lucrum.* Repeto, ſed nunquam ſatis, cum *D. Hieronym. epiſt.* 13. *verſ. Vigilant.* Fateor meam imbecillitatem, id non percipio.

76 Hoc unum ſcio, quòd actus illi, qui opponuntur ſeriis, & replicatis mandatis Superiorum, dicuntur abuſus, non fovendi, ſed eliminandi, ut exclamat *Paſſerin. de Election. cap.* 6. *num.* 48. ibi: *Hanc non obſervantiam eſſe rationabilem &c. non puto, ſed eſſe maximum abuſum exiſtimo, & minimè tolerandum*, & *Rot. deciſ.* 10. *num.* 40. *apud Pacion. de Locat.* ibi: *In hoc caſu obſervantia judicandus eſt abuſus, non admittendus, ſed eliminandus*, cum aliis concordantibus citatis in *tom.* 3. *p.* 2. *diſcept.* 4. *num.* 39.

77 Circumſtantia demum ſatis urgens pro hac parte, excluſiva contrariæ prætenſionis, illa eſt, quòd recognitio manus in illis terminis, in quibus de jure requiritur, vel in praxi adhibetur, exquiri ſolet ab illis Perſonis, quæ ignotæ prorſus ſunt, non autem ab illis, quæ publicas Profeſſiones exercent, & à multo tempore in Civitatibus moram fecerunt in exercitio publicorum Officiorum. Et propterea non ſine maxima improprietate, præcipuè poſt tot urbanitatis actus practicatos, tam cum Miniſtro, quàm cum D. Depoſitario, & ſupra relatos, prætendi inciviliter poteſt manus recognitio ab illa Perſona, quæ ab annis uno ſupra quadraginta, quibus in Urbe moram facit, per annos 35. Advocationis munus exercendo, & per annos 32. ſacros Canones in Romanæ Sapientiæ Archigymnaſio docendo, tot, & tanta ſcripſit, ut de eo verificetur id, quod de alio ejus Concive teſtatur *Abbas Babba in Vita Card. de Lauraa fol. mihi* 43. his verbis: *Tot, tantaque ſcripſit, vel edidit, at verè ſe probaverit hominem, de quo in Job enunciatur: Homo naſcitur ad laborem:* Quæ dicta ſint ex illa neceſſitate, quam approbat *S. Gregor. lib.* 26. *Moral. c.* 3. *Qui neceſſitate cogente, vera de ſe bona loquitur, tantò magis humilitati jungitur, quantò veritati ſociatur.*

78 Itaut petere recognitionem manus à Perſonis, quorum reſpectu prædicta omnia verificentur, videatur prætenſio, omni prorſus deſtituta legali fundamento, omnique congruentiæ ex diametro oppoſitæ.

79 Nec dicatur, prout candidè inſinuatum fuit à D. Depoſitario, quòd dicta neceſſitas provenit ab ejus Miniſtro, qui non poteſt habere notas omnes illas manus, quæ in Urbe notoriæ ſunt.

80 Acceptata enim hujuſmodi ingenua confeſſione, cathegorica reſponſio illa eſt, quòd, hoc ſuppoſito, expediret, ut idem Miniſter alteri Profeſſioni ſe applicaret, relinquendo ſuum munus aliis longè magis expertis hominibus, qui Capſerii Officium abſque tot cavillationibus, & criticationibus adimplere ſciunt, & poſſunt. Non autem permittendum videtur, ut Montiſtæ propriis ſumptibus illum eximant ab illis merè poſſibilibus periculis, quæ parvifiunt ab aliis Miniſtris, nedum ſimilia munera laudabiliter exercentibus in aliis Depoſitariis Montium, ſed in publicis, famoſiſque Mercatorum nundinalium Teloniis, in Banco S. Spiritus, & in Sacro Monte Pietatis. Minuſque prætendere valet, ut pro ejus inſtructione, & pro acquirenda peritia ſui Officii, immutetur natura, & eſſentia muneris Capſerii Locorum Montium, tollendo ab eo omnia figurata pericula, cum tali, tantoque præjudicio publici commercii, & cum conſiderabili damno Montiſtarum, attenta dicta impenſa quolibet bimeſtri ab eis replicanda, ex hucuſque animadverſis.

81 Omniumque prædictorum hæc eſt ratio, quod Capſerii munus, uti magnum, & periculoſum, non poteſt ab omnibus indifferenter exerceri, experientia teſte, & id obſervante *Card. de Luca de Credit. diſc.* 68. *num.* 10. ibi: *Magnum eſt onus tenentis Bancum in gratiam, & commoditatem publicam*; quòdque cùm ferè impoſſibile ſit ad temporis momenta ictu oculi recognoſcere omnes Characteres facientium Ordines, & Giratas, ut notat *Card. de Luc. ubi proximè num.* 15. & fatentur ipſimet primæ Claſſis Capſerii, & Computiſtæ publicorum Bancorum, recurrere ſolent ad illos modos, quos docent Doctores adducti *in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 1. *n.* 105. Et propterea illi, qui hujuſmodi munus affectant, antequam illud acceptent, applicare ſibi debent id, quod ad aliud quidem propoſitum, ſed præſenti caſui accommodatum, ſcriptum reliquit *Horat. de Art. Poetic. poſt princ. fol. mihi* 181. *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam viribus, & verſate diu quid ferre recuſent, quid valeant humeri.* Quando verò illud jam acceptarunt, ſeque impares cognoſcunt ad illius exercitium, imitari debent æquè ingenuum, ac probum Ratiocinatorem Banci S. Spiritus, de quo ſermo eſt in *diſc.* 39. *R. P. D. Anſald. de Comm. & Mercat.* qui adhuc vivit, quive noſtris temporibus poſtquam coactus fuit reintegrare Bancum de ſummis, non vero Domino ſoluta, nil aliud fecit, quàm dimittere Ratiocinatoris Officium, & alteri minùs periculoſæ Profeſſioni operam dare: non autem auſus fuit Urbem clamoribus implere, & publicum commercium novitatibus perturbare.

82 Ex quibus abundè ſublatus remanet prætextus hodiernæ novitatis, exageratus ex illo accidenti, quòd paucis ante menſibus nonnulli Capſerii DD. Depoſitariorum Montium obligati fuerunt de proprio iterum ſolvere certas ſummas, ab eis exburſatas cum Ordinibus falſis cuidam Exactori, qui à multo tempore expleverat negotia illius, ſub cujus mentito nomine Ordines falſos conſecerat.

83 Et tamen dicimus primò, quòd falſitas in dicto caſu erat adeò malè conficta, adeòque ineptè colorata, ut non omnes Capſerii DD. Depoſitariorum decepti fuerint, ſed ſolummodò aliqui minùs attenti, qui proinde ſibi ipſis hoc imputare debent, eorumque oſcitantiæ attribuere d. facilitatem ſolvendi cum Ordine evidenter falſo, ex allegatis ſupra *num.* 31.

84 Dicimus ſecundò, quòd quatenus etiam hæc circumſtantia non verificaretur, adhuc ex hujuſmodi particulari caſu nil omninò inferri poſſet ad præſentem, eo quia non eſt novum in Mundo, neque inauditum à Sæculis, prout etiam annumerari non ſolet inter illos caſus, quos Doctores vocant inſolitos, magis inſolitos, & inſolentiſſimos (de quibus *Bart. in leg. Sejo*, §. *Medico*, *ff. de annuis legat.* ibi: *Secus ſi eſſet caſus inuſitatus, qui veniret de mille annis una vice*) ſolutio alicui facta cum Ordine, vel Girata falſa, juxta animadverſa per *R. P. D. Anſald. de Com. & Mercat. diſc.* 39. *& per Card. de Luc. de Cred. diſc.* 68. *num.* 56. ubi quòd frequentes habuit occaſiones ſcribendi, vel pro veritate reſpondendi favore *Campſorum, ſolventium Litteras Cambii cum Giratis, & Ordinibus falſis.*

85 Excluſo proinde d. prætextu, remanet manifeſtum, quòd præſentis novitatis illa eſt origo, iſteque fons, quòd Capſerius D. Depoſitarii dd. Montium vellet exercere ſuum Officium cum pingui proviſione, ſine aliquo periculo, & incommodo, ſeu vellet *la Carne ſenza l'oſſo*, quod improbat *Rota in Camerinen. Manutentionis* 28. *Junii* 1706. §. *Nihilominus coram Reverendiſs. Anſald.* Vellet enim unire inunibilia, hoc eſt *pinguem Proviſionem, ſeu maximum Salarium, infinitas Vacationes, parvum laborem, & nullum periculum*: Profeſſio autem hujus qualitatis, nedum in Urbe non datur, ſed neque etiam in toto Orbe reperitur.

86 Imò in Urbe ferè omnes aliæ ſimiles Profeſſiones, cum proviſione quintuplo minore, habent annexos labores decuplo majores, & quidem ab ortu Solis uſque ad multas noctis horas, ut gr. ex. ſunt omnes Miniſtri Sacrarum Congregationum, Juvenes Computiſtariarum diverſorum Magnatum, minores Officiales Sacri Montis Pietatis, & Banci Sancti Spiritus, aliorumque famoſorum Mercatorum Nundinalium, & ſimiles: Iſti enim non habent pro feriatis omnes dies Sabbathi totius anni, omnes dies Ven. Quadrageſimæ, omnes dies Jovis menſis Octobris, omneſque feſtivitates, quæ ex devotione ſervantur in Urbe, præter alios dies feriatos, omnibus aliis Profeſſionibus communes; & quod magis eſt, ſeùque videtur incredibile, non habent ſolemniſſimam vacationem integræ medietatis totius anni, hoc eſt omne tempus pomeridianum, à die 1. Januarii uſque ad ultimam diem Decembris: Adeòut quando idem Capſerius D. Depoſitarii haberet communem proviſionem cum dictis aliis Miniſtris, & Juvenibus, adhuc illius eventuale periculum in poſſibili ſolutione alicujus Ordinis falſi,

eſſet

eſſet pluſquam ſufficienter compenſatum cum dicta monſtruoſa exemptione à ſervitio ſui Domini, & Montiſtarum.

87 Non attento illo prætextu, quòd eadem exemptio, & vacatio pomeridiana neceſſaria ſit ad confrontandas partitas, quas de manè ſolvit; noſtrum enim in hac parte non eſt docere illum circa modum, quem tenere debet ad utrumque commodè faciendum; ſolùmque dicimus, notorium eſſe in Urbe, longè majores, longèque ponderoſiores eſſe partitas, manè, & veſperè ſolutas in Sacro Monte Pietatis, & Banco Sancti Spiritus, & tamen illius Miniſtri proprium munus commendabili attentione adimplent, omneſque partitas præciſè, & punctualiter, bis quolibet die confrontant, non retardato, neque impedito publico commercio pro toto tempore pomeridiano totius anni.

88 Terminando Diſcurſum circa prætenſam æqualiter inſignem, Montiſtis præjudicialem, & publici commercii impeditivam novitatem, cum verbis illis *Div. Auguſt. lib. 3. contra Julianum*; *Nova ſunt, caveamus*: & rationem adducit *Card. Garz. Millinus in Epiſt. ſcripta ſan. mem. Greg. XV.* regiſtrata *in ejus Vita cap.* 7. & apud *Pignatell. conſult.* 9. *num.* 18. *tom.* 8. *& in tom.* 3. *diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 18. *à num.* 66. his verbis: *Le novità non moſtrano mai al primo aſpetto tutte le difficoltà, che poſſono produrre, vedendoſene tutto il dì molte, che promeſſe con ottimo fine, hanno partorito peſſimi effetti.*

DISCURSUS SECUNDUS.

Romana prætenſa Strenæ.

A R G U M E N T U M.

Aſſerta conſuetudo prætextu Strenæ in Bimeſtri Novembris, & Decembris pro quolibet Loco Montis retinendi obolos duos Montiſtis, oſtenditur abuſiva, reprobata, irrationabilis, Sacris Canonibus inimica, & duobus Decalogi negativis præceptis ex diametro oppoſita.

1 IN præcedenti Diſcurſu, qui ſuum habuit complementum, eo quia die 29. Julii currentis anni 1719. per Acta Petruccii Notarii Cameræ citatus D. Depoſitarius coram D. Auditore Illuſtriſſimi D. Pro. Theſaurarii generalis, commendabili ingenuitate coram eodem, mediante ejus Procuratore, ſe declaravit, nullam habere difficultatem ſolvendi fructus Locorum Montium, cum Ordine à me ſcripto, vel ſubſcripto, abſque ulla recognitione manus, ut punctualiter uſque adhuc bis ſequutum fuit pro decurſis Bimeſtribus Martii, & Aprilis, ac Maji, & Junii dicti anni 1719. & hodiè cum omnibus Montiſtis indifferenter practicatur.

2 Ad extorquendam guttam aliquam gratitudinis ſavore Montiſtarum Montium S. Petri primæ, & tertiæ Erectionum, S. Pauli Religionum non vacab. & Communitativorum, à Capſerin D. Depoſitarii dd. Montium *a* §. 61. *uſque ad* §. 76. indicavimus inſigne illud beneficium eorumdem Montiſtarum gratuitæ, & ſpontaneæ donationis annuorum ſcutorum 1686. 80. quæ ſunt menſtrua Scut. 140. 40.

3 Quia verò ad obumbrandam ſpontaneitatem largitionis ejuſdem conſiderabilis ſummæ inſiſtitur exadverſo in ſacra illa anchora, conſuetudinis colore velata; neceſſarium proinde eſt oſtendere illius inſubſiſtentiam, quæ talis eſt naturæ, taliſque evidentiæ, ut ſi adducendum eſſet exemplum conſuetudinis improbabilis, reprobatæ, abuſivæ, irrationabilis, ſacris Canonibus inimicæ, & Decalogi Præceptis oppoſitæ, abſque ulla exageratione aſſignari poſſet illa, de qua eſt quæſtio, ut in ſimili perbellè diſcurrit. cl. me. *Card. Sfondratus* in Libro, cui titulus *L. R. fol. mihi* 200. ibi: *Objicis poſſeſſionem &c. Hoc unicum eſt argumentum, quo decipi ſolent ſimplices, rerumque ignari; & tamen ad inſtar aliorum planè vaniſſimum; imo tantum abeſt, præſcriptionem obtendi poſſe, ut potiùs hoc ipſum &c. pro exemplo ſerviat rerum impræſcriptibilium, adeout, ſi in Scholis Juris conſulatorum quæratur, quodnam ſit paradigma rerum, quæ nunquam præſcripta ſunt, & nunquam præſcribi poſſunt, reſponderi debeat Jus &c.*

4 Ante cujus demonſtrationem duo præmitto.

5 Primum, quòd ex ſupra animadverſis eſt æqualiter evidens, ac incontrovertibile, quòd Montiſtæ habent ad eorum ſavorem clarum, & rotundum fundamentum in Litteris patentibus, & ſolitis Liſtis, litteraliter innixum, habendi ſcut. 3. pro quolibet anno, & Loco, & ſic in quolibet Bimeſtre obolos 30. nulla facta diſtinctione Bimeſtris Nov. & Dec. ab aliis quinque Bimeſtribus, componentibus integrum annum.

6 Secundum verò, quòd adverſus hujuſmodi clarum fundamentum, ob defectum ſoliditatis alterius tituli ſibi appropriandi d. inſignem ſummam menſtruorum ſcut. 140. 40. monetæ, cum anticipatione quatuor menſium, & ſine ulla operatione, vel recognitione Exactoris, color contrariæ prætenſionis reducitur ad d. exageratum ſolitum, ſeu aſſertam conſuetudinem, prætextu Strenæ retinendi obolos duos pro quolibet Loco Montis in Bimeſtri Nov. & Dec.

7 Adverſus igitur hujuſmodi abuſum duas ſubnectimus reſponſiones, penitus deſtructivas prætextus d. conſuetudinis: unam, deſumptam ex Theologiæ principiis; aliam verò, ſolidè innixam juris communis receptis propoſitionibus.

8 Prima reſponſio in eo reſidet, quòd circa retentionem rerum alienarum habemus duo Decalogi negativa Præcepta, unum non deſiderandi, aliud verò non retinendi res alienas.

9 Et proindè videtur æquè inauditum, ac monſtruoſum prætendere, ut adverſus Decalogi Præcepta, præſertim in Urbe, dari poſſit conſuetudo illorum abrogativa, ſeu deſtructiva, atque actus, præciſè, & litteraliter damnati, & reprobati *in Decal. & Exod.* 20. 14. & 16. adduci poſſint, & exagerari ad deſtruendam Legem divinam, à qua prohibiti ſunt: Eſſet enim idem, ac divinam Legem ad voluntatem hominum trahere, non autem humanam voluntatem Legi divinæ ſubjicere, ut exclamat *Card. de Laur. in Epiſt. ad Epitom. ſacr. Canon.* his verbis: *Nec amplius ad Amuſſim lapidem, ſed lapidem ad Amuſſim aptare contendimus, non, inquam, legi voluntatem ſubjicimus, ſed legem ipſam ad voluntatem trahere non formidamus*, quem ſequutus ſui *in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 6. *n.* 67.

10 In quibus terminis, adverſus allegantes ſimilem abuſum, conſuetudinis colore velatum, applicatur nobilis illa animadverſio *S. Auguſt. de unico baptiſ. lib.* 2. ibi: *Veritate manifeſta, cedat conſuetudo veritati. Planè quis dubitet, veritati manifeſtæ conſuetudinem cedere? Nemo conſuetudinem rationi, & veritati præponat, quia conſuetudinem ratio, & veritas ſemper excludit.* Et alia *S. Greg. in Epiſt. ad Guilimund. Epiſcopum Averſan.* ibi: *Si conſuetudinem fortaſſis opponat, advertendum eſt, quod Dominus dixit: Ego ſum via, veritas, & vita: non dixit: Ego ſum conſuetudo, ſed veritas, & certè, ut D. Cypriani utamur ſententia, qualibet conſuetudo, quantumvis vulgata, veritati omninò eſt poſtponenda, & uſus, qui veritati eſt contrarius, eſt abolendus.* Et alia ejuſdem *S. Auguſt. in Lib. de Baptiſm. parvul.* ibi: *Qui contempta veritate, præſumit conſuetudinem ſequi, &c. circa Deum ingratus eſt, nam Dominus in Evangelio: Ego ſum, inquit, veritas. Non dixit: Ego ſum conſuetudo: Itaque, veritate manifeſta, cedat conſuetudo veritati, quia conſuetudinem, & ratio, & veritas ſemper excludit. Et in Lib.* 4. *de Baptiſ.* ibi: *Fruſtra quidem, qui ratione convincuntur, conſuetudinem nobis objiciunt, quaſi conſuetudo major ſit veritate.* Et alia *D. Cypriani in Joann.* 14. *litt. A.* ibi: *Conſuetudo, quæ apud quoſdam irrepſerat, impedire non debet, quo minus prævaleat veritas, & vincat; nam conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt*, de quibus *in* 8. *diſt. per tot. & in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 21. *n.* 71. *& tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 24. *n.* 48.

11 Aſſerendo autem contrarium, & prætendendo, actus oppoſitos 7. & 10. Decalogi Præceptis, poſſe illa abrogare, & potiùs attenden. eſſe malam conſuetudinem, illis oppoſitam, quàm duo divina Præcepta, eoſdem actus improbantia, & damnantia, hoc intolerabile ſequeretur inconveniens, quòd eodem modo diſcurrendo, inhoneſtæ Mulieres poſſent proprios turpes actus ſimili conſuetudinis colore excuſare; & proindè aperta eſſet via, oppoſita 6. & 9. Decalogi Præceptis, quod eſt adeò inauditum, adeòque inſubſiſtens, & monſtruoſum, ut nullo modo, nulloque prætextu toleran. ſit, ne deinde id conſuetudinis prætextu colorari valeat, adverſus

ſus clara illa verba litteralis *Text. in can. Mala diſtin. 8. Mala autem conſuetudo non minus quàm perniciosa corruptela abjicienda, & vitanda eſt, quæ niſi citiùs radicitus evellatur, in privilegiorum Jus, &c. aſſumitur.*

12 Et viva ratio hæc eſt, quia actus mali, quia mali (quales ſunt omnes illi, qui opponuntur Decalogi Præceptis) nullo colore, nulloque modo trahi poſſunt ad deſtruendam Legem, ſeu Præceptum, cui opponuntur; quidquid ſit de actibus malis, quia prohibitis, qui non ſunt termini præſentis controverſiæ: Deſiderare autem res alienas, illaſque non reſtituere illarum Dominis, eſt malum, quia malum, uti oppoſitum duobus negativis Decalogi Præceptis, quæ cùm obligent ſemper, & ad ſemper, ut Theologi dicunt, non poteſt dari caſus, non actus, non temporis circumſtantia, vel momentum, in quo cum fundamento affirmari poſſit, illa non obligare.

13 Creſcitque in immenſum hodie neceſſitas declarandi inſubſiſtentiam, & irrationabilitatem d. prætenſæ conſuetudinis, ne in futurum allegari poſſit illius tolerantia, poſtquam in judicium deducta fuit, & ad hominem demonſtrata eadem irrationabilitas, juxta *Text. in cap. Cùm jamdudum de Præb.* ibi: *Cùm multa per patientiam tolerentur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitiam, non debeant tolerari*, ubi *Gloſſ. verb. Per patientiam*, ſubdit: *Per patientiam non fit diſpenſatio*, & concordant adducti per *Rot. dec. 1152. num. 23. cor. Coccin. & dec. 2. num. 12. & ſeqq. & dec. 418. num. 13. & 14. par. 18. recent.* cum aliis citatis *in Inſtit. crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 239.* Cum quibus in fortioribus terminis tolerantiæ illorum actuum, qui coram ipſumet Summo Pontifice, & toto Cœtu S. R. E. Card. geſti fuerant per immemorabile tempus, proceſſit *Sac. Rit. Cong. in Romana 26. Aprilis 1704.* reprobando ſimilem abuſivam, & immemorabilem conſuetudinem, æquè raro, ac commendabili exemplo, denegando etiam novam audientiam adverſus unicam reſolutionem, ut videre eſt *in tom. 2. par. 1. diſcept. 28. num. 65. & 126.*

14 Non attenta reflexione, quòd ſermo ſit de parva ſumma, ſpectante pluribus, diverſiſque perſonis: itaut applicentur termini parvitatis materiæ, qui in aliquibus caſibus, & præceptis attendi, & admitti ſolet. Tum quia reſpectu majoris partis Montiſtarum hoc non regit in facto, ſed ex ſola Liſtarum pervolutione patet, verificari ſummam aptam ad obligandum ad reſtitutionem ſub pœna peccati mortalis.

15 Tum etiam, quia etiam in illis terminis, in quibus ſermo ſit de Montiſtis, unum, vel duo habentium Loca Montium, adhuc tenuis illa ſumma, quæ primo, & ſecundo annis non eſt apta inducere obligationem reſtituendi ſub pœna peccati mortalis, erit talis 3. 4. & ſequentibus annis; quod ſuperabundat ad hoc, ut id nullo modo, nulloque prætextu licitum ſit, & nullatenus permittendum, juxta dictum Oraculum *Ven. Servi Dei Innoc. Papæ XI.* 21. *Martii* 1679. *propoſit.* 38. quod non non poteſt eſſe magis punctuale, majoriſque efficaciæ, cùm non ſit ſermo de opinione alicujus moderni Doctoris, ſed unius ex illis, quos *S. Bernard. de Conſid. ad Eugen. lib. 1. cap. 9.* appellat dignitate Aaronem, authoritate Moyſen, judicatu Samuelem, poteſtate Petrum, & unctione Chriſtum.

16 Tantum verò abeſt, quòd hujuſmodi reflexio parvæ ſummæ apta ſit liberare ab onere reſtitutionis, quin potiùs mirabiliter retorqueatur, quia quò minora quis habet Loca Montium, eò majori laborat paupertate; reſpectu autem pauperum nemo ignorat, non ſolùm minorem ſummam obligare ad reſtitutionem, juxta animadverſa per *Bonacin. Oper. Moral. tom. 2. de Reſtit. in particular. diſput. 2. quæſt. 8. punct. 1. propoſit. 3. num. 7. verſic. Reſpectu perſonarum quarti generis*: ſed illorum reſpectu applicari id, quod ex *Caſſiodoro* obſervavi *in tom. 2. p. 2. diſcept. 18. n. 37.* ibi: *Ultra omnes improprietates eſt, Divitem velle fieri de exiguitate Mendici.*

17 Qui nullatenus deſiderantur in Liſtis Locorum Montium, eo quia aliqua ex iſtis deſtinata ſunt pro Infirmis, in Hoſpitalibus degentibus; aliqua pro Convaleſcentibus, ab illis exeuntibus; aliqua pro diurna ſubventione Claudorum, Cæcorum, aliarumque miſerabilium Perſonarum, non valentium ſibi victum in ſudore vultus comparare; aliqua pro ſubſidiis dotalibus Orphanarum, & aliarum Virginum, omni humano auxilio deſtitutarum; aliqua pro dotandis Fœminis alicujus æquè nobilis, ac pauperis Familiæ; aliqua pro Viduarum alimentis; aliqua pro liberandis hominibus à Diaboli domo, qualem appellat Carcerem *Rot. deciſ. 179. num. 9. p. 14. rec.* Aliqua pro redemptione Chriſtifidelium à Turcarum tyrannide; aliqua pro inſtituendis Pueris in Seminariis; aliqua pro ſubventione Peregrinorum, ad Urbem devotionis cauſa accedentium; aliqua pro manutentione Religioſorum in Seminariis Miſſionum; aliqua pro Catholica Fide propaganda in Terris Infidelium; aliqua pro Sanctorum canonizatione; aliqua pro manutentione Sacriſtiæ illorum Religioſorum, quibus à propria Regula vetitum eſt etiam eleemoſynam petere; aliqua pro alimentis noviter ad Fidem Catholicam converſorum; aliqua pro conſervanda abundantia in multis Civitatibus, & Montibus Pietatibus Status Eccleſiaſtici; aliqua pro dote Conſervatoriorum Mendicantium Puellarum, & Religioſorum vitam contemplativam in Eremis, & Solitudinibus ducentium; aliqua pro ædificandis Eccleſiis, vel exornandis Cappellis; aliqua demum, cæteris omiſſis gratia brevitatis, pro exercitio aliorum Operum miſericordiæ corporalis, quæ omnia notiſſima ſunt Capſeriis, & pluſquam manifeſta ex ſola pervolutione Liſtarum, quæ quolibet Bimeſtre eis conſignantur à Computiſtis Montium; & quod magis eſt, communia ſunt omnibus Depoſitariis, itaut ſumma, quæ dictis Locis, & Cauſis æquè piis, ac miſerabilibus, non reſtituitur, ſit nimis conſiderabilis: Cùmque eiſdem miſerabilibus Perſonis quilibet teneatur eleemoſynam facere ſecundùm proprii Status qualitatem, nimis durum videtur, unicum etiam quadrantem illis non reddere, ut non ſine lacrymis exclamat *Caſſiodorus*, ſupra citatus, aſſerens, monſtruoſum nimis videri, illis aliquid etiam minimum tollere, quibus jubemur offerre.

18 Tum demum, quia, ut ſequendo æquè doctum, ac pium Epiſcopum *Sperell. deciſ. 113. num. 38. & pluribus ſeq.* latè obſervavimus *in Inſt. Crim. lib. 2. tit. 6. num. 75. & ſeq. In materia injuſtitiæ* (ſunt verba ejuſdem *Sperell. ubi ſupra num. 38.*) *ſummæ illæ parvæ continuantur, & in unum coaleſcunt, & quoad ſe, & quoad proximi damnum; & ſic materia, per partes minores major effecta, fit notabilis &c. Quod eſt adeò verum, ut idem dicendum ſit, etiamſi illa modica ſumma non uni ſoli &c. ſed pluribus, ac diverſis ſpectet, itaut unicuique modicum reſultet damnum*; teſtatus ibidem de communi, vera, & omnino amplectenda opinione, *& num. 39. poſt medium* ſequentem adducens ſtringentem reflexionem: *Qui a diverſis notabilem ſummam congeſſit, tametſi nulli in particulari notabilem intulerit injuriam, toti tamen Reipublicæ damnum intulit: Quod ſi permitteretur, maxima ſequerentur inconvenientia, & licitum eſſet mechanicas exercentibus artes, falſa pondera, & menſuras injuſtas retinere.*

19 Quæ omnia magnam merentur attentionem, quia longè minus eſt id, quod in uno anno accipiunt de rebus alienis decem Artifices, proprias exercentes mechanicas artes cum falſis ponderibus, & menſuris, ac ſit d. diurna, invariabilis, firma, determinata, & certa ſumma duorum obolorum pro quolibet Loco, & anno, dum diviſa per menſes eadem ſumma reſpectu unius Depoſitarii aſcendit ad menſtrua ſc. 140. 40. quæ ſubdiviſa per dies, importat qualibet die ſc. 4. 68. ut Calculanti manifeſtum eſt.

20 Habemus ulteriùs hoc ſolemniter demandatum in longè minori minutia dimidii quadrantis, quæ præteritis annis exigebatur à Miniſtris Poſtarum permutantibus monetam argenteam, & eodem tempore pro ſe retinendo dimidium quadrantis, ut videre eſt in *Inſt. Crim. lib. 2. tit. 6. à num. 74. uſque ad num.* 80.

21 Ad noſtrum effectum cum ſolido fundamento opportunè repetentes hic ea, quæ tunc diximus, & non ſine Bonorum omnium laude, & approbatione Superiorum exaudita fuerunt pro abolitione dictæ abuſivæ conſuetudinis, & ſunt ſequentia, regiſtrata *in dd. Inſtit. Crim. lib. 2. tit. 6. num. 78. Et forſan hoc reſervatum eſt innegabili rectitudini illorum, qui de præſenti Apoſtolicæ Cameræ, & Populorum regimini, commendabili vigilantia digniſſimè præſunt.*

22 Ex quibus nulla adeſſe videtur neceſſitas, tranſitum faciendi ad aliam legalem reſponſionem; quia ſi, teſte *Fagnan. in cap. Cùm eſſes num. 34. de Teſtam.* ſequuto *in tom. 3. par. 1. §. 17. diſcept. 1. num. 12.* Apoſtolorum dicta prævalent dictis Imperatorum, & conſuetudo, ſacris Canonibus inimica, impræſcriptibilis eſt, & omni jure reprobanda, juxta *Text. in cap. Conſuetudinem de Conſuet.*

in 6.

in 6. cum concordantibus apud *Barbeſ. in can. Mala diſt.* 8. *Graſſ. dec. aur. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 48. & *Gratian. diſcept.* 79. *num.* 6. & *Rot. deciſ.* 4. *num.* 36. & *ſeq. coram Otthob.* & *in Tarraconen. Praced.* 28. *Junii* 1697. §. *Non obſtat coram Card. Caprara:* Quantò magis verba Sacræ Scripturæ præferenda eſſent civilium Legum diſpoſitionibus, & conſuetudo, inimica ſanctiſſimis Decalogi Præceptis, impræſcriptibilis erit, & in æternum reprobanda.

23 Præcipuè, quia jus Canonicum in materia peccati mortalia ſemper præfertur civilium Legum diſpoſitionibus, ut in terminis conſuetudinis retinendi res alienas obſervant adducti per *Card. de Luc. de judic. diſc.* 21. *n.* 13. ibi: *Utpote fundata in ratione peccati, quod ineſſe dicitur in eo, qui acquirat, vel retineat rem, quam ſcit non eſſe ſuam, ſed alienam; eſſet enim lex nutritiva peccati, quæ recipienda, & practicanda non eſt; ideoque etiamſi quis per mille annos poſſideat in ſtatu malæ fidei, nunquam præſcribit*, & *diſc.* 35. *n.* 34.

24 Et tamen ad ſolius materiæ ornatum, ſecundo loco, juxta recepta juris axiomata, reſpondemus, quòd cùm ſermo ſit de prætenſa conſuetudine circa materiam facultativam, applicatur concluſio, uno ore recepta ab omnibus Doctoribus, *quòd ea, quæ ſunt facultatis, non inducunt conſuetudinem reſtrictivam liberæ poteſtatis*, ſunt verba *Gratian. diſcept.* 88. *num.* 5. & concordant *Capoblanc. de Baronib. pragmat.* 1. *num.* 26. & *ſeq.* aliique citati *in tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 16. *num.* 74. & à *Rot. deciſ.* 136. *num.* 10. *coram Cerr.* & *deciſ.* 104. *num.* 37. *cor. Priol.* ibi: *Ex hiſce actibus facultativis non inducitur contraria conſuetudo, impeditiva libertatis*, & *coram Anſald. d. c.* 12. *num.* 23. & *in Calagur. Decim. D. Petri Manriquez* 21. *Jun.* 1698. §. *Abſque eo coram Molines*, & 14. *Aprilis* 1698. §. *Nec Beneficiatis coram Olmo*. Et pluries reſolvit *C. C.* ſignanter in *Amalphitana* 8. *Julii* 1699. *ad* 7. & 8. confirmata 6. *Febr.* 1700. ut videre eſt in *lib.* 49. *Decret. fol.* 243. & *in lib.* 50. *fol.* 112. *in Sancti Marci Procurat.* 7. *Julii* 1708. *libr.* 58. *Decret. fol.* 203. & idem reſolvit in *Acheruntina, ſeu Materanen.* 18. *Martii* 1706. *ad* 2. *dub. Ponente Card. Colloredo*, & *C. Viſit. Apoſt.* 24. *Maji* 1712. ut videre *in diſcept.* 16. *num.* 74. & 265. & *per tot. tom.* 1. *par.* 1. in cujus caſu agebatur de conſuetudine circa actus facultativos, uniformiter practica-

25 tos per ſpatium duorum Sæculorum.

Quam concluſionem in noſtris punctualibus terminis comprobant, & exornant, *Macr. in Hierol. Verb. Strena*, ibi: *Unde intolerabiles Montiſtis, &c. ſunt prorſus tales Miniſtrorum importunitates, Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 2. *lib.* 4. *rubr.* 14. *num.* 34. *fol. mihi* 72. ibi: *Nullus titulus ſufficiens ad acquiren. actionem concurrit, ſed agitur de actibus facultativis, & à mera liberalitate ſolventium dependentibus, qui obligationem non pariunt &c.* & *Conſtantin. ad Statut. Urbis tom.* 1. *fol.* 386. ibi: *Conſuetudo in caſu noſtro non eſt, niſi in profanis, & eſt irrationabilis, & amplius datio talis Strenæ fuit ex urbanitate, unde non eſt trahenda ad obligationem, quæ tunc eſſet ſuborta, ſi, Depoſitariis volentibus exigere Strenam, fuiſſet per Montiſtas contradictum, & poſtea iidem per lapſum temporis, legitimi ad præſcribendum, acquieviſſent retentioni, & non reclamaſſent.*

26 Et in terminis Strenarum, prætenſarum ab Epiſcopis vigore antiquiſſimæ conſuetudinis, egregiè *Pignatell. conſult.* 144. *à num.* 5. *tom.* 9. referens plures reſolutiones Sac. Congr. in quibus fuerunt condemnati ad reſtitutionem multi Epiſcopi, qui vigore aſſertæ conſuetudinis Strenam exegerant; quod obſervant etiam *Zaul. ad Stat. Favent. tom.* 2. *lib.* 5. *rubr.* 14. *num.* 25. ubi refert plures ſimiles reſolutiones Sacr. Congr. *Vulp. in Prax. For. Eccleſ. c.* 14. *n.* 20. & *Nicol. in Floſcul. verb. Donatio n.* 18.

27 Quæ ſi procedunt cum ſuppoſito, quòd nulla adſit in hac parte ſpecifica, & replicata reprobatio hujuſmodi Strenarum, ſeu facultativorum actuum; quantò magis admittenda ſunt in præſenti, dum habemus poſitivas, expreſſas, & replicatas prohibitiones, tam per Edicta generalia Theſaurariorum generalium, à Summis Pontificibus approbata, quàm mediantibus reſolutionibus Congregationis Montium, & Decretis verè magni Tribunalis Rever. Cameræ Apoſtolicæ editis Partibus acerrimè informantibus? Inter quæ Edicta ſpeciali conſideratione digna ſunt duo, in quibus non ſolùm rigoroſè prohibetur Capſeriis, ne Strenam petant, & accipiant, etiam ſponte oblatam; ſed rigoroſiùs prohibetur Mon-

Urſaye Miſcellaneum.

tiſtis ſub pœna ſcut. 100. illam offerre, vel ſponte dare.

28 Quoad Edicta generalia, æquè famoſum, clarum, litterale, & præciſum eſt illud Card. Hieronymi Vidoni, in particola regiſtratum *à Zaulio ad Stat. Favent. to.* 2. *fol. mihi* 72. & per extenſum aſſervatum inter alia Edicta ab Abbate Vallio, in his materiis verſatiſſimo, ibi:

29 Intendendoſi, che alcuni Caſſieri de' Depoſitarii de' Monti nel pagamento de frutti, che fanno a Montiſti, non pagano interamente le ſomme dovute, ma con varie maniere ritengooo ad eſſi Montiſti qualche parte di quello, che devono pagare, ſotto preteſto di mancie &c. Al che volendoſi provedere in conformità della mente dell' Illuſtriſſima Congregazione de' Monti, col preſente Editto proibiamo, ordiniamo, e comandiamo a tutti, e ſingoli Caſſieri, e Deputati al pagamento de' frutti di qualſivoglia Monte, che non ardiſchino ritenere a Montiſti rata, o parte alcuna delli frutti, che li devono pagare, conforme alle Liſte, ſotto preteſto di mancia, o altra ricognizione, nè differirne il pagamento, o uſare ſtrapaaao, o atti tali, da indurre detti Montiſti a darli controvoglia mancia, ricognizione o donativo alcuno, ſotto pena &c. della privazione dell' eſſercizio della Caſſa, e di ſcudi 200. d'applicarſi alla R. C. & altre pene a noſtro arbitrio &c.

30 Nec minus famoſum, clarum, litterale, & præciſum eſt aliud Card. Petri Donati Cæſii anni 1634. per extenſum aſſervatum à d. Abbat. Vallio, ibi:

31 Altre volte li 3. Marzo 1627. dalla bon. mem. del Sig. Card. Vidone, allora Teſoriere generale, fu proibito alli Caſſieri, e Deputati al pagamento de' frutti di qualſivoglia Monte, che non ardiſſero di ritenere a Montiſti rata, o parte alcuna delli frutti, che ſi devono pagare, conforme alle Liſte, ſotto preteſto di Mancia, o qualſivoglia altra ricognizione, &c. Ma perchè l'eſperienza ha moſtrato, che alcuni Caſſieri, e Deputati con differirne il pagamento, e con uſar ſtrapaaai, &c. inducono li Montiſti a darli detta Mancia, o ricognizione: Perciò volendo Noi in conformità della ſanta mente di Noſtro Signore provvedere, che li Montiſti ſiano ſenza aggravio pagati del i loro frutti, confermando, e rinovando detto Ordine.

32 Proibiamo ancora di più, che niun Caſſiere, o Deputato al pagamento de' frutti de' Monti, ancorchè Agente, Procuratore, Eſattore, e Deputato da Aſſenti da Roma, o da preſenti, ad eſiggere detti frutti, ardiſca ritenere, nè pigliare coſa alcuna per Mancia, o ricognizione, o per corteſia, o donativo, ſotto qualſivoglia titolo, e preteſto dalli Montiſti, o loro Miniſtri, e Procuratori, ancorchè di loro ſpontanea volontà gli offeriſchino, o diano, ſotto pena della privazione dell' eſſercizio della Caſſa, e di ſcudi 200. d' applicarſi per due terze parti alla R. C. e per un terzo a chi dinunzierà la contravenzione del preſente Editto.

33 E parimente prohibiamo a detti Montiſti, loro Procuratori, Agenti, & Eſattori il proferire, o dare coſa alcuna a dd. Caſſieri, o Deputati, ſotto qualſivoglia preteſto, ſotto pena di ſc. 200. ſimili d'applicarſi come ſopra.

34 Avvertendo ciaſcuno a non contravenire, perchè ſi procederà irremiſſibilmente, e con ogni rigore contro li Traſgreſſori alle pene ſudette per via di querela, denuncia, inquiſizione, & ogni altro miglior modo; e ſi darà fede ad un ſolo Teſtimonio, con il ſemplice giuramento.

35 Volendo, e decretando, che tante volte s'intendano incorſe le ſudette pene di ſcudi 200. quante volte conſterà della contravenzione, e la terza volta ſi procederà ancora a pene corporali ad arbitrio noſtro.

36 Vogliamo ancora, che il preſente Editto ſi abbia da tenere dalli Depoſitarii di qualſivoglia Monte affiſſo nelli loro Banchi, acciò da ogn' uno poſſi eſſer viſto, e letto, ſotto pena di ſcudi 200. da pagarſi da' dd. Depoſitarii.

37 Æquè demùm famoſum, & præciſum eſt aliud anni 1658. Card. Franſoni, regiſtratum *à Zaulio*, ubi ſupra in particula, & per extenſum aſſervato a d. Abbate Vallio, in quo dicitur:

38 Volendo la S. di N. Sig. &c. provedere, che li frutti de' Monti ſi paghino prontamente, tanto alli Romani, quanto alli Foraſtieri, e che li Montiſti non ſia-

„ no aggravati dalli Depoſitarii, e loro Caſſieri, ſotto
„ pretesto di Mancie, &c. Perciò Noi d' ordine eſpreſ-
„ ſo di Sua Beatitudine datoci a bocca, &c. comandia-
„ mo, che tutti, e ſingoli Depoſitarii de' Monti deb-
„ bano, &c. pagare prontamente in contanti alli Mon-
„ tiſti, &c. la rata dovuta à ciaſcheduno di eſſi a ſuoi
„ debiti tempi, conforme alle Liſte da darſeli dalli Compu-
„ tiſti ſecondo il ſolito, e loro obligazioni, ad ogni ſemplice
„ requiſizione di eſſi Montiſti, e loro legitimi Procuratori,
„ ſenza tergiverſazione di eſſi Montiſti, e loro legitimi Pro-
„ curatori, ſenza tergiverſazione, o dilazione alcuna, &c.

39 „ E perchè s' intende, che da Caſſieri ſi vadano intro-
„ ducendo abuſi per cauſa delle Mancie, che pretendo-
„ no dalli Montiſti, contro quello che ſi diſpone nell'
„ ultimo Editto, &c. ſopra queſta materia nell' anno
„ 1634. nel quale ſi ordina a' Caſſieri, e Deputati il pa-
„ gamento de' frutti de' Monti, e che niuno ardiſca pi-
„ gliare coſa alcuna, o per recognizione, o per corte-
„ ſia, o per Mancia, o donativo, o ſotto qualſivoglia
„ titolo, o pretesto, dalli Montiſti, o Procuratori, an-
„ corchè di ſpontanea volontà li offeriſcano, o diano.

40 „ E perciò avendo Sua Santità particolar premura,
„ che ſi tolga ogni aggravio, e che li Montiſti con ogni
„ prontezza conſeguiſcano il loro dovere, ed all' incon-
„ tro non volendo impedire la libertà di chi voleſſe da-
„ re alcuna coſa, inerendo più toſto all' Editto antece-
„ dente del predetto, cioè del 1927. nel quale ſi per-
„ mette a' medeſimi Caſſieri, e Depoſitarii di ricever
„ quello gli ſi darà da' Montiſti ſpontaneamente, ſenza
„ domandarlo, &c.

41 „ Confermiamo, e rinoviamo il d. Editto dell' anno
„ 1627. ma con queſta limitazione, che detta Mancia,
„ liberamente offerta, non poſſa eſſere più d' un bajocco
„ per luogo di Monte dalli Abitanti di Roma, nè più
„ di due da' Foreſtieri, ſotto pena di ſcudi 200. & anco
„ altre corporali a noſtro arbitrio, ogni volta che con-
„ traverranno.

42 „ Nelle quali pene vogliamo, che incorrano, non
„ ſolo li Caſſieri, e Deputati, come ſopra, ma li mede-
„ ſimi Montiſti, che eccederanno d. Mancia, o invitati
„ da' Caſſieri, o di loro ſpontanea volontà.

43 „ Parimente ordiniamo, che nel luogo, dove ciaſche-
„ dun Depoſitario ſuol pagare li frutti de' Monti, deb-
„ bano eſſi Depoſitarii tenere affiſſo perpetuamente il
„ preſente Editto in luogo conſpicuo, e commodo da
„ eſſer veduto, e letto da ciaſcheduu Montiſta, e lace-
„ randoſi, debbano affiggerne un' altro ſucceſſivamente,
„ e perpetuamente, ſotto pena a' Depoſitarii di ſcudi
„ mille, ogni volta, che ſi troverà, che abbiano con-
„ travenuto.

44 Quoad Reſcripta Congregationis Montium, iſta re-ſeruntur in memorato Edicto Card. Hieronymi Vidoni, juxta verba regiſtrata ſupra.

45 Quo verò ad reſolutionem verè magni Tribunalis Rever. Cameræ, Partibus acerrimè informantibus emanatam favore Domus Ruſpulæ die 18. Junii 1685. ad relationem Card. Cavalerii, illa eſt notoria in Curia, & exornatur, atque ſequitur *à Zaulio ad Statut. Faven. tom. 2. fol. 71. num. 34. & à Conſtantin. ad Stat. Urb. to. 1. fol. 586. num. 246.*

46 Ex quibus Edictis, Reſolutionibus, & Reſcriptis ſolidè infertur, & ad hominem demonſtrata remanet inſubſiſtentia contrariæ prætenſæ conſuetudinis, ex illa recepta, & communiter admiſſa concluſione, quòd quælibet conſuetudo interrumpitur, & de medio tollitur per Edicta, & Reſolutiones in contrarium, ex generaliter animadverſis per *Capon. diſcept. 333. ſub n. 6. verſic. Et ideò, Gratian. diſcept. 79. num. 9. Staiban. reſolut. 98. num. 137. & ſeqq. & Maſtrill. decif. 121. num. 31. & ſeqq.*

47 Et in noſtris præciſis terminis, *Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2. lib. 5. rubr. 14. tit. 5. num. 35.* ibi: *At quavis prætenſa conſuetudo interrupta fuit ex publicatione præfatorum Bannimentorum*, & concordat *Conſtantin. ad Stat. Urb. tom. 1. in diſc. generali de Locis Montium fol. 586. num. 246. & duob. ſeqq.*

48 Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo, inaudita prætenſione à Mundi conſtitutione uſque ad hodie, inſiſtitur pro introductione, & canonizatione conſuetudinis ex illis actibus, qui prohibiti ſunt Recipientibus, & Dantibus.

49 Sunt prohibiti Recipientibus ex claro tenore Edictorum, de quibus ſupra.

50 Sunt etiam prohibiti, & quidem ſub gravi pœna ipſiſmet Montiſtis, juxta illa verba Edicti Cardin. Cæſii, regiſtrata ſupra, & opportunè hic repetenda: *E parimente probiamo a detti Montiſti, loro Procuratori, Agenti, & Eſattori il proferire, o dar coſ' alcuna a detti Caſſieri, o Deputati ſotto qualſivoglia preteſto, ſotto pena di ſcudi 200. ſimili d' applicarſi como ſopra*; & juxta alia verba Edicti Card. Franſoni, regiſtrata pariter ſupra *n.* 66. ibi: *Nelle quali pene vogliamo, che incorrano, non ſolo li Caſſieri, e Deputati, come ſopra, ma li medemi Montiſti, che eccederanno d. mancia, o invitati da Caſſieri, o di loro ſpontanea volontà.*

51 Obſervantes hìc, quòd quando hæc Strena, reſtrictivè ad unicum obolum, unicè relicta fuit mero arbitrio, liberæque voluntati Montiſtarum, cum prohibitione, *che, benchè offerta liberamente, non poſſa eſſer più d' un bajocco per Luogo di Monte dalli Abitanti di Roma*, fructus Locorum Montium erant ſcutorum quatuor cum dimidio alterius, & pro ſorte, ut plurimùm, impendebantur ſola ſcut. 100. vel paulò plus, ut notorium eſt: & proinde videtur nimis durum, & æqualiter amarum, duplicatam Strenam ex obligatione prætendere in circumſtantiis noſtrorum temporum, in quibus ſors Locorum Montium à commercio adaucta eſt in quinta ferè parte capitalis, & illorum redditus diminutionem paſſi ſunt in tertia fermè parte fructuum, itaut, combinando augumentum ſortis cum dicta diminutione fructuum, vix medietas unius oboli offerri poſſet à Montiſtis, à quibus tamen prætenditur ex obligatione quadruplicata portio, hoc eſt *n.* oboli pro quolibet Loco.

52 Nec dicatur, hujuſmodi Strenam prætendi in recompenſationem laborum, & ex aliis incommodis Depoſitariorum.

Ultra quòd enim hujuſmodi aſſertio videtur habere ſpeciem veri paradoxi, uti ex diametro oppoſita expreſſæ voluntati Concedentis, eò quia Rev. Camera in concedendis dd. Depoſitariis, inter alias gratias, & privilegia eis conceſſa, non ſolùm talem Strenam nullo modo apertè concedit Depoſitariis, minuſque de illa mentio aliqua habetur ſub verborum involucro, ſed ex animadverſis ſupra, apertis verbis prohibita ſemper fuit à Theſaurariis generalibus, procedentibus in hac parte juxta mentem Congregationis Montium, *e di ordine eſpreſſo della Santità di N. S. datoci a bocca*, ut vidimus ſupra.

53 Objecto punctualiſſimè reſpondent *Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. fol. 72. num. 36.* his verbis: *Nulla habita ratione, quod hujuſmodi Strenæ exigantur in recompenſationem laboris &c. Nam cùm Depoſitarii, præter Reſiduorum commodum, retineant apud ſe ad minus etiam duo Bimeſtria fructuum Locorum Montium, ac Bimeſtria Montiſtarum Jannen., quibus ſolvere ſolent fructus in Nundinis.* (Quibus addi poſſunt fructus illorum Locorum, quæ in magna quantitate ſubjecta ſunt Multiplicis, quæ, ut notorium eſt, à magis diligentibus, magiſque attentis Exactoribus, nonniſi poſt annum, & aliquando etiam poſt duos, vel tres exiguntur, cujus veritatis oculati teſtes ſunt ipſimet Caſſerii) *& ſic ad eorum commodum negotientur magnam ſummam pecuniarum, ad Montiſtas ſpectantium, utique recipiunt exceſſivam mercedem, abſque eo, quod ulteriori onere gravandi ſint; iſtudque lucrum utendi, & fruendi pecuniis Montiſtarum eſt adeò conſiderabile, ut Depoſitaria à Rev. Camera concedantur Appaltatoribus pro eorum ſublevamine*: & *Conſtant. ad Statut. Urbis tom. 1. fol. 586.* ibi: *Depoſitaria ſunt valde lucroſa, cum quilibet Argentarius, aut Nummularius illas propterea deſideret pro credito eorum Banci, & Camera Apoſtolica in conceſſione Appaltuum Cameralium ad compenſandum onu Appaltuum cum his dane Depoſitariam alicujus Montis Utilitas autem evidens ex Depoſitariis Montium reſultat ex quo Depoſitarii pecunias aſſignatas pro ſolutione Fructuum Montium promptè, & anticipatè exigant, & ipſis illos poſticipatè ſolvunt, & ferè ſemper retinent in manibus quantitatem duarum bimeſtrium, & ultra, cum quibus retinent in credito eorum Bancum, & cum pecuniis Montiſtarum faciunt negotium, & lucrum.*

54 Pro cujus majori intelligentia obſervandum eſt hìc, quòd ex dicto incontrovertibili facto anticipatæ exactionis fructuum, ſaltem pro duobus Bimeſtribus, & o Semeſtre Januenſium, & pro uno, vel pluribu is fructuum Locorum Montium, Multiplicis ſuppoſito , necnon pro Reſiduis, ut dici ſolet, quæ retinet i a- nibus Depoſitarius, gratia exempli, qui habet D a-

rias quatuor Montium, conſiſten. in Locis 84340. à prima die Jan. uſque ad ultimam diem Decemb. cujuslibet anni, habet ad proprium commodum ex pecuniis ſolvendis Montiſtis centum circiter millia ſcuta in moneta contanti, cum quibus proindè benè dicunt *Zaul. & Conſtant. ubi ſupra*, & experientia notorium eſt, *quod tenent in credito eorum Bancum, & cum pecuniis Montiſtarum faciunt negotium, & lucrum*.

55 Quanti enim æſtimari ſoleat à publicis Negotiatoribus inſignis aliqua monetæ quantitas, ad proprium commodum tenta, abſque ulla fructuum obligatione, omnes norunt, & præcipuè illi, qui ſciunt, eoſdem Negotiatores in certis caſibus, & anguſtiis, quæ non ſunt caſus metaphyſici, ſolvere etiam decem, & duodecim pro centenario ad ſuccurrendum eorum particularibus urgentiis, & tenendum in credito eorum Bancum.

56 Comprobantur hæc à ſola denominatione *mancia*, deſumpta à græco vocabulo *Thrinos*, latinè Strena, cujus ethymologiam explicando *Gloſſ. in can. Legant. diſt. 38. verb. Strenam*, ait: *Dicitur Strena, quaſi ſine threna, ideſt ſine lamentatione*, quam ad noſtrum præciſum effectum ſequuntur, poſt aliam *Gloſſ. in leg. Laudabilem verb. Solatia, Cod. de Advoc. diverſ. Judic. Macr. in Hierolexic. d. verb. Strena, & Zaul. ad Stat. Favent. to. 2. lib. 5. rubr. 14. num. 27.* ibi: *Dicitur Strena, quaſi ſine threna, ideſt ſine lamentatione, quia voluntariè ſine querimoniis tradenda eſt*, & concordant *Rovit. in Pragm. 1. de Porter. ſub num. 3. & Novar. de Gravam. Vaſſall. gravam. 10. num. 2. & ſeqq.*

57 Tantum verò abeſt, quòd eadem Strena detur à Montiſtis ſine threna, ſeu ſine lamentatione, ut potiùs omnes una voce exclament adverſus illius prætenſionem: *Vobis* nimirum *Romani, e Foreſtieri; Plebe, e Nobiltà; Sacerdoti, e Laici; Vecchi, e Giovani; Vedove, e Pupilli; Aſtuti, e Semplici; Dotti, & Ignoranti*, ut ad alium diſparatum quidem effectum, ſed præſenti caſui accommodatum, obſervavit *P. Segneri nella Predica 35. ſub num. 4. Scriptis* Authores illi, quos ſequutus ſui *in Inſtit. Crim. lib. 2. tit. 6. num. 6. & num. 89.* quibus addo *Macr. ubi ſup. Edictis, & Ordinationibus*; Theſaurarii generales R. C. A. pro tempore, ex animadverſis ſupra *Reſolutionibus; & Reſcriptis* Congregatio Montium, ut obſervavimus ſupra; *Sententiis* demum, *& Rebus judicatis*, magnum, & nunquam ſatis laudatum Tribunal R. C. A. ex ſupra animadverſis.

58 Ex quibus, niſi adverſus omnia principia, in Urbe in controverſiam adduci velint exequutio diverſorum Oraculorum multorum Summorum Pontificum: Paritio fundatis reſolutionibus magni Tribunal. R. C. A. & Congregationis Montium; necnon punctuale adimplementum replicatorum Edictorum multorum Theſaurariorum generalium, quæ in hac parte habemus circa promptam ſolutionem integræ quantitatis fructuum Locor. Montium, faciendam à Montiſtis, *ſenza tergiverſazione, e dilazione alcuna, conforme alle Liſte, da darſeli da' Computiſti, ſecondo il ſolito, e loro obbligazioni*, nempè Cardin. Caponii anni 1607. Card. Serræ anni 1609. Conſtantii Patritii anno 1618. & 1621. Cardin. Hieronymi Vidoni anni 1627. Cardin. Stephani Duratii anni 1629. Cardin. Petri Donati Cæſii anni 1634. Card. Laurentii Raggii anno 1644. & 1645. Card. Franſoni anni 1658. Card. Imperialis anni 1689. & Joſephi Paravicini annorum 1691. & 1694. quæ omnia æquali diligentia, ac fidelitate aſſervantur à d. Abbate Vallio, parato ad illa oſtendenda cuilibet de Populo: Plura ſequuntur, quæ non poſſumus meliùs exprimere, quàm verbis ipſis Edictorum, de mandato Summorum Pontificum Pauli V. Urbani VIII. Alexan. VII. Innoc. XI. & Innoc. XII. juxta mentem Congreg. Montium, & authoritate Theſaurariorum generalium pro tempore emanatorum.

59 I. Nempè. *Che per provedere al commodo del Publico tutti li Caſſieri, e Giovani delle Depoſitarie debbano aſſiſtere la mattina, & il dopo pranzo tre ore continue per ciaſcheduna volta al pagamento de' frutti de' Monti*. Ex Reformatione Montium, edita 30. Aprilis 1686. à Card. Imperiali, tunc Theſaurario generali, authoritate Ven. Servi Dei Innoc. XI.

60 II. *Che li Depoſitarii, e Caſſieri, &c. ſiano tenuti pagare, e con effetto paghino, e tenghino il Banco aperto tre ore la mattina, e tre altre ore continue il dopo pranzo*. Edict. Paravicini, procedentis cum Orac. Innoc. XII. 5. Octobr. 1691.

Urſaye Miſcellaneum.

61 III. *Che detti Pagamenti de' frutti debbano farſi ogni giorno non feſtivo, e di precetto, e debba ſempre cominciarſi all' ora della Campana del Collegio Romano, ne ſi debba in conto alcuno tralaſciare ſotto qualſivoglia cauſa, o preteſto, e chi contraverrà incorrerà nella pena di ſcudi 500. per ciaſcheduna volta, e della privazione delle Depoſitarie; e li Caſſieri, e Giovani, deſtinati a far detti pagamenti, incorreranno nelle pene di ſcudi 200. per ciaſcheduna volta, e ſarà dichiarato inabile a poter eſſercitare detto meſtiere*. Ex eodem Edicto Paravicini, emanato, ut in illo dicitur, *d' Ordine eſpreſſo dalla Santità di Noſtro Signore*, hoc eſt ſan. mem. Innoc. XII.

62 Et proinde libenti animo hìc ſcirem, qua authoritate, & quo titulo in Liberculo, cui titulus, *Notizie dell' anno 1719. fol. 51.* non ſine admiratione, *tra le Vacanze, ſolite farſi, dove ſi pagano Luoghi de Monti*, annumerentur illi dies, in quibus à duobus Summis Pontificibus, Ven. Servo Dei Innoc. XI. & ſan. mem. Innoc. XII. cubitalibus litteris demandatur, ut iidem Capſerii ſolvant fructus Locorum Montium ſub pœna ſc. 500. inhabilitatis ad exercen. proprium officium, & privationis Depoſitariarum, toties quoties eiſdem Oraculis non obtemperatur?

63 IV. *Che l' Editto*, circa prohibitionem Strenarum, *ſi abbia da tenere dalli Depoſitarii di qualſivoglia Monte affiſſo nelli loro Banchi, accio da ogni uno poſſa eſſer viſto e letto, ſotto pena di ſc. 200.* Ex Edicto Card. Petri Donati Cæſii anni 1634.

64 V. *Che lacerandoſi debba affiggerſene un' altro ſucceſſivamente, e perpetuamente, ſotto pena alli Depoſitarii di ſcudi 1000. ogni volta che ſi troverà, che abbiano contravenuto*. Ex Edicto Card. Franſoni 1658. Quæ licèt ſupra non ſemel conſiderata fuerint, adhuc hìc pluries repetita placent.

65 Itaut cum difficultate reperiri poſſit alter abuſus, adverſus quem una voce conclament, iiſdemque clamoribus aſſurgant tot Perſonæ diſparis qualitatis, conditionis, & profeſſionis, quod ejuſdem actus irrationabilitatem digito oſtendit, per ea quæ notant adducti *in dec. 135. num. 7. coram Merlin. & dec. 1251. num. 7. cor. Emer. jun.* cum concurdan. citatis in *tom. 3. par. 2. diſcept. 1. num. 4.*

66 Nec replicetur, quòd Capſerii ſoliti ſint eaſdem Strenas à Montiſtis cum omni modeſtia ſopplicitèr petere, non autem illas propria authoritate retinere.

67 Ultra quod enim talis petitio ex diametro opponitur triplicatis Edictis, de quibus ſuprà;

68 Reſpondemus, quòd, quatenus id in aliquo Capſerio in facto ſubſiſtat, fraternizat cum illa petitione, de qua loquitur *Tacit. lib. 15. Annal.* ibi: *Intellecto Barbarorum irriſu, qui peterent quod eripuerant*, quem ſequutus ſui *in tom. 3. par. 1. diſcept. 21. num. 29.* Eò quia candem petitionem non faciunt more deprecantis, ſed duri Creditoris aſpectu, illam præcedere ſolet ſubtractio ſummæ, quam Strenæ prætextu ſibi debitam putant, neminem diſtinguentes, & imitantes illos, de quibus loquitur *D. Thom. in Epiſt. ad Hebr. cap. 13. lect. 3.* Amici nempè in ſcribendo ſummas, Montiſtis debitas, ſed Extranei in exigenda ratione Strenæ.

69 Idque cum tali, tantaque promptitudine, ac ſi eſſet onus verum, reale, perpetuum, certum, & invariabile, illiuſque naturæ, quam conſiderant Doctores in illis oneribus, cum quibus bona, empta à Laicis, tranſeunt ad Eccleſiaſticos emptores, juxta magiſtralem *dec. Merlin. 982. per tot.* Ex quo ſequitur, quòd nullo modo imitantur Aulicos illos, Famuloſque Magnatum, quibus ſimiles Strenæ gratis dantur, & à quibus multæ aguntur gratiæ hilaris Datoribus; ſed tribus, æquè ſiccis, ac duris ſyllabis, illa intonatur antiphona in auribus Montiſtarum, *la mancia*.

70 Pro quorum faciliori admiſſione urgere ulteriùs videntur quinque ſequentes reflexiones.

71 I. Quia ſermo eſt inter Montiſtas, tractantes de damno vitando, & Depoſitarium, agentem de captando inſigni lucro menſtruorum ſcut. 140. 40. & quotidianorum ſc. 4. 68. In quibus circumſtantiis uno ore concordant Doctores, ſemper inclinan. eſſe favore illorum, qui agunt de vitando damno, ut videre eſt apud *Gratian. diſcept. 366. num. 14.* ibi: *Cùm præſertim d. Vicarius agat de damno vitando, alii autem de lucro captando, in quorum concurſu præfertur, qui agit de damno, Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 164. num. 12. verſ. Hoc non procedit, & Rot.*

coram Burat. deciſ. 480. *num.* 11. ibique *Addea. aum.* 54. *& deciſ.* 561. *num.* 11. *coram Dunoz. jun.* ibi : *Potior eſt cauſa ejuſdem Pupilli, qui agit de damno vitando, quam alterius, qui agit de lucro captando*, cum aliis concordantibus, citatis *in tom. 1. par. 1. diſcept. 16. num. 76.*

72 II. Quia *in controverſiam adducitur* (ſunt verba *Cobell. ad Bull. Boni regim. cap. 23. ſub num. 10.*) *ac fides publica, & S. Sedis Apoſtolica authoritas, quibus fundamentis Montes, & Officia Romana Curia ſunt erecta, illibata permaneant.* In qua parte habemus cubitalem *Conſtit. Pauli V.* id litteraliter demandantem, ut videre eſt apud *Card. de Luc. de Locis Montium non vacab. fol. mihi* 89. ibi : *Monteſque ipſi ſub fide publica ſunt conſtituti, & in illis conſtituendis Apoſtolica Sedis authoritas interceſſit, & fol.* 90. ibi : *Sive eorumdem Montium Depoſitariorum culpa, & ſubterfugio ita debitorum fructuum ſolutiones protrahi, & detrectari, &c. in non modicum Creditorum, ſeu Montiſtarum Montium prædictorum præjudicium, & publica fidei detrimentum.* Quæ publica fides ſuperlativè emicat ea ſola lectura Litterarum patentium, in quibus à Principe ſolemniter promittitur ſumma ſcut. 3. pro quolibet loco, & anno, pro rata obulorum 50. dividenda in quolibet Bimeſtri.

73 Eſſe autem ſervandam publicam fidem etiam hoſtibus obſervant *Authores* citati in *Inſtit. Crim. lib. 4. tit. 2. num. 63.* Et proinde eò magis à Depoſitariis ſervanda eſt Subditis S. Sedis, quorum ipſi ſunt dilecti Miniſtri, & beneficati Officiales, ut in terminis exclamat *Cobell. ad Bull. Boni regim. cap. 34. art. 23. num. 1.* his verbis: *Contigit aliquando, ob negligentiam, ne dicam dolum, ſeu malitiam Miniſtrorum, & Officialium, læſam fuiſſe publicam fidem, qua in materia Montium maximè venit adhibenda: Non enim Pupilli, Viduæ, Religioſi, Loca pia, Viri denique cujuſvis generis, pecunias in emptione Montium erogarent, ut ex fructibus vita neceſſaria compararent, niſi crederent, &c. & quodammodò contrahit cum iis, qui Loca, ac Portiones Montium emunt, & ideo nefas eſt ab illis recedere.*

74 III. Quia omne arbitrium in hac parte ſumendum ſemper eſt favore Montiſtarum, qui ex animadverſis ſupra, pro majori parte ſunt Loca Pia, Viduæ, & Monaſteria, & aliæ perſonæ, quæ fodere non valent, & mendicare erubeſcunt, ut in ſpecie præcisè mandavit Paulus V. in Conſtit. edita pro facilitate exigendi fructus Locorum Montium, impreſſa apud *Card. de Luc. ubi ſupra fol. mihi* 89. ubi eamdem adducit æquè naturalem, & convincentem rationem : *Id majori ſtudio curandum eſſe cenſemus, quò multorum cauſa tractatur, inter quos Pauperes, Minores, Viduæ, Pupilli, Eccleſiæ, Monaſteria, & Loca pia exiſtunt.*

75 IV. Quia inter dd. pia Loca adſunt multa Legata pro celebrationia Miſſarum, & innumeræ Cappellaniæ cum eodem onere Sacrificiorum, quæ omnia notoria ſunt ex ſola recognitione Liſtarum, quæ quolibet Bimeſtri à Ratiocinatoribus Montium conſignantur Depoſitariis, & quæ ſi tempore Pauli V. erant in magno numero, poſt decurſum unius ſæculi, & undecim annorum à tempore editionis ejus Conſtitut. emanatæ die 13. Dec. 1608. hodie, abſque ulla exageratione, adauctæ ſunt ultra medietatem.

76 Videtur autem nimis durum, abſque ulla cauſa, & ſine ullo legali fundamento, ad integrandum lucrum Depoſitarii in menſtruis ſcut. 140. 40. minorare numerum dd. Sacrificiorum, & privare pios Benefactores illis Suffragiis, quæ celebrari poſſent ex integris fructibus Locorum Montium, ab illis relictorum, eò quia Cappellani, non habentes integros fructus dd. Locorum, idque ſine ulla propria culpa, ſed ex ſola voluntate Depoſitarii, non tenentur ad adimplementum omnium Miſſarum, ſed ſolùm ad illas, quæ correſpondent dd. fructibus, juxta innumeras reſolutiones Sac. Congr. quas refert, & ſequitur *Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 6. formul. 9. n. 5. fol. mihi* 146. *& tom. 2. tit. 13. form. 2. num. 56. fol. mihi* 59. & concordant *Capon. diſcept. 154. cap. 2. num. 9. Paſſeria. de Stat. Homin. tom. 2. quæſt. 187. art. 4. num. 2037. & ſeqq. & Criſpin. de Viſit. par. 2. §. 18. num. 11.*

77 Ex hac autem reflexione corollariè ſequitur, quòd Depoſitarius in hac parte uſurpat ſibi officium Sac. Cong. Conc. pro ſuo libito reducendo magnum numerum illarum Miſſarum, quæ celebrari deberent ex integris fructibus Locorum Montium: Creſcitque vis hujus reflexionis obſervando, quòd hoc eſt commune omnibus aliis ſeu Depoſitariis Montium, itaut idem inconveniens, ſepties multiplicatum, longè intolerabile evadat, ut Conſideranti patet.

78 V. Reflexio eſt, quòd Summi Pontifices ampliſſimis illis Privilegiis, quæ Locis Montium gratioſiſſimè conceſſerunt, de quibus latè *Card. de Luc. de Loc. Mont. non vacab. cap. 5. per tot.* nunquam in uno jota, vel minimo apice derogarunt ; imò æquali generoſitate recuſarunt antes præbere illis temperamentis, à quibus maxima Apoſtolicæ utilitas reſultaſſet; inter quæ, aliis omiſſis, recens habemus exemplum introductionis ſolutionis Quindenniorum reſpectu illorum Locorum, quæ poſſidentur à Locis piis, & ab Eccleſiaſticis Perſonis, ad inſtar ejus quod practicatur in Beneficiis, quod licèt ad ejus commodum unicè directum, & aptum magnam, continuamque afferre utilitatem eidem Apoſtolicæ Sedi, ultimo loco æquali conſtantia, ac intrepiditate rejectum fuit ; unde eò minùs dicendum eſt, permittere velle gravamina Montiſtarum abſque ulla propria utilitate, ſed ad ſolum commodum Depoſitarii, *cum centum millibus ſcutis Montiſtarum tenentis in credito ſuum Bancum, & facientis negotium, & lucrum*, juxta verba *Conſtant. ad Stat. Urb. tom. 1. fol. 586. num. 244.*

79 Quibus non adverſatur, quòd ab aliquo forſan Authore hujuſmodi Strenæ fuerint admiſſæ, & bonificatæ Exactoribus, & Adminiſtratoribus. Diſtinguendo enim terminos, omnia reducuntur ad perfectam conſonantiam: Advertendo nimirum, aliud eſſe, eaſdem Strenas fuiſſe bonificatas Exactoribus, & Adminiſtratoribus alienarum rerum, in quibus de facili loquentur eædem authoritates, quod toto Cœlo diſtat à præſenti inſpectione; aliud verò, quòd fuerint approbatæ in judiciis, agitatis inter Montiſtas, & Depoſitarios, qui ſunt præciſi termini noſtri caſus, in quibus toties Depoſitarii ſuccubuerunt, quoties in judicium vocati fuerunt, & in quibus circumſtantiis, non ſolùm non reperietur *aliquis privatus Doctor, undequaque noviſſimus, qui hoc affirmaverit*, ut utar phraſi *Rot. in deciſ. 24. ſub num. 129. apud D. Proſper. de Territ. ſepar.* ſed neque de mero poſſibili reperiri facilè poterit, quia eſſet adducere Doctores ad probandum, quòd Decalogi Præcepta poſſint abrogari per actus in illo prohibitos, quod eſt adeo falſum, adeoque monſtruoſum, ut neque confutationem mereatur, ne credatur veriſimile, juxta ſolitam animadverſionem *D. Athan.* ſequuti in *Inſtit. Crim. lib. 4. tit. 8. num. 123.* ibi : *Nimis falſa non ſunt refellenda, ne habita fuiſſe credibilia videantur.*

80 Sicuti autem, ex deductis in præcedenti diſcurſu, Depoſitarius ſe declaravit, nullam difficultatem habere ſolvendi eum ordine abſque ulla recognitione manus, ita ex prædictis cum omni fundamento ſperari poteſt, idem eſſe practicandum in Bimeſtri Novemb. & Decemb. ſolvendo integraliter Partitam deſcriptam in Liſtis, & hoc modo punctualiter tribuendo unicuique Montiſtæ quod ſuum eſt, juxta ſubſtantiale requiſitum Juſtitiæ, de quo *in l. Juſtitia ff. de Juſt. & Jure*, & apud *D. Th. 2. 2. q. 58. art. 1. per tot.* & ſignanter *num. 5.* ubi, quòd quando homines à ſeipſis reddunt unicuique quod ſuum eſt, per modum exequutoris divina, & humana Præcepta, non eſt opus, ut Principes id demandent per modum imperantis.

81 Et ex his concludentes diſcurſum, Perſonæ, à quibus petuntur Strenæ, conſiderari poſſunt in duplici differentia.

82 I. Eſt illarum, quæ exigunt fructus Locorum Montium, ſpectantes ad alios, ſive ſint Perſonæ eccleſiaſticæ, ſive laicæ, ſive pia Loca, ſive alio quocumque nomine nuncupentur ; & iſti nullo modo, nulloque prætextu dare poſſunt dd. Strenas, quia, cùm ex hucuſque ſolidè animadverſis, ad illas non teneantur veri Domini Locorum Montium, non poſſunt illorum Agentes, Procuratores, Miniſtri, & Exactores exercere liberalitatem cum pecuniis alienis, niſi velint de proprio reſtituere Dominis id, quod voluntariè donant ; quando enim Dominus parcus eſt, Exactor non debet eſſe liberalis, & prodigus, ut à contrario ſenſu id reprobavit *S. Jo: Chryſ.* ſequutus *in Inſtit. Crim. lib. 2. tit. 10. num. 80.*

83 II. Species eſt illarum Perſonarum, quæ ſunt propriorum reddituum Domini, & Arbitri, & circa iſtas eſt ſubdiſtinguendum: Aut enim ab iſtis petitur integra Strena obolorum duorum pro quolibet Loco Montis, & non poſſunt, neque debent illam dare ; *non poſſunt*, quia id eis rigorosè prohibitum eſt, ut vidimus ſupra ; & proinde

inde applicatur commune Legiſtarum axioma, quòd non dicimur poſſe id, quod contra jus, & prohibitionem Superioris poſſumus, de quo *Barboſ. axiom.* 184. *num.* 5. *Gratian. deciſ. March.* 13. *num.* 4. cum quibus in punctualibus terminis proceſſit *Sac. Cong. Viſit. Apoſt.* 24. *Maji* 1712. *Ponente Card. de Abdua*, ut videre eſt in *tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 16. *num.* 99. *& num* 263. *Non debent*, quia eſſent in cauſa, ut Capſerii puniri poſſent pœna privationis eorum officii, & aliarum corporalium, ex animadverſis ſupra; Chriſtiana autem charitas ſuggerit, in his circumſtantiis non eſſe dandam proximam occaſionem punitioni Capſeriorum, etiam mediantibus dictis pœnis corporalibus; attento præcipuè rigore, cum quo procedunt Edicta circa prohibitionem Strenarum, demandando, ut ad dictum effectum procedi poſſit *per via di querela, denunzia, & in ogni altro miglior modo*, cum illo æquè raro, ac conſiderabili addito, *e ſi darà fede a un ſolo Teſtimonio, con ſemplice giuramento*. Qui procedendi modus vix practicatur in caſibus extraordinariis, & exemplaribus.

84 Quatenus verò ex mera gratia petatur ſolùm ab iſtis quantitas unius oboli pro quolibet Loco, in iſtis terminis, cùm id remittatur totali arbitrio Montiſtarum, ſi iſti voluntariè id facere velint, pro conceſſa Strena maximas gratias referre eis debent, & pro conſequenda in futurum ſemper ſuppliciter deprecari. Quatenus verò nolint d. liberalitatem exercere, nullam habent occaſionem ſe conquerendi, quia Montiſtæ, utentes ſua libertate, & juribus, retinendo pro ſeipſis ſuos redditus, nemini faciunt injuriam, *ad Text. in l. Proculis ff. de Damn. infect.* cum concordan. apud *Rot. dec.* 49. *num.* 26. *coram Cerro, & dec.* 188. *num.* 17. *par.* 19. *recent.* In utroque autem caſu ad praxim reducere debent aureum illud monitum *S. Bonav.* relatum, & ſequutum *à Fagnan. in cap. Nimis prava num.* 58. *de Exceſſib. Prælat. & à Rot. deciſ.* 1326. *num.* 10. *coram Emer. jun.* ibi: *Gratias agentes de data, & non murmurantes de negata*.

85 Eademque qualitas voluntarii ad hominem ulteriùs infertur ex ſpeciali prohibitione, facta Montiſtis, illam neque ſpontè dandi, de qua ſupra. Imò neque legitima poteſtas datur illam ſpontè dandi. Nulla enim datur ſub Sole legalis potentia ad faciendum id, quod ſpecialiter prohibitum eſt, juxta rotundos Textus, quos ſequuntur *Barboſ. axiom.* 184. *num.* 5. *& Gratian. dec. March.* 13. *num.* 34.

86 Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo actus contrarii originem habuerunt ab illicitis operationibus Capſeriorum, teſte omni exceptione majore, cl. m. Card. Petro Donato Cæſio in Edicto publicato die 3. Martii 1627. juxta illa verba: *Ma perche l'eſperienza ha moſtrato, che alcuni Caſſieri, o Deputati, con differirne il pagamento, e con uſar ſtrapazzi, &c. inducono li Montiſti a darli detta mancia*. In quibus circumſtantiis, omnibus juribus, omnibuſque congruentiis opponitur, quòd iidem irregulares actus, & illegales operationes Capſeriorum deſervire poſſint ad inducendam legitimam conſuetudinem, obligatoriam in futurum, ex citatis ſupra.

87 In cujus comprobationem urgere videntur verba illa *Caſſiodor. lib.* 12. *epiſt.* 26. *Noveritis enim gravi Vos ſubjici poſſe vindictæ, ſi quod interdictum eſt dari, à Vobis videtur acceptum*. Si enim gravi ſubjiciuntur vindictæ illi, qui accipiunt id, quod eis non eſt prohibitum accipere, ſed ſolùm vetitum eſt dari; quantò magis id verum erit in noſtris terminis, in quibus æquali prohibitione non poſſunt Capſerii accipere, neque Montiſtæ Strenam dare, eò quia in hoc ſecundo caſu, non una, ſed duplex urget litteralis prohibitio, & conſequenter duæ verificantur Legis tranſgreſſiones?

DISCURSUS TERTIUS

In eadem Cauſa.

ARGUMENTUM.

Juſtitia Reſcripti Sanctiſs. D. N. Benedicti XIII. pro generali abolitione Strenarum Locorum Montium, comprobatur ex iis, quæ adverſus eaſdem Strenas multi Doctores aſſeruerunt. Necnon ex Scriptura, Typis Cameralibus impreſſa menſe Majo 1724. *ab uno ex DD. modernis Depoſitariis Montium, & ejus nomine Congregationi Camerali diſtributa.*

1 CUm Sanctiſſimus D. N. Benedictus XIII. ad humillimas preces Montiſtarum Montium Cameralium, & Communitativorum, ſequentis tenoris.

2 Beatiſſimo Padre. Eſſendo già entrato li Bimeſtre “
di Novembre, e Decembre, nel fine del quale da “
Depoſitarii de' Monti *de facto* per mera Eſtorſione ſi “
pretende di ritenere a Montiſti la ſomma di bajocchi “
due per ogni Luogo, che in tutto aſcendono a dodi- “
ci mila ſcudi in circa annui, con pregiudizio conſi- “
derabile di detti Montiſti ſecolari, di Luoghi pii, e “
delle Caſe religioſe, e ſopra tutto delle Anime pur- “
ganti, alle quali ſi tolgono, con evidente ingiuſtizia, “
tanti Suffragii, e Sagrificii, laſciati da loro Congion- “
ti, quanti ſono li giulii, che mediante detta Eſtorſio- “
ne non ſi pagano a Sacerdoti, che devono cele- “
brarle. “

3 A nome de'medemi Montiſti ſi ſupplica umilmente “
la S.V. a togliere di mezzo d. Eſtorſione, con ordi- “
nare, che li frutti de' Luoghi de' Monti di detto Bime- “
ſtre di Novembre, e Decembre ſi paghino intieramen- “
te alli Oratori, ſenza diminuzione alcuna, a tenore “
di quanto eſpreſſamente li viene comandato nelle ſo- “
lite Liſte, ſottoſcritte da Monſignor Teſoriere Gene- “
rale. “

4 E ſperano di reſtare conſolati, con ricevere nell' “
iſteſſo tempo dalla S. V. un atto di tutta giuſtizia, “
nel far dare ad ogni uno ciò, che a titolo oneroſo “
li compete, ed inſieme un atto di ſomma grazia, “
con liberarli da una violente Eſtorſione, alla quale “
ſono ſtati da qualche tempo a queſta parte ſottopo- “
ſti, non oſtanti le loro continue eſclamazioni, e non “
atteſe le replicate proibizioni di molti Teſorieri Ge- “
nerali, approvate da Sommi Pontefici, precedente il “
Voto della Congregazione Camerale: Eſſendo degna “
di tutta la conſiderazione la rifleſſione, che il zelo “
de' Sommi Pontefici in queſta parte è ſtato tanto gran- “
de, e ſingolare, particolarmente riſpetto a' Suffragii “
dovuti a poveri Defonti, che hanno impoſta rigoro- “
ſa pena, non ſolamente contro li Depoſitarii, che do- “
mandano detta mancia, ma ancora contro li Monti- “
ſti, benchè Padroni, quando anche volontariamente “
voleſſero darla; tutto a fine di non privare di tanti “
Suffragii quelle povere Anime, alle quali ſono deſti- “
nati. Ed il tutto, &c. “

5 Re maturè perpenſa, dignatus fuerit reſcribere, ut infrà.

6 *Ex Audientia Sanctiſſimi die* 19. *Novembris* 1724.

7 A Monſignor Teſoriere, perchè eſpreſſamente co- “
mandi a tutti li Depoſitarii de' Monti, che tolta di “
mezzo ogni Eſtorſione ſotto preteſto di mancia, “
paghino a Montiſti li frutti de' loro Luoghi de' Mon- “
ti intieramente, e ſenza diminuzione alcuna, per lo “
Bimeſtre di Novembre, e Decembre. “

N. Arciveſcovo di Trajanopoli Segretario.

8 Se conquerentes Depoſitarii dictorum Montium ob amiſſionem ingentis lucri, eis obvenientis ex dictis Strenis, iſtarum injuſtitia, & abuſus, & conſequenter ſanctitas, & omnimoda ſubſiſtentia dicti Reſcripti Sanctiſſimi Domini Noſtri, non poſſunt meliùs, neque clariùs demonſtrari, quàm mediante unione omnium Scripturarum, uſque adhuc editarum circa eaſdem Strenas, necnon mediantibus particulis illorum Authorum, qui de iliis ſcripſerunt, ſervato ordine temporis, quo illæ impreſſæ fuerunt; abſque eo quod adverſus prædicta unum miſerabile jota, vel minimus apex ex parte dd. Depoſitariorum uſque ad hodie reſponſum fuerit.

9 Anno 1677. impreſſus fuit in Urbe *à Dominico Ma-*

cro

cro Hierolexicon, ubi verbo *Strena*, hæc ait: *Gloſſa ſic explicat*; Strena, quaſi ſine threnu, ideſt ſine lamentatione: *Sed hodie contrarium efficit in Urbe, ubi tantus inolevit ſervilis inſolentia abuſus, ut quaſi de jure ſibi debitum proventum prætendat, quem* mancia *vocant; unde intolerabiles Montiſtis, Aulicis, & Litigantibus ſunt prorſus tales Miniſtrorum importunitates.*

10 Anno 1695. impreſſus fuit in Urbe ſecundus Tomus bon. mem. Epiſcopi *Zaulii ad Statut. Favent.* in cujus *Rubrica* 14. *lib.* 5. *num.* 25. *fol.* 70. hæc leguntur: *Idemque dicendum de Strenis, ac Muneribus, ad quæ cogi non valet Clerus per Epiſcopum ad illi ea tradenda, ac ſolvenda; nam, tamquam provenientia à mera liberalitate, non tranſeunt in obligationem, ſed tantùm recipi poſſunt à ſponte dantibus, ut reſolvit Sacra Congr. &c. Et ſuadet ipſius vocabuli ethymologia, nam dicitur Strena, quaſi ſine Threna, ideſt ſine lamentatione, quia voluntariè, & ſine querimoniis tradenda ſunt.*

11 *Prædicta omnia benè applicantur Strenis, & Muneribus, quæ ſolvuntur Depoſitariis Locorum Montium in Feſtivitate Nativitatis D.N.J.C. ad rationem duorum obolorum pro quolibet Loco; etenim cùm nulla præcedat obligatio, ſed potius in contrarium vigeat diſpoſitio Bannimenti fel. rec. Domini Card. Hieronymi Vidoni de anno* 1627. *juxta mentem Congregationis Montium*, ibi: Intendendoſi, che alcuni Caſſieri de' Depoſitarii de' Monti nel pagamento de' frutti, che fanno a' Montiſti, non paghino intieramente le ſomme dovute, ma con varie maniere ritengono ad eſſi Montiſti qualche parte di quelli frutti, che devono pagate, ſotto preteſto di mancie, o altre recognizioni, & alcuni altri con differire il pagamento di eſſi frutti, e con altri modi, che inducono detti Montiſti a darli, contro loro voglia, dette mancie, e recognizioni: Al che volendoſi provedere, in conformità della mente dell'Illuſtriſs. Congregazione de' Monti, col preſente Editto proibiamo, ordiniamo, e comandiamo a tutti, e ſingoli Caſſieri, e Deputati al pagamento de' frutti di qualſivoglia Monte, che non ardiſchino ritenere a' Montiſti Rata, e parte alcuna delli frutti, che li devono pagare, conforme alle Liſte, ſotto preteſto di mancia, o altra recognizione, nè differirne il pagamento, o uſar ſtrappazzo, o atti tali, da indurre detti Montiſti a darli contro voglia mancia, recognizione, o donativo alcuno, ſotto pena, &c. Permettendoſi ad eſſi Caſſieri, e Deputati dovere eſſere contenti di ricevere quello, che ſe li darà da' Montiſti ſpontaneamente, ſenza domandarlo.

12 Nec non alterius Bannimenti Eminentiſſimi Domini Cardin. Franſoni, tunc Theſaurarii, de mandato Summi Pontificis ſub die 4. Februarii 1658. emanati, ibi: *Volendo la Santità di N. S.* Bannimentum hoc per extenſum regiſtratur *infrà num.... verſ. Volendo.*

13 „ Utique dd. Depoſitarii Locorum Montium non poſſunt Montiſtas invitos ad ſolutionem Strenæ cogere, prout contra eos acriter invehit *Macrus in ejus Dictionar. Sacro ſub verb. Strena*, cùm nullus titulus, ſufficiens ad acquirendam actionem, concurrat, ſed agatur de actibus facultativis, & à mera liberalitate ſolventium dependentibus, qui obligationem non pariunt, ut firmant *Novarius, Donatus Antonius de Marinis, Capycius Galeota, Thorus, & Card. de Luc. ſup. allegati*; & in puncto contra D. Barloccium, Depoſitarium Montis Bentivoli, reſolvit Tribunal Cameræ favore D. Marchionis Franciſci Ruſpoli in Cauſa Romanæ Strenæ, proponente tunc Illuſtriſſimo de Judice ſub die 18. Junii 1685. reſcribendo, *Non eſſe exequendum Mandatum*, relaxatum in Tribunali Illuſtriſſimi Theſaurarii pro uno annuo obolo pro quolibet Loco Montis, ac quævis prætenſa Conſuetudo interrupta fuit ex publicatione præfatorum Bannimentorum, *Gratian. diſcept.* 79. *num.* 9. *Staiban. reſol.* 98. *num.* 137. *cum ſeqq. Capon. diſcept.* 333. *num.* 5. *verſic. Et ideo tom.* 5. *& Maſtril. dec.* 121. *num.* 31. *cum ſeqq.*

14 „ Nulla habita ratione, quòd hujuſmodi Strenæ exigantur in recompenſationem laboris; nam cùm Depoſitarii, præter Reſiduorum commodum, retineant apud ſe ad minùs etiam duo Bimeſtria fructuum Locorum Montium, ac Semeſtre Montiſtarum Januenſium, quibus ſolvere ſolent fructus in Nundinis, & ſic ad eorum commodum negotientur magnam ſummam pecuniarum, ad Montiſtas ſpectantium, utique recipiunt exceſſivam mercedem, abſque eo quòd ulteriori onere gravandi ſint; iſtudque lucrum utendi, & fruendi pecunia Montiſtarum, eſt adeò conſiderabile, ut Depoſitariæ à R. C. concedantur Appaltatoribus pro eorum ſublevamine, vel venduntur aliis Negotiatoribus, eorum vita durante, pro certo pretio, juxta qualitatem Depoſitariæ. "

15 In reimpreſſione verò ejus Libri anno 1724. in Urbe ſequuta, hæc addidit idem æquè doctus, ac in muneribus judicaturæ nimiùm exercitatus Author: *Diſcurſus iſte* (hoc eſt antecedens diſcurſus ſecundus §. 5. quem *idem Zaulius* per extenſum inter ejus Opera impreſſit tom. primo fol. 71. ſecundæ Impreſſionis) *cùm eſſet impreſſus, & publicus effectus, citò magnam controverſiam excitavit, ſeu renovavit inter Creditores Locorum Montium, Strenam ulteriùs ſolvere detrectantes, & Depoſitarios, continuare contendentes in ejuſdem exactione, ſub ſpecioſo colore, quod ceſſatio vergeret in præjudicium Rev. Cameræ, quæ ipſis teneretur ad defalcum, & nonniſi minores Oblationes in poſterum reperiret: Ideòque ad favorem aſſertæ conſuetudinis implorarunt præſidium Illuſtriſſimi D. Generalis Theſaurarii; à quo tamen, quam ſibi pellicebantur authoritatis aſſiſtentiam, obtinere non valentes, contenti fuerunt à denegantibus integram, dimidiam Strenam recipere, nempè unum obolum pro quolibet Loco, prout ab inde citra ſervatur à quampluribus, quibus res iſta innotuit. Hoc duxi referendum, ut facti hujus memoria fiat perennis, ad aliorum utilitatem, & laudem Authoris, qui, licèt plura Volumina Typis mandaverit, nullibi, quod ſciam, Diſcurſum hunc inſeruit.*

16 Anno 1701. impreſſus fuit in Urbe primus Tomus *bo. mem. Advocat. Conſtantini in adnot. ad Statut. Urb. in quo in diſc. unico de Locis Montium artic.* 1. *ſect.* 6. *num.* 241. *& ſeq.* ita loquitur.

a „ An autem Depoſitarii Montium poſſint coactè exigere Strenas, vulgò *regalie, o mancie*, in fine anni, retinendo Bononenos duos, vel ſaltem unum ex fructibus cujuslibet Loci Montis: Certum eſt, quòd ipſi à longo tempore illas exigere conſuevere, & conſuetudo coactiva, ad præſtandam annuam præſtationem in futurum, præſcribitur decennio " *cap. Ad Apoſtolicam de Simon. & Felin. ibid. num.* 3. *Covar. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. *Oſaſch. dec.* 99. *Rot. in Anconitana Florum* 14. *Junii* 1638. §. *Unde cum Civitas verſ. Eo facilius cor. Pirovano*; & multò magis, dum talis conſuetudo eſt antiquiſſima, & quinquaginta & ultra annorum, & agitur de conſuetudine rationabili, & quæ non eſt contra legem poſitivam, dum eſt longæva, potuit introduci " *Sanchez de Matrim. diſputat.* 4. *num.* 14. *Fermoſin. in Rubr. Decret. de Conſuetud. quæſt.* 5. *num.* 9. *Suar. de Legib. lib.* 7. *num.* 11. *Paſſerin. in cap. Conſuetudinem part.* 1. *art.* 7. *num.* 187. *& ſeq. in* 6. Rationabilitas autem conſuetudinis ex eo deducitur, quia Depoſitarii habent onus retinendi Capſerium, Exactorem, & alios Juvenes, ac ſubeundi alias expenſas, quarum reſpectu potuit talis conſuetudo legitimè introduci.

17 Verùm illicita videtur retentio hujuſmodi; cùm enim Papa in erectione Montium promiſerit Montiſtis pro fructibus certam, ac determinatam quantitatem fructuum pro quolibet Loco Montis, hæc integra non præſtaretur, ſi retentio talis Strenæ permitteretur; eò maximè, quia tales Depoſitarii ſunt deputati ab ipſo Papa, & Depoſitariæ ſunt valdè lucroſæ, cùm quilibet Argentarius, ac Nummularius illas propterea deſideret pro credito eorum Banci, & Camera Apoſtolica in conceſſione Appaltuum eum bis dant Depoſitariam alicujus Montis; utilitas autem evidens ex Depoſitariis Montium reſultat, ex quo Depoſitarii pecunias, aſſignatas pro ſolutione fructuum Montium, promptè, ac anticipatè exigunt, & ipſi illas poſticipatè ſolvunt, & ferè ſemper retinent in manibus quantitatem duorum Bimeſtrium, & ultra, cum quibus tenent in credito eorum Bancum, & cum pecuniis Montiſtarum faciunt negotium, & lucrum.

18 Si hæc opinio placet, prout ſecundùm illam, ut audivi, fuit reſolutum favore bo. mem. Marchionis Ruſpoli, contra Depoſitarios, & refert *Zaul. ad Stat. Favent. tom.* 2. *fol.* 70. *num.* 30. Contraria non obſtant, quia procedunt in annua præſtatione decennali favore piæ Cauſæ, quæ, uti rationabilis, & favorabilis, præſcribitur decennio; conſuetudo in caſu noſtro non eſt, niſi in profanis, & eſt irrationabilis; & ampliùs datio talis Strenæ fuit ex urbanitate; unde non eſt tra-

„ ben-

Digitized by Google

„ benda ad obligationem, & tunc hæc eſſet ſuborta, ſi „ Depoſitariis volentibus exigere Strenam, ac Regalias „ hujuſmodi, fuiſſet per Montiſtas contradictum, & poſtea iidem per lapſum temporis legitimi ad præſcribendum, acquieviſſent tetentioni, & non reclamaſſent, *Gratian. cap. 564. num. 62. & ſeq. Antonell. de Tempor. legal. l. 4. c. 10. n. 4. & ſeq.*

19 Anno 1706. reimpreſſæ fuerunt in Urbe meæ *Inſtit. crim. lib. 2. tit. 6. de Crim. Falſ. num. 89.* ubi hæc ſcripſi: *Non eſt diſſimilis ab extorſione dd. Miniſtrorum Poſta prætenſio illa Strena duorum obolorum pro quolibet Loco Montis, quam prætendunt Depoſitarii Montium in Bimeſtri Novembris, & Decembris, occaſione, ſeu prætextu feſtivitatum Natalitiarum, quamve a ſeipſis propria authoritate, & de facto retinent, ſolvendo illud minus, poſtquam Creditores Loc. Mont. fecerunt Receptam pro integra ſumma, quod certò admirationem cauſat in Urbe, in qua adſunt rigoroſa Bannimenta, talem extorſionem in individuo prohibentia, per extenſum relata. & impreſſa apud Zaul. tom. 2. fol. 70. à num. 33. ubi refert ita reſolutum à Tribunali Rever. Cam. die 18. Junii 1685. in una Romana Strena, & concordat Conſtant. ad Statut. Urb. tom. 1. diſc. unic. de Loc. Mont. art. 1. ſect. 6. à num. 41. ubi egregie.*

20 Anno. 1724. in Cauſa *Romana prætenſa Strenæ*, tunc pendente in Congr. Camerali ad inſtantiam multarum particularium qualificatarum Perſonarum, nec non nomine omnium DD. Montiſtarum Civitatis, & Ditionis Januenſis, ſequens impreſſa fuit Scriptura, cum ſuo Summario, exhibita in d. Congregatione Camerali.

Romana Prætenſa Strenæ.

21 *Illuſtriſs. & R. D.* PRompta, & expedita ſolutio fructuum Locorum Montium adeò ſemper exoptata fuit per ſummos Pontifices, ut ſæpè ſæpiùs ab eorum pro tempore RR. PP. DD. Theſaurariis promulgari fecerint Edicta, ſeu Bannimenta, in quibus Depoſitariis Montium continuò injuncta fuit, non ſolùm ſolutio fructuum, etiamſi Aſſignamenta exacta non fuiſſent, verùm etiam continua aſſiſtentia Capſeriis in qualibet die non feſtiva, & de præcepto, & quidem per ſpatium trium horarum de manè, & aliarum horarum trium de ſero, ut evenit de annis 1607. 1609. 1618. 1621. 1626. & 1658. Ac inſuper hoc idem ſancitum fuit in Reformatione Vener. Servi Dei Innocentii XI. ſuper Locis Montium, edita die 30. Aprilis. 1689. cap. 36. & publicata 6. Julii ejuſdem anni, impreſſa apud *Card. de Luca de Locis Montium non vacabilium*, & reperitur in alio Edicto, publicato de mandato ſan. mem. Alexandri VIII. ſub die 5. Octobris 1691.

22 Huc uſque non ſtetit pium, ac optimum deſiderium Summorum Pontificum: Audito enim, quòd nonnulli Depoſitarii, eorumque Capſerii, nimis avidi captandi lucrum, intenderent coactè, ac per viam retentionis, imò veriùs per modum Repræſaliæ, à Montiſtis exigere obolos duos pro quolibet Loco in Bimeſtri Novembris, & Decembris, ſub ſpecioſo colore Strenarum, & ita Montiſtas cogere, vel ad differendam exactionem fructuum, quod in maximam utilitatem Depoſitariorum redundaſſet, vel ad relaxationem obolorum duorum pro quolibet Loco, Summi Pontifices tunc regnantes, de annis ſcilicet 1627. 1624. & 1658. eorum intentionem propalantes per organum tunc RR. PP. DD. Vidoni, Cæſii, & Franſoni Theſaurariorum, mediantibus Edictis publicis, prohibuerunt Depoſitariis Montium, eorumque Capſeriis petere, & tantò minùs retinere hujuſmodi Strenam ſub pœna privationis Officii, & ſcut. 200. ac Montiſtis, ſeu illorum Procuratoribus, aut Exactoribus ſub eadem pœna ſcut. 200. interdixerunt ejuſdem Strenæ oblationem, *Summ. num. 1. litt. A.* Et licèt hic rigor moderatus fuerit in alio Edicto anni 1658. in quo permiſſa fuit receptio hujus Strenæ, hæc tamen licentia conceſſa fuit ſolùm in caſu, quo Montiſtæ ſponte illam offerrent, non autem, ut compelli poſſent, & debeant à Depoſitariis, ſeu Capſeriis ad ſolutionem Strenæ per viam debiti, & retentionis, ut videre eſt in *Summ. d. num. 1. lit. A. & B.*

23 Verùm quia malitia ſemper creſcit, & natura hominum nititur in vetitum, non obſtantibus præfatis Edictis, iterùm eamdem prætenſionem excitarunt Depoſitarii, & diſcuſſa judicialiter Cauſa cum Dom. Marchione Franciſco Ruſpulo de anno 1685. licèt coram tunc Illuſtriſſimo D. Theſaurario Mandatum pro ſolutione oboli unius pro quolibet Loco reportaverint; attamen, devoluta Cauſa ad plenam Cameram, ſub die 18. Junii 1685. revocatum fuit dictum Mandatum, ut refert *Zaul. ad Stat. Favent. in rubr. 14. lib. 5. fol. mihi 72.*

24 His tamen non obſtantibus, DD. Adverſarii moderni Depoſitarii, eorumque Capſerii, perſiſtentes in antiqua prætenſione conſequendi has prætenſas Strenas, ultimo loco in ſolutione fructuum pro Bimeſtri Novembris, & Decembris 1723. propria authoritate, & mordicùs reluctantibus DD. Principalibus, penès ſe retinuerunt obolos duos pro quolibet Loco, in totum conſtituen. ſummam ſc. 511. 28. Quapropter, emiſſa in actu ejuſdem retentionis ſolemni proteſtatione, inſtetimus coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſs. D. Theſaurario pro reſtitutione præfatæ ſummæ, ex adverſo indebitè retentæ, unà cum ſententia declarante, dictas Strenas non deberi, ad hoc ut in futurum tollatur quævis controverſia, & Montiſtæ pacificè, & abſque ulla diminutione exigant integros fructus, ſibi per Principem promiſſos: ſed remiſſa per dictum Illuſtriſſimum D. Theſaurarium cognitione præſentis controverſiæ ad hanc Illuſtriſſimam Congregationem, ſupplicamus in præſenti Illuſtriſſimis DD. pro favorabili Decreto pro reſtitutione dictorum ſcut. 512. 28. & pro ſententia declarante, præfata Strenas non deberi, & cùm in DD. Depoſitariis, ſeu illorum Capſeriis nullus titulus concurrat pro Strenarum exactione, imò adſit expreſſa illarum prohibitio, in ſpem certam erigimur, exaudiendos fore, prout reverenter exoramus.

25 Exactio ſiquidem prætenſarum Strenarum nullo fulcitur titulo, dum nec in toto Corpore Juris Canonici, neque in Voluminibus Juris Civilis, aut Sanctionibus municipalibus, minùſque in innumeris Apoſtolicis Conſtitutionibus ſancitum reperitur, has prætenſas Strenas deberi, & cùm abſque ullo titulo exigantur, prætendi non poſſunt, nec permitti debent.

26 Accedit inſuper clarum, & indubitatum fundamentum Montiſtarum pro non ſolvenda hac Strena, ex Litteris patentibus Locorum Montium, & Liſtis ſubſcriptis ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Theſaurario; in prima ſiquidem paciſcitur per Principem favore Montiſtarum ſolutio ſcutorum trium pro quolibet anno, & loco, & ſic in quolibet Bimeſtri obul. 50. quin ulla expreſſio fiat de ſolutione Strenæ; in Liſtis verò per Illuſtriſſimum D. Theſaurarium in quolibet Bimeſtri ſubſcriptis, præcipitur Depoſitariis ſolutio ob. 50. pro quolibet Loco, nulla facta diſtinctione Bimeſtris Novembris, & Decembris, nullaque demandata ſolutione Strenæ, & propterea hæc coactiva retentio obol. 2. pro quolibet Loco, à Principe non demandata, eſt quædam ſpecies Gabellæ, quæ à privata perſona imponi, & exigi nequit, niſi à Principe permittatur, *leg. 3. C. Vectigal. nov. inſtit. non poſſe, & leg. Et ideò, ff. de Legib. & Senat. & Card. de Luc. de Regal. in annot. ad diſc. 46. num. 2. diſc. 85. num. 3. & in Summ. num. 66.* Et ſi hoc permitteretur, ſequeretur, quòd promiſſio Principis de ſolvendo ſcut. 3. quolibet anno deſtrueretur, quia Montiſtæ reciperent ſolùm ſcut. 298.

27 Et tantùm abeſt, quod hæc Strena à Principe permittatur, quinimò expreſsè prohibita legitur in Bannimentis, de Summorum Pontificum Mandato, promulgatis de annis 1634. & 1658. in quibus exactio hujus Strenæ ſolùm à ſponte dantibus permittitur, & prohibetur illius coacta ſolutio per viam retentionis, ut in *Summ. dict. num. 1.* Ideòque, cùm Bannimenta habeant vim legis, turpe, & nefas eſt contra eorum diſpoſitionem procedere, ſed ad unguem ſervanda ſunt.

28 Quodque hæc Strenarum ſolutio debeat eſſe voluntaria, non autem coacta, ſuadet eadem denominatio, deſumpta à Græco Vocabulo *Thrinos*, latinè *Strena*, *quaſi ſine threna, ideſt ſine lamentatione*, ut eiſdem verbis explicat *Gloſſ. in Can. Legant. diſt. 37. verb. Strenam*, quam ſequitur alia *Gloſſ. in leg. Laudabilem verb. Salaria, Cod. de Advocat. diverſ. Judic.* firmant *Novar. de Gravamin. Vaſſall. gravam. 10. num. 2. & ſeqq. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. lib. 5. rubr. 14. num. 17.* ibi: *Dicitur Strena, quaſi ſine threna, ideſt ſine lamentatione, quia voluntaria, & ſine querimoniis tradenda eſt*, cum ibidem concordantibus; ſi igitur Strena eſt voluntaria largitio, cogi quidem non poſſunt, nec debent Montiſtæ

ſtæ inviti ad illius ſolutionem, minùſque permittenda eſt coactiva retentio per modum Repræſaliæ.

29 Hæc omnia fortiùs procedunt, ponderando, quòd ſolutio fructuum Locorum Montium nil aliud eſt, quàm ſolutio veri debiti, & proprii Depoſitariorum: Cùm enim Loca Montium nil aliud ſint, niſi quædam ſpecies Cenſuum, ſeu Redditiuum, qui emuntur à Principe, mediantibus Litteris patentibus, quæ ſunt loco Inſtrumenti, inter Privatos iniri ſoliti, ut teſtatur *Card. de Luc. de Regal. diſc. 23. num. 18. & ſeqq.* quem ſequuntur *Conſtantin. ad Statut. Urb. in diſc. de Locis Montium art. 1. num. 8. & 9. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 95. num. 4.* eaindè fit, quòd ſit verum debitum Cameræ, & Principis.

30 Dixi etiam, eſſe ſolutionem proprii debiti Depoſitariorum, quia iſti in ſolutione fructuum Locorum Montium, vel ſolvunt Cenſum, per ipſos Reverendæ Cameræ debitum pro Appaltibus, ſeu Affictibus, ab eiſdem conductis, vel ſolvunt ex pecuniis, ſibi per Reverendam Cameram aſſignatis, & ſic ſemper ſolvunt debitum proprium, quia quoties ad eorum manus perveniunt Aſſignamenta pro ſolutione fructuum Locorum Montium, iſti efficiuntur veri Debitores ejuſdem ſummæ; quapropter incongrua videtur prætenſio Strenæ, dum numquam auditum fuit, Debitorem ſolvendo debitum prætendere poſſe contra Creditorem retentionem Strenæ: Imò debitum integrè ſolvere tenetur, prout videmus in ſolutione fructuum Cenſuum, Cambiorum, Affictuum, Penſionum Domus, aut Eccleſiaſticarum, aut aliorum annuorum Redditiuum, in quibus, advenientibus Feſtivitatibus Natalitiis, numquam detrahitur favore Debitoris aliqua ſumma pro prætenſis Strenis, ſed ab omnibus Judicibus, in quibuſcumque Tribunalibus Mandata pro integro debito relaxantur: Quocirca, ſi hæ Strenæ de jure non debentur, & à Debitoribus peti nequeunt, proculdubio fatendum eſt, iſtas eſſe merè voluntarias, ideòque retentionem, exadverſo factam, eſſe indebitam, & non permittendam.

31 Ad evitandam inſtantiam, quæ ſummo jure per Montiſtas præmovetur, recurrunt DD. Depoſitarii ad ſacram Anchoram prætenſæ Conſuetudinis, ſupponendo, quòd omnes ferè Montiſtæ permittant retentionem obolorum duorum pro Strenis, qua mediante ſibi blandiuntur, licitam fore exactionem, imò veriùs retentionem controverſarum Strenarum: Quoniam acquieſcentia Montiſtarum corruit, dum omnes Romani, & Forenſes, Nobiles, & Plebei, Sacerdotes, & Laici, Docti, & Ignari, cæterique alii Montiſtæ univerſaliter contra hunc intolerabilem abuſum uno ore exclamant; & ſi patiuntur hanc *Extorſionem*, id non accidit ea eorum ſpontanea voluntate, ſed coactè, dum Capſerii in ſolvendis fructibus Locorum Montium in Bimeſtri Novembris, & Decembris, priùs ex ſumma debita detrahunt obol. 2. pro quolibet Loco, reſidualem verò ſummam ſolvunt Montiſtis; ex quo benè deprehenditur, ſolutionem Strenarum non eſſe voluntariam, ſed coactivam, ita ut in his terminis vanum ſit dicere, Montiſtas permittere receptionem Strenarum, dum hoc peragunt invitè, & coactè.

32 Sed ceſſat in caſu noſtro quævis allegabilis in contrarium Conſuetudo; quoniam cùm ſolutio Strenæ ſit, & eſſe debeat actus voluntarius, ut ſupra demonſtravimus, & agatur de materia facultativa, quæ à mera liberalitate concedentis pendet, utique ex his actibus nulla inducitur Conſuetudo, quæ in futurum adſtringat, per *Text. in leg. 1. Cod. de Servit. & aqua, Novar. de Gravam. Vaſſall. dicta gravam. 10. num. 8. Card. de Luc. de Feud. diſc. 51. num. 3. cum ſeqq. Rota dec. 336. num. 10. coram Cerr. dec. 104. num. 37. coram Priol. dec. 12. num. 23. coram Anſald. & in Calaguritana Decimarum Sancti Petri Manriquez 21. Junii 1697. §. Abſque eo quod coram Molines, & 14. Aprilis 1698. §. Nec Beneficiatis coram dell' Olmo.* Maximè, quia agitur de Conſuetudine irrationabili, dum nullo jure, aut ratione debetur, & propterea legem, & rationem non vincit, *leg. 2. C. Quæ ſit longa conſuetud. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 79. num. 6.* Imò, cùm ſit contra jus, dicitur abuſus, nec attendi debet, *Cohell. in Bull. Ban. Regim. cap. 47. num. 7. Rot. in recent. dec. 337. num. 5. par. 14.*

33 Tantò magis, quia hæc aſſerta Conſuetudo non probatur cum debitis requiſitis, reclamatione ſcilicet Montiſtarum, Sententia ſubſequenter contra eos lata, ac eorum ſucceſſiva acquieſcentia, cum ſolutione; quinimò contrarium convincitur; nam cùm reclamaſſet Marchio Franciſcus Ruſpulus Montiſta, licèt in prima inſtantia ſuccubuerit, & tunc temporis R. P. D. Theſaurarius contra eum relaxaverit Mandatum pro uno annuo obulo pro quolibet Loco; attamen in gradu appellationis intentum reportavit, quia Tribunal Cameræ, proponente Illuſtriſſimo Domino Judice ſub die 18. Junii 1685. reſcripſit, *Mandatum non eſſe exequendum*, ut refert *Zaul. ad Statut. Favent. lib. 5. d. rub. 14. num. 34.* Ideòque ex hoc actu non ſolùm excluduntur requiſita Conſuetudinis, ſed fugatur eadem prætenſa Conſuetudo, dum ad eam tollendam ſufficit unicus actus in contrarium, *Bero. conſ. 5. num. 23. lib. 1. Rot. deciſ. 162. num. 9. coram Gregor.* ibique *Adden. num. 5. & deciſ. 45. num. 7. coram Otthobon. & deciſ. 452. num. 21. coram Bich. & dec. 208. numer. 15. part. 17. recentior.* Quibus omnibus adduntur Edicta ſupra enunciata, quæ ſub rigoroſis pœnis hanc Strenam prohibent, excepto caſu, in quo Montiſtæ ſpontè illam tradere velint; ex quo fit, quòd talis coactio, tanquàm à Principe prohibita, per Judicem admitti non debeat, cùm eſſet contra Legem, & Principis voluntatem judicare, dum prætenſa Conſuetudo remaner excluſa, ut, præter ſuperiùs allegatos, firmat *Capon. diſcept. 333. ſub num. 6. verſ. Et ideo, Staiban. reſolut. 98. num. 137. & ſeq. Maſtrill. deciſ. 121. num. 31. & ſeqq.* relat. per *Zaul. dicta rub. 14. num. 35.* qui loquitur in terminis hujus Strenæ.

34 Nihilque refert, ſi exadverſo allegetur non uſus dictorum Bannimentorum; quia procedere poſſet, quoties indiſtinctè ab omnibus exigerentur bon. duo pro quolibet Loco; ſed in facto habemus, quòd D. Advocatus Urſaya, fretus à diſpoſitione horum Edictorum, nihil ſolvit (*Advocatus Urſaya anno 1719. poſt editionem diſcurſus, impreſſi in Tom. 5. Diſcept. Eccleſ. par. 1. diſcept. 21. attenta juſtitia ejus inſtantia, totaliter exemptus fuit à ſolutione dictarum Strenarum; ſed Depoſitarii, arctiſſimo inter ſe fœdere inito, talis exemptionis fructum eidem permittere noluerunt, coactuſque proinde fuit, & quidem ſumma, veròque inſigni patientia, quibuſcumque non obſtantibus, illam pro medietate ſolvere.*) Alii verò, inter quos Congregatio de Propaganda Fide, DD. Princeps Ruſpulus, Com. Bolognettus, Capitula S. Petri, & S. Joannis, Eccleſiæ S. Jacobi Incurabilium, S. Jacobi Nationis Hiſpanicæ, S. Ludovici Nationis Gallicanæ, S. Bartholomæi Bergomen., Domus S. Spiritus Januen., innumerique alii, qui recenſeri poſſent, nonniſi quàm obolum unum ſpontè ſolvunt, & DD. Principales in retroactis annis uſque in præſentem diem ſemper unicum obolum ſpontè relaxarunt, & propterea negari non poteſt, quòd præfata Edicta ſint in uſu.

35 Animadvertendo ulteriùs, quòd quando hæc Strena, reſtrictivè ad unicum obolum, unicè relicta fuit mero arbitrio, liberæque voluntati Montiſtarum, cum prohibitione exceſſus ultrà dictam ſummam, ut ex verbis Edicti ibi: *Che benchè offerta liberamente, non poſſa eſſer più d'un bajocco per Luogo di Monte:* fructus Locorum Montium erant ſcutorum quatuor cum dimidio, & pro ſorte impendebantur ut plurimùm ſola ſc. 100. vel paulò plus, ut notorium eſt, ac inſuper ſolutio fructuum explebatur ſingulis diebus non feſtivis de præcepto, & tam de mane, quàm de ſero per tres horas matutinas, aliaſque tres horas veſpertinas, ad formam Reformationis Ven. Servi Dei Innocentii XI. emanatæ de anno 1689. *cap. 36.* & impreſſæ apud *Cardin. de Luca de Loc. Mont. juxta impreſſ. Venetam fol. mihi 50.* & ad tenorem Bannimenti promulgati de anno 1691. per bo. me. R. P. D. Pallavicinum; cùm autem hodie fructus nunquam ſolvantur in horis pomeridianis, nunquam in diebus Sabbathi, excipiantur inſuper dies Veneris Martii, dies Jovis Octobris, ac quamplures Vacationes, nuper inventæ, ſors Locorum Montium adaucta ſit uſque ad quartam partem ultrà antiquum valorem, & fructus Locorum Montium diminuti ſint in tertia parte; imò attento augumento ſortis, redacti ſint quaſi ad medietatem; nimis durum proindè, & æquè amarum videtur in his circumſtantiis noſtrorum temporum duplicatam Strenam ex obligatione prætendere, quando combinando augumentum ſortis cum diminutione fructuum, vix medietas unius oboli offerri poſſet à Montiſtis.

36 Replicatione non attenta, hujuſmodi Strenas prætendi in recompenſationem laborum, & ex aliis incommodis

Digitized by Google

dis DD. Depoſitariorum; labores ſiquidem, & incommoda, ſi quæ ſunt, exuberanter compenſantur ex utilitatibus, quæ iidem Depoſitarii recipiunt in retinendis Depoſitariis; nam ultrà creditum, quod acquirunt eorum Menſæ Nummulariæ per retentionem Depoſitariarum, non eſt parvum lucrum, quod recipiunt in retinendis pecuniis deſtinatis pro ſolutione fructuum Locorum Montium per Bimeſtre, & ultrà, dum exigunt Aſſignamenta anticipatè, & fructus Locorum Montium ſolvunt poſticipatè: Sicut etiam maximum commodum reputari debet retentio fructuum deſtinatorum pro conficientibus multiplica, quibus in caſibus pecuniæ remanent in manibus Depoſitariorum per annum & ultrà uſque ad diem Inveſtimenti, ac inſuper reſiduorum, aſcend. ad ſummam ſcut. 20. m. & ultrà pro quolibet Depoſitario, itaut hoc medio tempore valeant pecunias in Nundinis negotiare, & magnum lucrum capere; in quibus terminis, & ſtantibus his utilitatibus, nullam prætendi poſſe recognitionem, ſeu mercedem, reſpondendo objecto, tradunt *Conſtant. ad Stat. Urb. tom. 1. in diſc. de Locis Montium n.* 244. *Zaul. d. rubr.* 14. *num.* 36. & in conſimilibus terminis, ſed ad propoſitum ponderant, & firmant *Zacch. de Salar. q.* 102. *num.* 32. *Pacion. de Loc. & cond. cap.* 35. *num.* 150. & noviſſimè *Rot. in Romana Pecuniaria, ſeu prætenſi Salarii* 15. *Januarii* 1723. §. *Verùm enim, & ſeqq. coram R. P. D. Calcagnino*. Tantò magis, quia Sac. Ædes Pietatis, & Bancus S. Spiritus, qui ſunt & ipſi merè Depoſitarii alienarum pecuniarum, nullam mercedem, aut Strenam retinent, ſeu prætendunt, licèt eadem, & majora incommoda patiantur; ideòque neſcimus, qua majori ratione potiantur Depoſitarii Locorum Montium in prætendendis his indebitis Strenis.

37 Quibus omnibus adſtipulatur animadverſio, quòd Montiſtæ in hac cauſa agunt de damno vitando; Depoſitarii verò de captando inſigni lucro menſtruorum ſcut. 140. 40. & quotidianorum ſcut. 4. 68. pro quolibet, in quibus ſanè terminis uno ore concordant DD. ſemper inclinandum eſſe favore eorum, qui agunt de damno vitando, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 366. *num.* 14. *Adden. ad Greg. dec.* 164. *num.* 12. *verſ. Hoc non procedit*, *Rot. coram Buratt. dec.* 480. *num.* 11. *ibique Add. num.* 24. *& deciſ.* 561. *num.* 11. *coram Dunozet. jun.*

38 Ponderatione non omiſſa, quòd innumera Loca Montium poſſidentur per Loca Pia pro Cappellanis, & Legatis, cum onere Miſſarum, quarum numerus ſemper regulatur ex fructibus, itaut ea ſubductione prætenſæ Strenæ earum numerus diminuatur, & pii Benefactores priventur illis Suffragiis, & Sacrificiis, quæ celebrari poſſent ex retentis Strenis, diminuentibus fructus Locorum Montium ab illis relictorum; nam Cappellani non percipientes integros fructus dictorum Locorum, abſque eorum propria culpa, ſed ex ſola voluntate DD. Depoſitariorum, non tenentur ad adimplementum omnium Miſſarum, ſed ſolùm ad illas quæ correſpondent dd. fructibus, juxtà innumeras reſolutiones Sac. Congregationum optimè notas: quod abſurdum, tamquam oriens ex mera voluntate Depoſitariorum, abſque Legis authoritate, nullo pacto permittendum eſt in præjudicium Operis pii, & Animarum purgantium, continuò dicentium, *Miſeremini mei*, ne contra Nos etiam exclament: *Quare perſequimini me, ſicut Deus?*

39 Omnia igitur in unum reducendo: cùm nec in Jure Canonico, nec in Civili, minùſque in Jure municipali, aut Apoſtolicis Conſtitutionibus Strenarum ſolutio demandetur, & è contra à Summis Pontificibus per organum Illuſtriſſimi Domini pro tempore Theſaurarii expreſsè prohibita fuerit, & ſolùm permiſſa in caſu voluntariæ, & non coactæ ſolutionis, aſſerta conſuetudo, tamquam fundata in actibus facultativis, & non probata, quinimo ex actibus contrariis apertè excluſa non relevat, adauctis maximo commodo, & lucro, quod ex Depoſitariis recipiunt DD. Depoſitarii, ac damno, quod patiuntur Montiſtæ, iſtorumque reclamationibus adverſus ſolutionem Strenarum: Hæc omnia ſuadent admiſſionem noſtræ inſtantiæ pro reſtitutione ſummarum per Capſerios indebitè retentarum, unà cum ſententia, non licere retentionem Strenarum.

Quare, &c.

40 „ Notandum eſt hic circa præſentem Cauſam, quòd edo-
„ ctus Ego à doloroſa experientia in propria Perſona reſ-
„ pectu inutilitatis diligentiarum, & legalium operatio-
„ num, ad effectum tollendi abuſum Strenarum, proce-
dendo per ordinariam legalem viam, ex indicatis ſupra, “
enixiſſimè rogatus à ſtrenuè promovente jura, & ratio- “
nes Civitatis, & totius Ditionis Jannenſis, cum oblatio- “
ne etiam Honorarii ultrà ſolitum, reducendo ad praxim “
celebre illud dictum *Seneca in Sent. juxta ordinem litte-* “
ra, mihi æquè notum, ac familiare: *Pecunia impera-* “
re oportet, non ſervire, excuſavi me à ſcribendo. Ad “
hoc autem, ut fieri poſſet experimentum, an labores “
illi, ſtrenuè à me impenſi pro generali abolitione Stre- “
narum, qui mihi per ſpatium quinque annorum irriti ce- “
ciderunt aliis ſtrenuioribus auxiliis ſuffulti, ad eum- “
dem finem prodeſſe poſſent, plena voluntate eidem pro- “
moventi jura Montiſtarum Civitatis, & Ditionis Ja- “
nuenſis dedi Originaliter mei Diſcurſus circa Stre- “
nas, in multis locis mea propria manu apoſtillis repleti. “

Urſaya Miſcellaneum.

Summarium. Editto.

Loco ✠ Stegmatis.

Pier Donato Ceſi dell'una, e l'altra Signatura di Noſtro Signore Referendario, e della Santità Sua, e Rev. Cam. Apoſt. Teſoriere Generale.

41 Altre volte li 3. Marzo 1627. dalla bon. mem. del Signor Cardinal Vidone, allora Teſoriere Generale, fù proibito alli Caſſieri, e Deputati al pagamento de' frutti di qualſivoglia Monte, che non ardiſſero ritenere a' Montiſti rata, o parte alcuna delli frutti, che ſi devono pagare, conforme alle Liſte, ſotto preteſto di mancia, e qualſivoglia altra recognizione, benchè permetteſſe il pigliarla da quelli, che ſpontaneamente la voleſſero dare; ma perchè l'eſperienza ha moſtrato, che alcuni Caſſieri, e Deputati con differire il pagamento, e con uſar ſtiappazzo, ed altre arti, inducono li Montiſti a darli detta mancia, o recognizione: Però volendo *Noi in conformità della ſanta mente di N. S.* provedere, che li Montiſti ſiano ſenza aggravio pagati delli loro frutti, confermando, e rinovando detto Ordine. *Proibiamo ancora di più*, che neſſun Caſſiere, o Deputato al pagamento de' frutti de' Monti, ancorchè Agente, Procuratore, Eſattore, e Deputato da Aſſenti da Roma, o da preſenti ad eſiggere detti frutti, *ardiſca ritenere, nè pigliare coſa alcuna per mancia*, o recognizione, o per corteſia, o donativo, ſotto qualſivoglia titolo, e preteſto dalli Montiſti, o loro Miniſtri, o Procuratori, ancorchè di loro ſpontanea volontà gli offeriſſero, o diano, ſotto pena della privazione dell'eſſercizio della Caſſa, e di ſcudi 200. d'applicarſi per due terzi alla Reverenda Camera Apoſtolica, & un terzo a chi denunzierà la contravenzione del preſente Editto. E parimente proibiamo a detti Montiſti, loro Procuratori, Agenti, & Eſattori il profferire, o dar coſa alcuna a detti Caſſieri, o Deputati ſotto qualſivoglia preteſto, ſotto pena di ſcudi 200. ſimili d'applicarſi, come ſopra. Avvertendo ciaſcuno a non contravenire, perchè ſi procederà irremiſſibilmente, e con ogni rigore contro li Tranſgreſſori alle pene ſuddette per via di querela, denunzia, inquiſizione, & ogni altro modo, e ſi darà fede ad un ſolo Teſtimonio con il ſemplice giuramento. Volendo, e decretando, che tante volte ſi intendano incorſe le ſudette pene di ſcudi 200. quante volte conſterà della contravenzione, e la terza volta ſi procederà etiam à pene corporali ad arbitrio noſtro. E di più, che il preſente Editto, affiſſo, e publicato che ſarà nelli Luoghi ſoliti, aſtringa ogn'uno, come ſe li foſſe perſonalmente intimato. Vogliamo ancora, che il preſente Editto ſi debba tenere dalli Depoſitarii di qualſivoglia Monte affiſſo nelli Banchi, acciò da ogn'uno poſſi eſſer viſto, e letto, ſotto pena di ſcudi 200. da pagarſi da detti Depoſitarii, d'applicarſi come ſopra.

Pier Donato Ceſi Teſoriere generale.

Bartholomaeus Brunorus.

Supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Cameræ Apoſtolicæ, in Acie Campi Floræ, ac aliis Locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Julium Marzatellum Sanctiſſimi D. N. PP. Curſorem.

Pro D. Magn. Cur. Joannes Radica Curſor.

In Roma nella Stamparia della Rev. Camera Apoſtolica 1634.

Digitized by Google

Editto ſopra il puntuale pagamento delli frutti de' Monti, e provedimento intorno alle mancie de' Caſſieri.

Loco ✠ Stegmatis.

43 Volendo la Santità di N.S. con quella paterna cura, con la quale continuamente aſſiſte al buon regolamento di queſto ſuo feliciſſimo Stato, provedere anco, che li frutti de' Monti ſi paghino prontamente, tanto alli Romani, quanto alli Foraſtieri, e che li Montiſti non ſiano aggravati dalli Depoſitarii, e loro Caſſieri, ſotto pretesto di mancie, e ſi tolga ogn'abuſo ſopra di ciò introdotto contro la forma degl'Editti altre volte publicati; perciò Noi *d'ordine eſpreſſo di S.B. datoci a bocca*, e per l'officio del noſtro Teſorierato, ordiniamo, e comandiamo: Che tutti e ſingoli Depoſitarii de' Monti debbano per tutto il tempo, che averanno, e ciaſcheduno di eſſi averà le Depoſitarie, pagar prontamente in contanti alli Montiſti, che ſono, e ſaranno Creditori, tanto Romani, quanto Foraſtieri, e così preſenti in Roma, come aſſenti, mediante i loro legitimi Procuratori, la rata dovuta a ciaſcuno di eſſi a' ſuoi debiti tempi, conforme alle Liſte da dargliſi dalli Computiſti, ſecondo il ſolito, e loro obligazioni ad ogni ſemplice requiſizione di eſſi Montiſti, o loro legitimi Procuratori, ſenza tergiverſazione, o dilazione alcuna, anco riſcoſſi, o non riſcoſſi gli Aſſegnamenti; altrimenti ricuſando, o mancando di pagare ad alcuno qualſivoglia ſomma, o grande, o piccola che ſia, s'intenderanno, e ſaranno incorſi nella pena di ſcudi 500. per qualunque volta, che verrà il caſo, & inoltre ſi procederà alla privazione delle Depoſitarie, ſtante la loro colpa, e ſi daranno ad altri più accurati, e diligenti. Così anco vogliamo, & ordiniamo, che li Computiſti diano le Liſte in mano delli Depoſitarii à tempi debiti, talmente che quelli poſſano ſodisfare puntualmente, come ſopra al loro debito, altrimente eſſi Computiſti incorreranno ſimilmente nella pena di ſcudi 500. ogni volta, che verrà il caſo, & anco della privazione delle Computiſtarie, le quali pene ſi eſeguiranno irremiſſibilmente. E perchè s'intende, che dalli Caſſieri ſi vadano introducendo abuſi per cauſa delle mancie, che pretendono dalli Montiſti, contro quello, che ſi diſpone nell'ultimo Editto ſopra queſta materia del 1634. nel quale ſi ordina a' Caſſieri, o Deputati al pagamento de' frutti de' Monti, che niuno ardiſca pigliare coſa alcuna, o per recognizione, o per corteſia, o per mancia, o donativo, ſotto qualſiſia titolo, o preteſto dalli Montiſti, o loro Miniſtri, o Procuratori, ancorche di ſpontanea volontà gli offeriſchino, o diano &c. Però avendo Sua S. particolar premura, che ſi tolga ogn'aggravio, e che li Montiſti con ogni prontezza conſeguiſchino il loro dovere, e all'incontro non volendo impedire la libertà di chi voleſſe dare alcuna coſa, inerendo più toſto all'Editto antecedente al predetto, cioè del 1627. nel quale ſi permette a' medemi Caſſieri, e Deputati di ricevere quello, che ſe gli darà da' Montiſti, *ſpontaneamente*, ſenza domandarlo &c. Confermiamo, e rinoviamo il detto Editto del 1627. ma con queſta limitazione, che detta mancia, LIBERAMENTE OFFERTA, non poſſi eſſer più di un bajocco per Luogo di Monte dagli Abitanti in Roma, nè più di due da Foraſtieri, ſotto pena di ſcudi 200. & altre anco corporali a noſtro arbitrio, ogni volta che contraverranno.

„ Nella qual pena, vogliamo, che incorrino, non ſolo
„ i Caſſieri, e Deputati, come ſopra, ma i medeſimi Mon-
„ tiſti, che eccederanno detta mancia, o invitati da Caſ-
„ ſieri, o di loro ſpontanea volontà. Avvertendo cia-
„ ſcheduno di eſſi alla puntual'oſſervanza delle coſe ſu-
„ dette, altrimente ſi procederà all'eſecuzione, *etiam per*
„ *inquiſitionem*, ſenza ammettere ſcuſa, nè eccezzione
„ alcuna. Parimente ordiniamo, che nel Luogo, dove cia-
„ ſchedun Depoſitario ſuol pagare i frutti de' Monti, deb-
„ bano eſſi Depoſitarii tenere affiſſo perpetuamente il
„ preſente Editto, in luogo conſpicuo, e commodo ad
„ eſſer veduto, e letto da ciaſchedun Montiſta; e lace-
„ randoſi debbano affiggerne un altro ſucceſſivamente, e
„ perpetuamente, ſotto pena a' Depoſitarii di ſcudi mil-
„ le, ogni volta, che ſi troverà che abbino contravenu-
„ to. Vogliamo in oltre, che queſt'Editto affiſſo che
ſarà in Campo Fiore, & in Banchi, & alle Colonne "
della Baſilica di S. Pietro, aſtringa ciaſcuno, come ſe "
perſonalmente gli foſſe ſtato intimato. Dato in Roma "
dal noſtro Palazzo queſto dì 4. Febraro 1658. "

G. Feanzone Teſoriere generale.
Dominicus de Niccolis.

Die 5. Februarii 1658. ſupradictum Edictum affixum, & publicatum fuit, &c.

44 Circa hanc Scripturam notanda eſt ingenuitas Defenſoris Montiſtarum Civitatis, & totius Ditionis Januenſis, qui loquendo de modo, quo à Capſeriis Depoſitariorum peti ſolent Strenæ, hæc ait: *In §. Huc uſque: Audito, quod nonnulli Depoſitarii, eorumque Capſerii, nimis avidi captandi lucrum intenderent coactè, ac per viam retentionis, imo veriùs per modum Repraſaliæ, à Montiſtis exigere obolos duos pro qualibet Loco, ſub ſpecioſo colore Strenarum. In §. Verùm: Quia malitia ſemper creſcit, & natura Hominum nititur in vetitum, non obſtantibus præfatis Edictis &c. In §. Exactio: Strenarum ſiquidem exactio nullo fulcitur titulo. In §. Et tantum abeſt: Permittenda non eſt coactiva retentio per modum Repraſaliæ. In §. Ad evitandam* ibi: *Montiſtæ univerſaliter contra hunc intolerabilem abuſum uno ore exclamant, & ſi patiuntur hanc* Extorſionem, *id non accidit ex eorum ſpontanea voluntate, ſed coactè.*

45 In qua parte notandum, quòd Author d. Scripturæ Strenarum exactionem meritò qualificavit pro *Extorſione*, motus forſan ex iis, quæ notant Authores, verba, & dictiones explicantes, concordanteſque in hoc, quod *Extorquere* idem ſit, ac *injuſtè ab invito auferre*, ut videre eſt apud *Barnabam Briſſonium*, ſequutum *à Calvin. in Lexicon juris* ibi: *Extorquere eſt ab invito auferre, Vocabul. della Cruſca* ibi: *Storſione, propriamente aggravio ingiuſto. Nathanael Duez. in Dictionario Gallico, Germanico Latino* eodem verbo, & apud *Laurent. Franciosin. in Dictionario Italico, & Hiſpanico* ibi: *Storſione: Sin razon agravio*. Cum quibus concordat *Raynald. Vot. dec. 78.*

DISCURSUS QUARTUS

In eadem Cauſa.

ARGUMEMTUM.

Comprobatur ulteriùs juſtitia ejuſdem Reſcripti Abolitionis Strenarum ex ſolidarum rationum pondere, & efficacia, necnon ex intolerabilibus inconvenientibus, quæ ex illarum continuatione ſequerentur.

1 EX quibus tali evidentia, tantaque palpabilitate comprobata remanet juſtitia d. Reſcripti SS. D. N. ut reſpectu prætenſæ conſuetudinis ex parte Depoſitariorum decantatæ, ad unguem verificentur ea, quæ ad excludendum ſimilem prætextum præſcriptionis, ad rem adduxit celeberrimus Author, generis nobilitate, ſcientia, pietate & dignitate Eminentiſs. *in lib. cui tit. Legatio Rom. fol.* 100. Quod ſcilicet, ſi in Scholis gratia exempli adducendum eſſet paradigma Conſuetudinis abuſivæ, reprobatæ, irrationabilis, Sac. Canonibus inimicæ, & duobus Decalogi negativis præceptis oppoſitæ, cum omni ſermonis proprietate adduci poſſet illa, quæ in favorem Strenarum exageratur; in ea enim non ſolùm concurrunt unitim omnes illi defectus, qui ſigillatim conſiderati, apti eſſent ad inficiendam quamcumque Conſuetudinem, ſed illa per ſpeciem verè mirabilis inducta prætenditur in Urbe adverſus duo Decalogi negativa præcepta, ex illis actibus, qui ſemper, & ad ſemper, prohibiti ſunt Strenam petentibus, *ex adductis in d. Diſcurſ. ſecundo à num. 26. & per tot.*

2 Creſcitque in immenſum vis hujus reflexionis ex eo, quia, prætendendo, actus oppoſitos ſeptimo, & nono Decalogi Præceptis, ſemel in anno reiteratos, poſſe illa abrogare, & potiùs attendendam eſſe malam conſuetudinem illis oppoſitam, quàm duo Decalogi Præcepta, eoſdem actus improbantia, & damnantia: hoc verè intolerabile ſequeretur inconveniens, quod, eodem mo-

Digitized by Google

modo diſcurrendo, poſſent inhoneſtæ Mulieres, proprios turpes actus, pluries in die repetitos, ſimili conſuetudinis colore palliare; & propterea aperta eſſet via oppoſita ſexto, & decimo Decalogi Præceptis, quod eſt adeo inauditum, adeoque monſtruoſum, ut nibil monſtruoſius de mero poſſibili, nedum dici, ſed neque etiam ſomniari poſſit.

3 Quibus ad excludendum d. prætextum Conſuetudinis ex mero facto junguntur notoriæ exclamationes omnium Montiſtarum, *Romani* nimirum, *e Foraſtieri*, *Plebei e Nobili*, *Sacerdoti e Laici*, *Vecchi e Giovani*, *Vedove e Pupilli*, *Aſtuti e Semplici*, *Dotti & Ignoranti*, ut ad alium diſparatum quidem effectum, ſed præſenti caſui accommodatum, obſervavit *Segneri nella Predica* 35. *ſub num.* 4. Junguntur ex ſuprà animadverſis ponderationes, & animadverſiones Claſſicorum Authorum. Junguntur repetita Edicta, & Ordinationes DD. Theſaurariorum. Junguntur Reſolutiones, & Reſcripta Congregationis Montium. Junguntur Sententiæ, & Res judicatæ verè magni Tribunalis Rev. Cameræ. Junguntur litteralia, cubitalia, & quolibet anno pro Bimeſtri Novembris, & Decembris repetita Mandata DD. Theſaurariorum pro tempore, demandantium Depoſitariis ſolutionem Bononenorum 50. cuilibet Montiſtæ pro quolibet Loco Montium, ſequentibus verbis: *Sig. Depoſit. del Monte &c. potrà pagare alli Montiſti, deſcritti nella preſente Liſta, a ciaſcheduno di eſſi la rata ſecondo il preſente ripartimento, ſcuti &c. e queſti per il Bimeſtre di Novembre, e Decembre, alla raggione di ſcudi tre ſimili per ogni luogo, ed anno, che con le ſolite Ricevute &c.* Junguntur demum judiciales inſtantiæ. Junguntur repetitæ conqueſtiones, & nunquam interrupti recurſus, tam apud ſan. mem. Clementem XI. quàm apud ſa. me. Innocentium XIII. quàm demum apud Sanctiſſimum D. N. ab ipſo initio ſui glorioſiſſimi Pontificatus uſque ad diem obtenti Reſcripti nunquam intermiſſi.

4 Sed quando omnia iſta ceſſarent, detecta hodie inſubſiſtentia d. prætenſæ Conſuetudinis, nonnè inter Chriſtianos procedendum eſſet cum d. veritate, quacumque conſuetudine non attenta? Egregiè *Divus Gregorius in Epiſt. ad Guilimund.* ibi: *Si conſuetudinem fortaſſis opponas, advertendum eſt, quod Dominus dixit: Ego ſum Via, Veritas, & Vita; non dixit: Ego ſum Conſuetudo, ſed Veritas*; & meliùs *Divus Auguſtin. de Baptiſm. Parvul.* ibi: *Qui contempta veritate, præſumit Conſuetudinem ſequi &c. circa Deum ingratus eſt, nam Dominus in Evangelio: Ego ſum, inquit, Veritas; non dixit: Ego ſum Conſuetudo; itaque, veritate manifeſta, cedat conſuetudo veritati, quia conſuetudinem, & ratio, & veritas ſemper excludit.*

5 Obſervando, quod non ſumus in terminis Conſuetudinis, reſpicientis tranſgreſſionem illorum Præceptorum, de quibus verificetur illud *Pſalm.* 13. 7. *Dixi confitebor, & Tu remiſiſti*, ut ibidem obſervat *Card. Belarm.* ſequentibus verbis: *Dixi confitebor, ideſt compunctus corde ſtatui continuò confiteri adverſum me iniquitatem meam, meque reum, & peccatorem apertè faterè, & Tu non expectaſti vocem illam, qua dixi: Peccavi Domino, ſed ex paterna, & ineffabili benignitate remiſiſti impietatem peccati mei.* Sed ſumus in circumſtantiis Præcepti, cujus reſpectu proceditur cum illo principio, apud omnes Theologos, & Canoniſtas recepto: *Non dimittitur, niſi reſtituatur*, de quo *D. Auguſt. in epiſt.* 54. *ad Macedon.* & habemus *Text. in cap.* 4. *de Reg. Jur. in* 6.

6 Reſpectu prætenſi intereſſe Depoſitariorum, prætenſio pro majori illorum parte non regit in facto, & pro omnibus non relevat in jure.

7 *Non regit in facto quoad illorum majorem partem*; ad quod demonſtrandum præmitto, quod hodie decem, & ſeptem ſunt Montium Erectiones, novem ſcilicet, denominatorum Sancti Petri, tres Reſtaurati, unus Novennalis, Communitatis, Sancti Pauli, Bentivoli, & Sixti.

8 Ex iſtis, Depoſitarii decem dictorum Montium nullum habent Affictum à R. C. nullamque Theſaurariam, nempè Depoſitarii Montium S. Petri 1. 2. 3. 6. & 7. Erectionum, Reſtaurati 2. Erectionis, S. Pauli, Communitatis, Bentivoli, & Sixti; & propterea reſpectu iſtorum decem Depoſitariorum prætextus Affictus cum R. C. eſt prorſus inſubſiſtens.

9 Inſubſiſtentia eſt pariter d. prætextus reſpectu aliorum ſeptem, ſolventium fructus Locorum Montium ex Affictibus cum R. C. Iſti enim ſolvendo Locorum Montium fructus, nihil aliud faciunt, quàm ſolvere proprium debitum, hoc eſt ſummam illam, quam in Inſtrumento Affictus promiſerunt eidem Rev. Cam. ſolvere; videtur autem veri paradoxi ſpeciem habere prætenſio, quod debitor ſolvens proprium debitum Creditori, vel ejus Ceſſionariis, ſeu Giratariis, quales ſunt in noſtris terminis Montiſtæ, prætendere poſſit inſignem partem ſui debiti ſibi appropriare, & quidem non per viam gratiæ, & miſericordiæ, ſed propria authoritate, & coactè; hoc autem videtur adeò improprium, ut ad id demonſtrandum nulla opus ſit Doctorum authoritate, *perchè in quei caſi, in cui la ragione naturale ſi ſcorge aperta, non richiedeſi altra Legge, nè altro Dottore, che il lume impreſſo negli animi dalla Natura*, ſunt verba *Card. Pallavicini nell' Iſtor. del Concilio lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 8.

10 Videmus hoc quotidiè practicari in omnibus aliis Affictibus Urbis, & Orbis, in quibus Affictuarii, propriis ſumptibus, & mediantibus Miniſtris ab ipſis ſalariatis, recolligere faciunt fructus, pecuniaſve exigunt, & deinde punctualiter uſque ad ultimum quadrantem ſolvunt Creditori, vel ejus Ceſſionario, ſeu Giratario ſummam, in Inſtrumento Affictus conventam.

11 Minùs contrarius prætextus relevat in jure, in quo uno ore admittunt Doctores, & quotidie reſpondere ſolent Collegialia Tribunalia. quòd *nulla merces debetur ei, cui ſufficiens affert lucrum Officium, quod exercet*, ſunt verba *Pacion. de Locat. & conduct. cap.* 35. *num.* 150. Et concordat *Menoch. de Arbitr. caſ.* 515. *num.* 4. *Zacch. de Salar. quæſt.* 102. *num.* 32. & *Rot. dec.* 3. *num.* 28. *par.* 12. *recent.* & *in Romana Pecuniaria, ſeu prætenſi Salarii* 15. *Januarii* 1723. §. *Verum enim coram R. P. D. Calcagnino*, ibi: *Atque inſuper à frequenti traditione pecuniarum prædicta Duciſſa, facta in manibus dict. Luſis, ex his non exigua eidem commoda acceſſerint; itaut ſi quid incommodi ſuperaccesſit Luſio, ſatis retributum fuiſſe viſum fuit à dictarum circumſtantiarum commodo.* Quòd autem in noſtris terminis ſufficiens habeant lucrum Depoſitarii, notorium eſt, & obſervant *Zaulius*, & *Conſtantinus*, quorum verba impreſſa ſunt ſupra. Quod non eſt aliquod metaphyſicum, vel participans de qualitate entium rationis, ſed eſt verum, reale, & nimiùm conſiderabile, uti conſiſtens in facultate negotiandi ad proprium commodum, nedum magnam illam ſummam fructuum Locorum Montium, quam anticipatè exigunt, & poſticipatè ſolvunt; ſed etiam aliam multiplicorum, & reſiduorum, quorum commodum, & utilitatem habent Depoſitarii à principio uſque ad finem, & ſic per integrum novennium earum Depoſitariatum.

12 Sed quando aliquam mererentur Depoſitarii compenſationem, vel ſalarium à Rev. Cam. à qua ſuos Affictus recognoſcunt, quod ex ſupra animadverſis videtur prorſus inſubſiſtens: Ego, fatendo ingenuè meam imbecillitatem, neſcio percipere, quo jure, quove colore, adverſus *propoſitionem* 37. ex damnatis *à Ven. Dei Servo Innocentio XI. die* 2. *Martii* 1679. poſſint illam propria authoritate ſibi appropriare ex bonis, & redditibus innocentis Tertii, ſeu Montiſtarum creditorum ejuſdem R. C. qui ex titulo, & cauſa oneroſa emerunt, & poſſident ſua Loca Montium, & cum illa tempore emptionis litteraliter, & expreſsè convenerunt, habere ſcuta tria pro quolibet loco, & anno, & ſic julios quinque pro omnibus ſex Bimeſtribus conſtituentibus integrum annum, non autem obulos 48. in Bimeſtri Novembris, & Decembris, egregiè *Bald. in Rubr. de Conſtit. num.* 1. ibi: *Conſtitutio illa* Pacta ſervabo, *promulgata fuit ex ore Dei*, & concordant *Rocc. Select. diſputat. cap.* 78. *num.* 6.

13 Reſpectu demum prætenſi intereſſe Rev. Cam. Reſpondemus, illud, non ſolùm eſſe inveriſimile, ſed prorſus incredibile, ex ſupra animadverſis. Cujus veritatis apud me illa urget ſtringentiſſima ratio, quod R. P. D. Theſaurarius Generalis pro tempore, non ſolùm in quinque aliis Bimeſtribus anni, ſed etiam in illo Novembris, & Decembris, in exequutionem ſpecialis pacti in Litteris patentibus conventi, iiſdem ipſiſſimis verbis mandat Depoſitariis, ut Creditori, ex. gr. 200. Locorum Montium ſolvat ſc. 100. tam in Bimeſtri Septembris, & Octobris, quàm in alio Novembris, & Decembris. Remanet proinde, nedum prorſus inveriſimile, ſed æqualiter incredibile, quòd eadem Rev. Cam.

participare velit de lucro ſcutorum quatuor, quæ in d. Bimeſtri Novembris, & Decembria retinere pro ſe prætendunt Depoſitarii, adverſus litterale pactum in dd. Litteris patentibus conventum, & adverſus cubitale mandatum, ab ipſa datum ejus Depoſitario, ut ſolveret integram ſummam ſc. 200. non autem ſc. 96.

14 Cæterùm, quando etiam (per modum ſimplicis diſcurſus, & falſiſſimæ hypotheſis) admitteretur, quòd Rev. Cam. aliquod haberet lucrum ex dd. Strenis, quod, ut diximus, & conſtanter reperimus, nec veriſimile, nec credibile videtur: Quid inde adverſus Creditores ejuſdem Rev. Cam. quales ſunt Montiſtæ, inferre poſſent Depoſitarii, videre neſcimus. Eo quia, in omnem caſum, tale aſſertum lucrum aptum non eſſet retardare effectus notoriæ beneficientiæ SS. D. N. qui *ſi taliter diligentior potius eſt in rebus alienis, quàm in propriis, ut non admonitus faciat, quod vix rogatus impleret*, juxta nobilem animadverſionem *Caſſiod. l. 12. c. 21.* Et ſi undique commendabili charitate, & compaſſione erga ſuos æquè dilectos Subditos, in ipſo initio ſui glorioſiſſimi Pontificatus illos generoſiſſimè liberavit à multis conſiderabilibus oneribus, & gabellis, quæ epiloguntur in Edicto publicato die 24. præteriti menſis Decembris 1724. ſequentibus verbis.

Annibale del Titolo di San Clemente Prete
Cardinal Albani, della S. R. C.
Camerlengo.

15 „ La Santità di Noſtro Sig. Benedetto XIII. in con-
„ tinuazione del ſuo paterno amore verſo i ſuoi fedeliſ-
„ ſimi Sudditi, non contenta in pochi meſi, ſin'ora de-
„ corſi dalla di Lui glorioſiſſima Eſaltazione, di aver
„ tolta dal ſuo Stato Eccleſiaſtico la Gabella de i due
„ Quattrini per libra di Carne, e ſpecialmente di aver
„ ſgravata queſta ſua dilettiſſima Città di Roma del pe-
„ ſo di altre Gabelle, cioè della Rata di bajocchi cin-
„ que, di quella di giulii ſei, impoſta ſopra ogni Rub-
„ bio di Grano, che ſi macina da Caſarecci in Roma;
„ e dell'altra di bajocchi venticinque, e reſpettivamen-
„ te di bajocchi quindici ſopra ogni ſoma d' Uva, che
„ dalle Città, e Caſtelli vicini, e dell' Agro Romano
„ s' introduce in Roma; ed avere altresì reſtituita l'
„ eſenzione, che godevano li Privilegiati per il nume-
„ ro di dodici Figli dal pagamento della Gabella del
„ Vino per uſo proprio; ed a quelli, che abitando in
„ Roma, ſanno condurre parimente per loro uſo in eſ-
„ ſa il Vino, raccolto ne' proprii Beni, (*Quibus cum omni ſermonis proprietate addi poteſt abolitio Strenarum, æquivalens multis ex dictis Gabellis, de medio ſublatis, ex quo in rei veritate, & ſubſtantia innegabiliter importat Gabellam ſcutorum duorum pro centenario ex illis redditibus, quos quis exigere debet in Bimeſtri Novembris, & Decembris, ut patet Obſervanti, quod habente Loca centum Montium, quæ in dicto Bimeſtri reddunt fructus ſcut. 50. dantur ſolum ſcut. 48.*) Si
„ è compiaciuta ancora nuovamente con Chirografo
„ à Noi diretto, ſegnato ſotto queſto giorno, ed eſi-
„ ſtente negl' Atti dell' infraſcritto Segretario, e Can-
„ celliere della Reverenda Camera Apoſtolica, di ſup-
„ primere, ed eſtinguere dal giorno primo Gennaro
„ proſſimo in avvenire la Gabella, detta degli Ucella-
„ mi, e Carne Salvaticine, che s' introducono in que-
„ ſta Città di Roma.
„ Eſortiamo però tutti a porgere indeſeſſamente le
„ loro più fervoroſe preghiere all' Altiſſimo, perchè ſi
„ degni concedere à Sua Beatitudine longhezza, e proſ-
„ perità di Anni, conſervandoci per molto tempo un
„ sì amoroſo, e ſanto Paſtore, e Prencipe, del quale
„ con ſpecial condotta di Sua Divina Bontà ci ha vo-
„ luto così opportunamente provedere.

16 Licèt iidem Subditi oneribus, & gabellis prædictis, non ex mero abuſu, ſed ex urgentibus cauſis, & mediantibus repetitis Summorum Pontificum Chirographis, juſtè, & licitè, expreſsè, & litteraliter ſubjecti fuiſſent: non eſt præſumendum, quòd æqualibus juſtitia, pietate, compaſſione, & charitate ejus beneficentiſſimum animum impellentibus, ob dict. tenue prætenſum lucrum Rev. Cam. exaudire noluiſſet Montiſtarum humillimas preces, illoſque velle relinquere ſubjectos illi jugo, ſeu oneri Strenarum, quod ipſis de facto imponi prætendebatur à Depoſitariis Locorum Montium adverſus omnes juſtitiæ & congruentiæ leges, *Textus* eſt æquè litteralis, ac elegans *in leg. unic. §. final. Cod. de Caduc. tollen.* ibi: *Tantùm etenim Nobis ſupereſt clementiæ, quod ſcientes etiam, Fiſcum noſtrum ultimum ad caducorum vindicationem vocari; tamen nec illi pepercimus, nec auguſtum privilegium exercemus, ſed quod communiter omnibus prodeſt, hoc rei privatæ noſtræ utilitati præferendum eſſe cenſemus, noſtrum eſſe proprium ſubjectorum commodum imperialiter exiſtimantes*, quem ſequitur *P. Placid. Born. in Juris prud. controv. lib. 1. tit. 2. par. 1. quæſt. 1. fol. 117.*

17 Qui igitur poteſt credere, credat, quòd ille, qui proprio Fiſco ſuo non pepercit, quive Papaliter, & imperialiter exiſtimans proprium, Subjectorum commodum, exaudire noluiſſet Montiſtarum preces ex æquè contemptibili, ac tenui lucro, quod ejus Fiſco obvenire forſan poterat cum tali, tantoque Montiſtarum præjudicio. Prout etiam præſumendum non eſt, quòd ille, qui æquè ſpontaneo, ac gratioſo impulſu liberavit Laicos homines ab illis vexationibus, quas in introductione Uvæ, & Avium in Civitate patiebantur in ejus Portis, noluerit deinde exaudire humillimas Montiſtarum juridicas preces, qui pro majori parte ſunt Opera, & Loca pia, nec non Perſonæ Eccleſiaſticæ, iſtas derelinquendo diſcretioni unius, vel alterius Miniſtri DD. Depoſitariorum, qui, excedendo fines ſibi præſcriptos *di ricevere quello, che ſe li darà da' Montiſti, ſenza domandare la mancia*, loco agendi gratias pro Strena recepta, & pro conſequenda ſemper ſuppliciter exorando, nec non vice reducendi ad praxim aureum illud conſilium S. Bonaventuræ, ſequutum *à Rota dec. 1326. num. 10. coram Emer. jun. Gratias agentes de data, & non murmurantes de negata*, tribus iſtis æquè duris, ac ſiccis ſyllabis *la mancia*, ſolitus erat Strenam petere à Montiſtis, poſtquam illam ſibi retinuerat, cum illa irriſionia ſpecie, quam, referendo factum Vologeſis Perſarum Regis, his verbis deſcribit *Tacit. lib. 15. Annal. poſt principium: Tum intellecto Barbarorum irriſu, qui peterent, quod eripuerant.*

18 Obſervando præcipuè eorundem Montiſtarum qualitates, quæ talis naturæ ſunt, ut aptæ eſſent guttam aliquam compaſſionis extorquere etiam ab ipſiſmet lapidibus, ſi ſenſum haberent, juxta phraſim *Farinac. conſ. crim. 108. num. 2. tom. 2.* Aliqua enim ex Locis Montium deſtinata ſunt pro Infirmis in Hoſpitalibus degentibus, quorum triginta quatuor numerantur in Urbe, ſigillatim deſcripta *in Libercule*, cui titulus *Notizie per l' anno* 1724. *fol.* 44. Aliqua pro Convaleſcentibus, ab illis exeuntibus; aliqua pro diurna ſubventione Claudorum, Cæcorum, aliarumque miſerabilium Perſonarum, non valentium ſibi victum in ſudore vultus comparare; aliqua pro ſubſidiis dotalibus Orphanarum, & Virginum, omni humano auxilio deſtitutarum; aliqua pro dotandis Fœminis alicujus æquè nobilis, ac pauperis Familiæ; aliqua pro Viduarum alimentis; aliqua pro liberandis hominibus à Diaboli domo, qualem appellat Carcerem *Rot. dec. 119. num. 9. part. 14. rec.* aliqua pro redemptione Chriſtifidelium à Turcarum tyrannide; aliqua pro inſtituendis Pueris in Seminariis; aliqua pro ſubventione Peregrinorum, ad Urbem devotionis cauſa accedentium; aliqua pro Catholica Fide, propaganda in Terris Infidelium; aliqua pro Sanctorum Canonizatione; aliqua pro manutentione Sacriſtiarum, & præcipuè illorum Religioſorum, quibus à propria Regula vetitum eſt etiam eleemoſynam petere; aliqua pro alimentis noviter ad Fidem Catholicam converſorum; aliqua pro conſervanda abundantia in multis Civitatibus, & Montibus Pietatis Status Eccleſiaſtici; aliqua pro illis, qui ex incomprehenſibilibus Dei judiciis in corpore ſano mentem non habent ſanam; aliqua pro omnibus Urbis Archiconfraternitatibus, & Sodalitatibus, eorum redditus erogantibus, vel favore Agonizantium, vel pro ſalute damnatorum ad ſupplicia, vel pro aliis verè piis Exercitiis, quæ æquè longum, ac tædioſum foret hic ſigillatim enumerare; aliqua pro Patrimonio pauperum Clericorum; aliqua pro piis Exercitiis in Urbe faciendis, tam à Perſonis ſæcularibus, quàm utriuſque Cleri; aliqua pro Anniverſariis, à piis Benefactoribus relictis; aliqua pro Miſſis, pro ſuffragio Animarum Fidelium celebrandis; aliqua pro victu, & veſtitu illarum Mulierum, quæ inhoneſtam vitam voluntariè dereliquerunt, Deoque ſe conſecrarunt; aliqua pro manutentione Olei illarum

Lam-

Lampadum, quæ diu, noctuque ardent coram Auguſtiſſimo Sacramento; aliqua pro Cera occaſione illius aſſociationis ad infirmos neceſſaria; aliqua pro Dote Puellarum, quotidiè per Urbe oſtiatim mendicantium; aliqua pro alimentis Religioſorum, vitam contemplativam in Eremis, & Solitudinibus ducentium; aliqua pro ædificandis, exornandiſque Monaſteriis, Eccleſiis, & Cappellis; aliaque demùm, cæteris omiſſis gratia brevitatis, pro exercitio omnium aliorum Operum miſericordiæ, tam ſpiritualis, quàm corporalis. Quæ omnia notiſſima ſunt Capſeriis, & pluſquam manifeſta ex ſola pervolutione Liſtarum, quæ quolibet Bimeſtre eis conſignantur à Computiſtis Montium, ex quarum lectura manibus palpatur, quòd conſiderando totam Locorum Montium Maſſam, abſque ulla exageratione, duæ ex tribus partibus Montiſtarum, vel ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, vel pia Loca.

19 Quibus pauperibus Locis piis, & verè miſerabilibus Perſonis ſi quilibet Chriſtianus tenetur eleemoſynam facere, non ſine maxima improprietate, & majori monſtruoſitate, poſſunt illis de facto proprii redditus ſubtrahi, juxta celebre dictum *Caſſiodor. lib. 12. epiſt. 13.* ubi quòd nimis durum, & æqualiter amarum eſt *illis tollere, quibus jubemur offerre*; Et ego addo, quòd id videtur adeo exorbitans, ut nec ſermonibus explicari poſſit, nec cogitationibus comprehendi, uſurpando phraſim *S. Joan. Chryſoſt. hom. 2. in Matth.*

20 Ultra quod SS. D. N. inſignis beneficentia reſtricta in hac parte nullatenus eſt ad Montiſtas, hodiè viventes, ſed illius effectus ſe extendunt etiam ad illos, quos non ampliùs præſens Sæculum in carne retinet, dum, mediante d. Strenarum generali abolitione, reſtituit Animabus, in Purgatorio exiſtentibus, innumera illa Suffragia, & Sacrificia, quæ ex redditibus, propriis induſtria, & ſudore acquiſitis, pii Fideles ſibi reliquerant.

21 Reflexio hæc talis, & tantæ efficaciæ meritò reputata fuit, ut ad illam offuſcandam nihil omnino, neque etiam de mero poſſibili, adduci poſſit, ex quo non agitur de uno, vel altero Sacrificio, ex Sacerdotis incuria, vel ejus invaletudine ad breve tempus dilato, & paulò poſt adimplendo, ſed ſermo eſt de illorum conſiderabili, maximoque annuo numero, per omnia Sæcula Sæculorum omittendo, quæ celebrari non debebant Sacerdotes illi, quibus, abſque propria culpa, prætextu Strenarum, integra non dabatur eleemoſyna, pro dd. Sacrificiis deſtinata, ex adductis *à Criſpin. de Viſit. part. 5. §. 18. num. 11. & Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 6. form. 9. num. 2.*

22 Neque diverſimodè ab ejuſdem SS. D. N. notoria juſtitia, pia voluntate, & eximia charitate ſperari poterat, dum reſpectu Animarum Purgatorii, non ſolùm demandavit, ut pro illis in qualibet Patriarchali, Metropolitana, & Cathedrali Eccleſia totius Orbis adeſſet unum Altare perpetuò privilegiatum; ſed, non obſtante generali ſuſpenſione omnium Indulgentiarum, de more facta occaſione currentis Anni Sancti, talem ſuſpenſionem ex mera Gratia, & ſpeciali Indulto abſtolit reſpectu illius, quæ conceſſa erat pro Communione generali quolibet Menſe facienda, & pro aliis Indulgentiis, applicandis tamen per modum ſuffragii favore dd. Animarum in Purgatorio exiſtentium, ſequentibus verbis: *Affinchè nel proſſimo Anno ſanto con la ſoſpenſione, &c. le Anime del Purgatorio, &c. non reſtino prive di sì copioſo, e valido ſuffragio, concede la Santità Sua per ſpeciale Indulto Indulgenza plenaria d'applicarſi però per modo di ſuffragio alle dette Anime del Purgatorio in tutte le ſolite Communioni generali nel proſſimo Anno ſanto.* Reſpectu verò prætenſi intereſſe R. C. de eo verificatur ad litteram id, quod teſtibus *Alciat. lib. 8. Parerg. cap. 6. Covarr. Var. reſol. lib. 1. cap. 16. num. 1. & Card. de Luc. de Offic. vacab. fol. 194. num. 34.* ſcriptum reliquit *Plin. in Paneg. Trajan.* & alteri Summo Pontifici attribuit *Rot. in deciſ. 748. num. 41. coram Dunozett. jun.* nempè: *Cauſa Fiſci nunquam mala eſt, niſi ſub bono Principe.*

DISCURSUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Confirmatio Reſcripti generalis abolitionis Strenarum Locorum Montium, facta à Sanctiſſimo D. N. Benedicto XIII. die 27. Januarii 1725.

BEATISSIMO PADRE.

1 SOtto li 19. Novembre 1724. ſi compiacque la Santità Voſtra abolire le mancie, preteſe da' Depoſitarii de' Monti, col ſeguente Reſcritto.

Ex Audientia Sanctiſſimi die 19. Novembris 1724. A Monſig. Teſoriere, perche eſpreſſamente comandi a tutti li Depoſitarii de' Monti, che tolta di mezzo ogni Eſtorſione ſotto preteſto di mancia, paghino a Montiſti li frutti de' loro Luoghi de' Monti interamente, e ſenza diminuzione alcuna, per lo Bimeſtre di Novembre, e di Decembre. N. Arciveſcovo di Trajanopoli Segretario.

2 Ma perchè, ciò non oſtante, pretendono li medemi Depoſitarii di ritenerſele *de facto* nel principio del proſſimo meſe di Febraro, con preteſti affatto inſuſſiſtenti, di nuovo, e ſempre più umilmente ſi ſupplica la S. V. confermare d. Abolizione di mancie, non ſolamente per li motivi già addotti, ma anche per il ſeguente, che non ammette Replica, benchè colorata.

3 E' indubitato Beatiſſimo Padre, che li Luoghi de' Monti ſi conſiderano come Beni ſtabili. E' parimente indubitato, che due delle tre parti de' medemi ſpettano a' Luoghi pii, e Perſone Eccleſiaſtiche. Reſta perciò affatto impercettibile, come poſſa da' medeſimi Laici Depoſitarii, non ſolamente ſenza Apoſtolico Beneplacito, anzi contro replicate proibizioni de' Sommi Pontefici, *de facto* imponerſi a' medemi un peſo annuo di circa otto milia ſcudi, fiſſo, e perpetuo, alla ragione di due per cento, nel meſe di Decembre, in Roma, proprio Domicilio dell' Immunità Eccleſiaſtica: Con aggionta, che da detto peſo, con monſtruoſità non più inteſa, non ne ſono eſenti nè pure li beni di prima erezzione delle Chieſe, e Monaſterii, li Patrimonii ſagri, li Legati di Meſſe, e ſimili, tanto privilegiati, che nè pure ſono compreſi in quelle Contribuzioni, che per cauſe urgentiſſime ſogliono da Sommi Pontefici concederſi a' Principi Criſtiani, oppreſſi da' Nemici della Santa Fede Cattolica.

4 Nè ſi laſcia di umilmente ſupplicare la Santità Voſtra a conſiderare, che ſe non oſtanti li replicati ricorſi, e continue eſclamazioni degl'Oratori, ſi tolleraſſe d. Eſtorſione, potrebbe forſe la medema ſervire di preteſto per ſtenderſi ad altri Eccleſiaſtici, Luoghi pii, e Perſone privilegiate fuori di Roma, eſſendo nota per eſperienza l' efficacia degli eſempii, particolarmente quando, come nel caſo preſente, ſono notorii, invariabili, e continuati. Ed il tutto, &c.

Per li Montiſti de' Monti Camerali, e Communitativi.

5 *Ex Audientia SS. die 27. Januarii 1725.*

